

Historia artis grammaticae apud Syros cui accedunt Severi bar ...

Jacob bar Shakkō, Jacob (of Edessa), Dionysius (Thrax.)

Historia

artis grammaticae apud Syros.

REGS

Abhandlungen

für die

Kunde des Morgenlandes

herausgegeben von der

Deutschen Morgenländischen Gesellschaft.

IX. Band.

No. 2.

Historia

artis grammaticae apud Syros

cui accedunt

Severi bar Šakku dialogus de grammatica
Dionysii Thracis grammatica syriace translata
Iacobi Edesseni fragmenta grammatica cum
tabula photolithographica
Eliae Tirhanensis et duorum anonymorum de
accentibus tractatus

Composuit et edidit

Adalbertus Merx.

Leipzig 1889

in Commission von F. A. Brockhaus.

MANIBVS

GVILELMI WRIGHT

CANTABRIGIENSIS

EXIMII SOCIETATIS NOSTRAE DECORIS

HOC OPVS

SACRVM ESSE VOLVIT

AVCTOR.

Praefatio.

Ea mihi videtur nostra aetate litterarum Syriacarum condicio, ut paullatim procedendum sit a descriptione codicum et collectione observationum singularum ad delineandam totius rei litterariae imaginem, quod ita tantum fieri potest, ut singularum partium accurate perlustratarum initia, incrementa, decrementa, extremae condiciones seorsum depingantur. Itaque historiographiae, poeseos, philosophiae, theologiae, medicinae, et si quae aliae sunt artes, historia describenda est, et quod majus et difficilius est, scriptorum vita, mores, indoles litteraria, consilia et proposita exploranda sunt, ut pulsis nebulis eorum personae quasi vivae procedant, quibuscum commercio quodam ingeniorum jungi, quorum gaudiis delectari, quorum doloribus affici possimus. Quod si non fit, nihil unquam habebimus nisi membra disjecta manibus doctis trita hominum oscitantium, e quorum laboribus operosis fructus in usum publicum non redundabunt. Denique nisi historia litterarum cum historia cultus humani civilisque conjuncta componitur, verus philologiae Syriacae finis non attingitur, et qui ab adolescentibus de conscribenda dissertatione consuluntur nihil melius suadebunt, quam ut scriptoris cujusdam vitam, ingenium, consilium perquirant, ut historia litterarum suo nomine digna ex singulis talibus lucubrationibus paullatim possit componi. Syrorum natio, quae reipublicae unitate nunquam coercita vitam litterariam tantum vixit et peculii graeci haeres per decem saecula locum medium inter graecas et arabicas litteras occupavit, partes gravissimas in historia litterarum humanarum egit, quas accurate perquirere et describere opus est laborem utilitate compensans.

Ex magno illo negotio partem parvam eligens libro hoc historiam studiorum grammaticorum descripsi, quae propter materiae simplicitatem et propter restrictum librorum grammaticorum numerum facillime tractanda videbantur. Quum vero ex libris grammaticis praeter Barhebraei et Eliae Tirhanensis et Eliae Nisibeni opera publici juris nihil sit factum, operae pretium visum est adicere ad historiam grammaticae etiam documenta inedita, Dionysii dico grammaticam et Severi dialogum, quem propter maximam difficultatem, quam typothetae parasset punctorum in Severo copia, manu mea describendum censui. Denique

Wrightio concedente ipsius editionem fragmentorum Jacobi Edesseni repetivi, cujus exemplaria quinquaginta a Wrightio distributa perpaucorum in manibus sunt, nec vero in Wrightii catalogo manuscriptorum Syriacorum ii loci continentur, quos codex Oxoniensis exhibet. Itaque totam Wrightii editionem libro meo adscripsi simulque adjeci tabulam photolithographicam non sine difficultate paratam, in qua Jacobi vocales melius cernuntur quam in ipso codice. Josephi bar Malkon Rete punctorum et Johannis bar Zuᶟbi librum prolixum edendos esse non censeo, quae scitu sunt necessaria excerptis meis exhibentur. E contrario dissertationes tres de accentibus Nestorianorum integras proposui, quarum auxilio Barhebraei compilatio illustratur simulque demonstratur, Barhebraei fontes ad varia pertinuisse systemata.

Omissis erroribus typographicis minoribus, qui lectoribus difficultatem non parant, graviores hoc loco recenseo:

P. 13 Not. 6 leg. ܡܬܟܠܝܢ pro ܐܬܟܠܝܢ. — Not. 7 ܐܠܝܢ ܡܫܡܥܢܘܬܐ pro ܡܫܡܥܢܘܬܐ,
P. 15 Not. 1 leg. B pro BC.
P. 20 L. 25 leg. A pro AB. — Ibidem Not. 2 juxta P ܦܡ̣ corrigenda est.
P. 21 L. 4 deest pro dust.
P. 24 L. 10 dḙluqḙβal pro duqḙbal.
P. 38 Not. 1 Paranikas pro Paramisas.
P. 51 L. 17 ܡܦܦܠܓܐ̣ pro ܡܦܠܓܐ. L. 22 appenderetur.
P. 92 L. 12 ܠܚܘܡ̇; L. 22 ܡܚܢܢ.
P. 94 L. 12 ܐܬܐܡܪ̣: et ܢܒܪܐ̣.
P. 99 et 100 in prima columna scribe Josephus pro Paulus.
P. 133 L. 10 in canonibus nominis pro verbi.
P. 188 Not. 1 in signo ܠܡܪ̈ܐ̣ tenuius punctum haud bene expressum est.
P. 215 L. 20 dele Hilgard . . . p. $8^1/_3$.

Ceterum P. 16 Not. 7 juxta ea emendanda est, quae P. 250 exposita sunt. P. 27 L. 15 pro *ἀπαρέμφατον* scribas *ἀόριστον*, non enim de Infinitivo praeposito agitur, sed de verbo finito. P. 44 Jacobi labores circa Pentateuchum (Martin La Masore P. 115) omisi. Denique ܦܣܩܐ P. 87 L. 10 uno puncto constare dixi, quod P. 95 L. 10 duobus punctis designari docetur.

Scripsi Heidelbergae, d. XXI. mensis Maji.

Adalbertus Merx.

Index capitum.



Caput I.

Prolegomena.

ܐܝܟ ܕܐܬܠܗܘܢ ܚܠܝܬܐ ܢܦܫܢ ܡܢ ܠܒܗ ܐܣܪܝܚܬܐ
ܡܘܕܥܝܢ ܠܗܘܢ܆ ܡܠܘܐܐ ܠܥܡܐ ܚܠܐ ܕܡܦܪܫܢܘܬܐ
ܐܝܟ ܕܠܐ ܡܫܡܫ ܠܓܘܐ. ܐܝܟ ܢܫܡܫ ܠܠܐ ܦܫܡܘ ܘܠܐ
ܢܫܠܘܢ ܫܒܝܠܐ ܘܢܩܫܘ ܒܒܫܝܠ. ܘܒܗ ܗܠܟ ܠܒܪܘܫܐ.

Honain bar Ishaq.

Ingenii graeci fertilitatem qui laudibus suis extollunt poeseos suavitatem gravitate temperatam, signorum venustam pulcritudinem, miram templorum atque aedificiorum publicorum majestatem, philosophiae denique res humanas et divinas perscrutantis profunditatem solent commemorare ac praedicare, et quis est, qui insignem Graecorum gloriam hisce in rebus detractet! Attamen nisi aliam rem excoluissent, quae tenuis quidem et jejuna videtur ei, qui oculis illarum artium splendore praestrictis contemnit id quod illis aequiparari nequit, nullo modo omnium populorum in bonis artibus fuissent magistri Graeci, quos totus eruditorum orbis celebrare solet. Inde enim a labentis imperii Romani temporibus, per tot saecula quotus quisque per totum occidentem Homerum legit et Pindarum et Sophoclem, quis signorum ac statuarum decorem est miratus, quas ipsos Romanos loco movisse et neglectas projecisse constat? Quis templorum magnificentiam curavit, quorum columnas Christianorum greges diripuerunt et ad basilicas suas exstruendas adhibuerunt? Denique quis in intimos recessus philosophiae penetravit et quae Graeci infecta reliquerunt perfecit? Attamen vero philosophiae studium prae ceteris viros ineuntis medii aevi doctos cum eruditione graeca conjunxit, cujus rara lumina intra tutos monasteriorum muros pingui Minerva conservabantur, ne penitus exstinguerentur. At non statim logices vel dialectices mysteriis adolescentuli poterant imbui, paranda erat via, qua incederent, et quae apud Graecos Stoicorum opera ex logica derivata est, grammatica medio in aevo aditum logices iterum reclusit. Cassiodorus et Isidorus Hispalensis studium grammaticae com-

mendaverunt, per quam ad philosophiam adscenditur, quae est porta theologiae, a studiis poetarum antiquorum abhorrebant, sui temporis judicium secuti, quo Gregorius papa scripsit, uno ore cum Jovis laudibus Christi laudes non capi, nec debere episcopum canere, quae laicum religiosum non decerent.

Quae saeculo sexto et septimo in Italia et Hispania inchoata est clericorum in monasteriis eruditio mox inter Hibernos ad magnam perfectionem est perducta. Theodorus Cantuariensis, Tarso oriundus primus in Britannia scholas instituit, cujus deinde vestigia prementes Beda venerabilis, Egbertus, Alcuinus, postea Hrabanus suorum temporum fuerunt lumina. Qui omnes litteris saecularibus adolescentes instituebant, ut melius exculti ad studium litterarum sacrarum accederent. Omnis vero saecularis institutio septem artibus liberalibus comprehendi solebat, trivio scilicet, ad quod grammatica, metrica, dialectica cum rhetorica pertinebat, et quadrivio, quod arithmetica, geometria, musica et astronomia constabat. Artium omnium maxime necessaria et quasi fundamentum haberi solebat grammatica, sine qua ne libri quidem haberi recte scripti possent. (Hrabanus de Clericorum institut. III, 18.) Itaque grammatica potissimum fuit, qua graecae eruditionis quaedam scintillae per tenebras ineuntis aevi medii sunt dispersae, et grammatici Graecorum totius occidentis fuerunt magistri per ea saecula, quibus bonarum artium studia frigebant.

Haud ita res cessit populo Syrorum, quorum in scholis tirones non a grammatica verum a lectione psalmorum incipere solebant, quod eam ob causam fieri potuit, quod Syri libros sacros sua lingua expressos legebant, in occidente vero apud Germanos, Gallos, Anglos, Hibernenses interpretationes vernaculae in ecclesiis non recitabantur. Ea enim fuit methodus studiorum, quum apud Jacobitas [1]) tum apud Nestorianos, ut psalmis perlectis primum novum tum vetus testamentum, deinde doctores ecclesiastici denique commentarii evolverentur.

Doctores qui apud Jacobitas legebantur erant Dionysius Atheniensis, Basilius, Gregorius Nazianzenus, Severus, Ephremus, Mar Isaacus, Jacobus Serugensis, Chrysostomus, Cyrillus, Theodotus, Architheus (Arcadius). Quorum operibus accedunt historiae patrum, doctorum et martyrum, Palladii paradisus, Basilii Hexaemeron, Jacobi Edesseni orationes septem, ejus de Theologia oratio cum multis epistolis. Ex commentatoribus legebantur Ephraemus, Chrysostomus, Moses bar Cephae et Barṣalibi.

Doctores quorum libros Nestoriani lectitabant sunt Theodorus Mopsuestenus, Ḥanansišoʒ cujus homilias totius anni legebant, Išoʒ bar Nun, Paulus, Barṣauma. Libri mystici et ascetici viris maturae aetatis reservabantur.

---

1) Cf. Assemani Bibliotheca orient. III. II p. 937 sq.

Ex libris profanis in usum scholarum apud Jacobitas selegi solebant, Antonii Tagritensis liber, qui est ejus liber de Rhetorica ni fallor (Wright Catalog. II p. 614) Aristotelis Organon (Categ. Peri herm. Analyt. et Apodictica! Top. Sophist. elench.) cui adjungebant ejus Poeticam et Rhetoricam et Physicam acroasin, a Metaphysica vero abstinebant, cujus argumentum tantum discebant[1]). Quos libros profanos Nestoriani evolverint ab Assemanio non traditur, ceterum Aristoteli eos operam navasse constat. Ass. III. I. 85. Hoffmann de hermeneuticis apud Syros Aristotelis Lips. 1869 p. 141.

Non igitur studii grammatici vestigia in hisce regulis instituendae eruditionis clericorum invenimus et quod Assemanius deinde addit III, II 941, Babaeum Nisibenum in scholis grammaticam et musicam restituisse, non est comprobatum, nam in vita Babaei III, I 178 de musica et ordine canticorum quidem agitur, grammaticae vero mentio non fit. Quae qui secum reputaverit non mirabitur in occidente quidem grammaticas in usum tironum semper esse compositas, non vero apud Syros, quibus aliena lingua non erat necessaria, quum sua lingua libros sacros redditos legerent.

Ex universa igitur scholarum natura explicatur, cur Syri antiqui grammaticam neglexerint, simulque intellegitur cur ea ratio tractandae grammaticae apud Syros invaluerit, quam in libris eorum invenimus.

Studium fundamentale apud illos fuit lectio librorum sacrorum, in qua ut discipuli bene proficerent opus erat primum institutione rectam pronuntiationem inculcante, deinde explicatione vocum ignotarum vel etiam litteris similium, pronuntiatione et sensu distinctarum. Ex prima institutione processit doctrina de punctis, vocum deinde explicationes in unum volumen congestae glossaria produxerunt, itaque studii grammatici radices fuerunt curae in libros sacros orthoepicae et glossographicae. Quodsi quis singularum observationum et explicationum farraginem certo quodam ordine disponere conabatur, Grammaticorum graecorum aderant lucubrationes, quarum ad exemplum etiam Syri sicut Latini et Armenii grammaticas suas poterant delineare. Id quod re vera factum est, ea enim sunt grammatices apud Syros initia, ut quae in lingua habebantur vocum genera et formae ad normam grammaticae graecae disponerentur, praemissis regulis orthoepicis, quibus docebatur, quem sonum puncta vocalismum indicantia exprimerent. Quodsi hoc loco etiam vocum difficilium explicationem, quam nos lexicis tribuimus ad grammaticam retuli, Graecorum mentem secutus feci, qui Syrorum erant magistri, nam secundum Graecos

1) Locus Ass. l. l. 938 turbatus est, vox maṭematiqåje videtur delenda, et pro men šemšå χәyånåyå legendum est wәχen šemšå etc.

grammatices partes sunt 1 *ἀνάγνωσις ἐντριβὴς κατὰ προσῳδίαν*[1]) 2 *ἐξήγησις κατὰ τοὺς ἐνυπάρχοντας ποιητικοὺς τρόπους*, 3 *γλωσσῶν τε καὶ ἱστοριῶν πρόχειρος ἀπόδοσις* 4 *ἐτυμολογίας εὕρεσις*, 5 *ἀναλογίας ἐκλογισμός*, 6 *κρίσις ποιημάτων*. Ceterum deinde ex glossarum collectionibus paullatim lexica sunt composita, quo facto grammatica liberata est a materia seorsum tractanda. Doctrina de punctornm usu et significatione pertinet ad partem primam (*ἀνάγνωσιν*), et quia recta membrorum orationis distinctio, quae punctis quae accentus dicuntur efficitur, ad *ἀνάγνωσιν* pertinet, antiqui grammatici primo loco egerunt de signis vocalium, de aspiratione, de accentibus vel potius de interpunctione, seriores deinde ab hac ratione recesserunt, ita ut post alios Barhebraeus leges de punctis ultimo loco posuerit, ita prorsus a theoria prima alienus, quam etiam Graecos rejecisse ex appendicibus Grammaticae Dionysianae intellegitur.

Quae hucusque e causis ad educationem puerorum pertinentibus concludere conati sumus, testimoniis ex historia petitis jam nunc demonstranda sunt, itaque in unam seriem congesta proponimus ea quae de antiquis Syrorum grammaticis colligere contigit.

Quod supra diximus, Graecorum grammaticos a Syris esse lectitatos, eorumque normam Syris fuisse exemplum quod sequerentur in componenda grammatica linguae syriacae, facile sibi persuadebit, qui memoria tenet quae de antiquissimis Syrorum conatibus condendae grammaticae traduntur. Quidquid enim tentatum est, a viris graeca philosophia imbutis, interpretandis Graecorum libris omni studio deditis, factum videmus. Ad quod eo magis est adtendendum, quia hoc interpretandi officium simul causa esse debebat, cur collectiones vocabulorum seu vocabularia syro-graeca, quibus termini technici philosophorum continebantur conderentur.

Quomodo interpretes illi egerint, quod intellexisse juvat ad dijudicandam condicionem textus syriaci Dionysii Thracis, quem mox propondituri sumus, ex fragmento memoratu dignissimo cognoscitur, quod in fine Dionysii syriaci in Codice Musei Britt. Add. 14620 fol. 25 b legitur hunc in modum ܐܝܟ. ܫܘܐܠܐ. ܠܕܝܘܢܘܣܝܘܣ
ܡܡܠܠܐ. ܐܝܬܝܗ ܡܢܘܬܐ. ܕܐܘܡܐ ܡܡܠܠܢܐ. ܐܦܬܩܦܬܝܩܘܣ ܕܪܘܡܐ.
ܕܐܦܣܛܘܣ. ܘܕܝܒܬܐ܀ ܐܦܣܛܘܣ ܡܦܫܩܢܐ܀ ܐܘܦܣܛܪܝܣܝܩܘܣ ܡܬܘܡܕ
ܩܪܝܢܐ܀ ܡܦܪܘܣ. ܡܢܕܥܢܐ܀ ܡܘܠܝ. ܕܒܥܐ܀ ܦܣܬܝܩܘܣ ܦܣܬܐ܀
ܐܦܘܪܣ. ܠܥܘܠܐ܀ ܐܪܘ. ܠܥܘܠܐ܀ ܘܦܣܛܝܩܘܣ ܡܘܥܠܐ܀

Quae habes nihil est nisi interpretatio syriaca inter lineas servato ordine verborum syriacorum interposita, deinde turbato ordine descripta, quae turbatio inde est exorta, quod Syri verba

1) Huc pertinent Syrorum leges de orthoepia

aliter disposuerunt quam Graeci Initium est definitio vulgata hominis: *ἄνθρωπός ἐστι — ζῶον λογικὸν θνητὸν νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν.* Sequuntur singula vocabula graece et syriace. Hanc definitionem Syrus quidam recte vertit ܚܝܘܬܐ[1] ܡܠܝܠܬܐ[2] ܡܝܘܬܐ[3] ܡܣܟܠܢܘܬܐ[4] ܕܗܘܢܐ[5] ܘܡܩܒܠܢܝܬܐ[6], quae verba deinde discipulus quidam cum graecis secundum numeros contulit 1 *ζῶον* 2 *λογικὸν* 3 *θνητὸν* 4 *νοῦ καὶ* 5 *ἐπιστήμης* 6 *δεκτικόν.* Quo facto haec exorta est series 1 *ζῶον* = ܚܝܘܬܐ, 2 *λογικὸν* = ܡܠܝܠܬܐ, 3 *θνητὸν* = ܡܝܘܬܐ, 4 *νοῦ καὶ* = ܡܣܟܠܢܘܬܐ, 5 *ἐπιστήμης* = ܕܗܘܢܐ, 6 *δεκτικὸν* = ܘܡܩܒܠܢܝܬܐ. Haec deinde litteris syriacis scripta postquam *θνητόν* = ܬܢܝܛܘܢ in ܐܬܢܝܛܘܢ corruptum est, hunc efficiunt textum: ܐܢܫ. ܚܝܘܬܐ. ܠܘܓܝܩܘܢ ܡܠܝܠܬܐ. ܬܢܝܛܘܢ [ܐܬܢܝܛܘܢ] ܡܝܘܬܐ. ܢܘܣܩܐ ܡܣܟܠܢܘܬܐ. ܐܦܝܣܛܝܡܝܣ ܕܗܘܢܐ. ܕܩܛܝܩܘܢ. ܘܡܩܒܠܢܝܬܐ ܀ Similem confusionem hic illic etiam in Dionysio observabimus. Quae sequuntur nomina graeca primae declinationis accusativi forma exhibent, scilicet ܐܦܛܝܢ = *ἀπάτην*, ܡܛܥܝܢܘܬܐ; ܐܘܦܘܩܪܝܣܝܣ = *ὑπόκρισις*, ܡܣܒ ܦܪܨܘܦܐ; ܡܝܛܪܢ = *μήτραν*, ܡܪܒܥܐ; ܩܘܠܝܢ = *κοιλίαν*, ܟܪܣܐ; deinde ܦܣܝܠܘܣ = *ψιλός*, ܦܫܝܛܐ; ܐܘܪܘܣ = *ὅρος*, ܬܚܘܡܐ; ܐܘܪܘ = *ὅροι*, ܬܚܘܡܐ sic!; ܗܘܦܘܣܛܣܝܣ = *ὑπόστασις*, ܩܢܘܡܐ. Habes igitur specimen vocabularii antiquissimi graeco-syri, in quo eodem modo accusativus graecorum nominum primae declinationis, et pluralis secundae in u exstat, uti in posterioribus libris scribi solet.

Verbum igitur primum verbo reddentes, ordinem vero deinde verborum ad indolem linguae syriacae disponentes antiqui Syrorum doctores libros Graecos syriace expresserunt; quodsi ordo verborum mansit graecus, quem in prima interpretatione habuerant ac secunda vice interpretationem expolientes demum mutabant, confusio exoritur, cujus exempla infra in paradigmate verbi *τύπτω.* Ex hac ratione verbum verbo reddendi exorti sunt non solum Graecismi sed etiam eae interpretationes, quae sine auxilio vocum graecarum intelligi non possunt uti ܫܘܝ ܫܡܐ = *ὁμώνυμα* et ܕܫܡܐ ܠܚܘܕ ܕܓܘܐ = *ὧν ὄνομα μόνον κοινόν.* Hoffmann de Hermeneuticis apud Syros Arist. P. 17.

Iis qui primi libros graecos ad philosophiam pertinentes syriace interpretati esse dicuntur, accensendus est Sergius Resainensis [1]), Agapeto papae anno 536 defuncto coaevus et paullo ante eum mortuus [2]), qui ab Ephremo Antiochenorum patriarcha 527 —545 [3]) Monophysitas impugnante Romam missus cum Agapeto papa Româ Constantinopolin profectus est. Vir doctus sed moribus corruptus, mulieribus et pecuniae conquirendae deditus perhibetur, qui inter Syros medicinae peritissimus archiatros solet dici, et dignitate sacerdotali idem ornatus erat.

Exstant in codice Mus. Britt. 14658 saeculi VII lucubrationes Sergii de logica, de causis universi, de genere, specie et singularitate, de effectu quem producit luna secundum mentem astronomorum cum appendice de solis actione, quarum nonnullae Theodoro episcopo Maru (Assem. B. O. III, I, 147) dedicatae sunt. His accedit scholion de notione vocis schema (Wright Catal. 1162) et interpretatio libri Aristotelis de mundo (ib. 1157) et interpretatio partis ad plantas pertinentis ex Galeni libro de simplicium medicamentorum temperamentis quae amplectitur librum VI, VII, VIII quam eodem ut videtur Theodoro presbytero rogante composuit [4]).

Quibus libris ad philosophiam et medicinam pertinentibus accedit opus theologicum, introductio in opera Dionysii Areopagitae, quae et in linguam syriacam transtulit (Wright l. l. 500, 494). Quo opere aeque ac sermone de fide pietatem suam demonstravit, quam vitae moribus eum polluisse Zacharias Rhetor (Land Anecdot. III 289) dixit, quum alii eum pium et castum fuisse tradant (Wright Cat. 494). Quo vario de Sergii vita judicio comprobari videtur, virum eum fuisse sua aetate egregium, parti orthodoxorum (Agapeto, Ephremo) aestimatissimum, Monophysitis vero exosum, qui tamen tam gravem eum habuerunt, ut in codice monophysiticam doctrinam proponente et defendente mortem ejus enarrare non omiserint (Wright Catal. P. 983, Land Anecd. III 289).

Rixis igitur orthodoxorum contra Monophysitas occupatum quum Sergium nostrum videamus haud inepte coniciendum est, eundem eum fuisse, quocum Severus Antiochenus Patriarcha de duabus Christi naturis litteris datis disputavit, quarum fragmenta graeca inedita latent in Bibliotheca Coisliniensi (Montefalconius

1) Ita Barhebraeus apud Ass. B. O. II 315. Sed libros theologicos jam Diodorus circa annum 470 transtulit Martin DMZ. 30, 224 et jam ante eum Theodori Mopsuesteni libri translati sunt Hoffmann de Herm. P. 142.

2) Zacharjae Rhetoris hist. apud Land Anecdot. orr. III 289 sq. quocum conferendus est Barhebraeus Chron eccles. I 207 sq. Barhebraeus Zacharjam secutus est, sed Zacharjae textus mendis laborat.

3) Severum patriarcham anno 518 Antiochia pulsum (Bhbr. Chron. eccl. 193) secutus est Paulus annum unum, deinde Euphrasius 521—527 denique Ephraemus Amidensis 527—545. Bhbr. Chron. eccl. 195 sq.

4) Totam hanc interpretationem perlegi et quae edenda videntur edidi in DMZ. XXXIX, P. 237. Codicem descripsit Wright Catal. P. 1187.

Bibl. Coisl. P. 44, 55, 56, 57) et quarum fragmentum apud Photium (Bibliotheca P. 283 b, 28 Bekker) exstat. Eaedem vero epistolae et syriace servatae sunt in codice Musei Britannici (Wright Catal. P. 557), in quarum inscriptione se ipsum dicit grammaticum, quo nomine etiam apud Photium insignitur. Grammaticus vero Sergius citatur a Choerobosco et in Etymologico magno P. 223, 1, quod Zonaras sub voce *Γαῖα* repetit. Quod si recte disputatum est Sergium presbyterum et archiatrum eundem esse hominem, quem alibi grammaticum dictum invenimus, a veri specie est alienum tractatum grammaticum a Wrightio illi licet dubitanter attributum, quod Dionysii Thracis opusculum esse statim videbimus, ab illo esse compositum vel potius syriace translatum.

Continet enim codex Musei Britt. Add. 14658 praeter Sergii opera modo enumerata complures dissertationes ad philosophiam pertinentes et interpretationes librorum graecorum de philosophia quas Renanum secutus [1]) Wrightius fortasse Sergio cum specie veritatis attribuendas esse coniecit. Quem hanc ob causam Porphyrii Isagogen, Aristotelis categorias et librum de anima Aristoteli male adscriptum syriace edidisse ac de partibus orationis et de negatione et affirmatione tractatum composuisse Wrightius dixit. Sed obstare videtur quod in codice sex opuscula Sergio disertis verbis tribuuntur, scil. 1 logica, 2 de universo, 3 de mundo, 4 de genere, specie et singularitate, 5 de effectu lunae, 6 de effectu solis, unde concludendum est reliqua non ad eum pertinere, in quorum inscriptione nomen ejus non legitur, quod si de interpretatione librorum philosophorum nunc probare non possumus in opusculo grammatico probari facili negotio potest.

Bis enim idem tractatus exstat in Museo Britannico in codice Add. 14658, Wright Catal. P. 1156, 5, et in codice Add. 14620, Wright P. 802, 9. Sed in Add. 14658, quem jam B dicturi sumus, in quo Sergii lucubrationes inveniuntur, ea pars tantum exstat tractatus, quae de nomine agit, totum opusculum uno in Add. 14620, quem A dicimus, servatum est.

Horum codicum haec est condicio, ut A = 14620, quamvis saeculo IX tribuendus, textum antiquiorem praebeat quam B, in quo perpolita sunt ea, quae in A leguntur. Textus in A is est, quem ex prima interpretatione, in qua non omnia ad finem erant perducta, sed quae schediasma potius erat quam opus elaboratum et limatum, homo descripsit, qui voces interdum turbato ordine in charta positas non recte collegit, ita ut modo lacunae modo malae vocum consecutiones sint exortae. Amplissima exempla dabunt formae verbi *τύπτω* in fine positae, alia in adnotatione ad interpretationem adjecta sunt proposita.

---

1) Renan in Journal asiatique 1852, Tom. XIX P. 320.

E contrario codex B = 14658, saeculi VII, licet antiquior quam A, textum praebet, qui ex schediasmate in A servato confectus est, qua in re tamen redactor nihil nisi partem de nomine instauravit et limavit, reliqua prorsus omisit.

Unde intellegitur, ubi de interpretationis origine quaeratur redeundum esse ad cod. A, cujus in subscriptione, quid sibi voluerit, scriptor dixit, quamvis hodie in cod. A lacunis foedetur subscriptio. Omnia quae [graece] de re grammatica invenit succincte in usum discipulorum uno libro comprehendit, nihil vero invenit nisi partem Dionysii secundam. Talia Syrus in civitate a commercio litterarum longinqua degens dixit, Sergius vero Alexandriae studiis deditus dicere non potuit, quem Zacharias Rhetor multis Graecorum libris perlectis perpolitum et Theologia Originis eruditum confirmat. Accedit quod Sergius se ipse grammaticum dixit, siquidem Sergius grammaticus idem est qui archiatros, et grammaticum eum, qui a Choerobosco dignus habetur, cujus opiniones proferat, Dionysio excepto alia non invenisse Graecorum de re grammatica scripta, statui omnino non potest. Itaque quid sit censendum de interpretationibus et lucubrationibus philosophis anonymis in codice B servatis, si in dubio relinquimus, id dici potest, Dionysii interpretationem anonymo cuidam deberi neque tribuendam esse Sergio.

Haec omnia scripseram, quum clarissimus Ricardus Gottheil mihi dono dedit apographum codicis Berolinensis Sachau 226 anni 1881, qui Dionysii interpretationem continet nostram, quae in hoc codice Josephi Huzitae esse dicitur. Codicis hujus lectiones gravissimas in caput secundum recepi, omnes in textu syriaco adnotavi. Josephum scripsisse opusculum mihi non constat, quamvis nihil in eo insit, quod obstet. At quaero cur ejus nomen in codicibus Londinensibus saec. VII et IX non legatur? In codice Severi Berolinensi anni 1825 Jacobus Tagritensis mutatus est in Jacobum Edessenum. Fortasse nomen celeberrimum a scriba recenti opusculo anonymo inscriptum est. Codex textum praebet limatum, in quo posterioris redactoris manus facile deprehenditur, cui redactio B non ignota fuit.

Sed jam tempus est ipsum opus proponendi, quod ex codice A exscriptum edimus, varia lectione codicis B adjecta, qui opusculum secundis curis correctum et limatum continet, qua in re non constat utrum ipse interpres an alius quidam emendator fuerit.

Interpretatio nostra, quam commentarii loco addere placet, quia hoc modo difficultates plurimae simplicissima ratione expediri videntur, ita confecta est, ut quae ex Graeco desumsit graece, quae vero mutavit et idiomati syriaco adaptavit latine redderentur. Uno conspectu tali ratione dijudicatur, quam viam iniverit scriptor, qui eadem ratione uti Armenius Dionysii interpres primam armeniacam grammaticam ita syriacam primam ex graeca grammatica exaravit.

Caput II.

Interpretatio antiquissimae grammaticae syriacae ex graeco Dionysii libro confectae.

Add. 14620 fol. 23a = A. Add. 14658 fol. 92a = B. Cod. Berolinensis Sachau 226 = C.

A Item sermo grammaticorum de partibus orationis. B Item oratio philosopha. C Rabban Mar Josephi Huzitae de argumento grammaticae.

Dicunt ergo philosophi Graecorum, quod *λέξις* [1]) *ἐστὶ μέρος* parvum (gr. *ἐλάχιστον*) compositionis [2]) *λόγου. Λόγος δέ ἐστι* cursus compositionis [3]) *λέξεως διάνοιαν αὐτοτελῆ δηλοῦσα. Τοῦ δὲ λόγου μέρη ἐστὶν ὀκτώ,* hoc vero est *ὄνομα, ῥῆμα* [4]), *μετοχή, ἄρθρον, ἀντωνυμία, πρόθεσις* [5]), *ἐπίρρημα, σύνδεσμος.* [A inserit nomina graeca litteris syriacis et graecis, distincta numeris, qui respondent vocibus syriacis.]

Graeci vero sicut dicunt [*ἡ γὰρ προσηγορία* [6]) deest apud ABC] *ὡς εἶδος τῷ ὀνόματι ὑποβέβληται. Ὄνομα* (igitur ut dicunt) *ἐστὶ μέρος λόγου* [om. AB *πτωτικόν*] *ἢ σῶμα ἢ πρᾶγμα σημαῖνον, σῶμα μὲν* [om. AB *οἷον*] homo, equus *λίθος, πρᾶγμα δὲ* [om. AB *οἷον*] *παιδεία,* sapientia, prudentia [A repetit sapientia] *κοινῶς* [7]) *τε καὶ ἰδίως λεγόμενον, κοινῶς μὲν* [om. AB *οἷον*]

---

1) AC nihil habent nisi ܡܠܬܐܡܪܟܒܘܬܐ, qua voce *λέξις* in opusculo solet reddi, quum ܡܠܬܐ sit *λόγος.* B conjungit ܕܡܠܬܐ ܕܡܠܬܐܡܪܟܒܘܬܐ hic et infra, quod ex compositione duarum interpretationum fluxisse videtur.

2) AC ܕܪܘܟܒܐ, quod in B ܕܪܘܟܒܗ expolitum est.

3) ABC ܕܪܗܛܐ uti legitur cursum designat, sed quum graece legatur *πεζῆς λέξεως σύνθεσις*, dubito an textus syriacus ex prima interpretatione, qua *πεζὸς* voce ܕܪܳܗܳܛܳܐ exprimebatur, in eam formam sit immutatus, quae jam sensum satis perspicuum praebere videtur a Graeco vero sine causa justa recedit.

4) *Ῥῆμα* redditur ܡܐܡܪܐ, pro quo posteriores dicere consueverunt ܡܠܬܐ, quod apud nostrum est *λόγος.* Primi interpretes librorum philosophorum terminologiam usu receptam non invenientes vario modo interpretati sunt. Exempla praebet Hoffmannus De hermeneuticis P. 18. — Punctum post ܡܐܡܪܐ rectum est, *μετοχὴ* enim redditur ܕܫܘܬܦܘܬܐ ita ut non pendeat de ܡܐܡܪܐ.

5) A pro *πρόθεσις* habet ܡܣܝܡܘܬܐ ܣܝܡܐ. B puncto distinxit duo vocabula ܣܝܡܐ. ܡܣܝܡܐ quod rectum esse non potest. C ܡܣܝ ́ ܣܝܡܐ.

6) Deest in ABC vox, quae respondet graeco *προσηγορία*, in quo reddendo haerens interpres finem tantum enuntiati expressit. C ܢܦܠ = *ὑποβέβληται.*

7) B addit ܕܝܢ quo facto phrasis melius currit, A omittit ܕܝܢ = *δέ* quod Graecus non habet. Itaque B secundis curis limatus est, quod etiam nominibus modo sequentibus Paulus, Petrus, Johannes comprobatur. C turbatus.

ἄνθρωπος, ἵππος, bos, *ἰδίως δὲ* [om. AB *οἷον*] Plato, Aristoteles' *Σωκράτης*. [B pro his nominibus praebet Paulus, Petrus, Johannes, C Petrus, Paulus Johannes.]

Παρέπεται [proprie adhaerent] *δὲ τῷ ὀνόματι* haec *πέντε· γένη, εἴδη, σχήματα, ἀριθμοί, πτώσεις* [BC *πτῶσις*].

Γένη [om. ABC *μὲν*] *οὖν εἰσι* in lingua [add. BC quidem] graeca *τρία, ἀρσενικὸν* et *θηλυκὸν* et aliud praeter haec, id quod neque femininum est, tamquam proprietas linguae graecae. In lingua vero syriaca genera sunt duo, masculinum et femininum. *Ἔνιοι δὲ προστιθέασι τούτοις ἄλλα δύο* et unum quidem dicunt nomen commune (*κοινὸν*) illud vero alterum ad-commune (*ἐπίκοινον* = ʿal gawwânâyâ). Nomen igitur commune est sicut id quod camelum et aquilam, mares nempe et feminas, masculine dicimus. Ad-commune (*ἐπίκοινον*) vero est id quod hirundines et passeres et ea quae similia sunt his, enim feminine appellamus [1]). C limatus.

Εἴδη δὲ sunt *δύο*, graece et syriace, *πρωτότυπον καὶ παράγωγον. Πρωτότυπον* est *τὸ κατὰ τὴν πρώτην* (*μὲν* add. AB) *θέσιν λεχθὲν, οἷον* coelum et (A om. et) *γῆ* et ignis et aer [BC om. et aer [2])], id vero quod a typo primo constituitur et dicitur (= *παράγωγον*) sicut coelestis *γαιήϊος*, ignitus. [C in coelo, pro coelum!]

Et (B om. et) *εἴδη παραγώγων* [3]) *ἐστὶν ἑπτὰ* et dicuntur a patribus (= *πατρωνυμικὸν*), a possessione [4]) (= *κτητικὸν*) et a comparatione (= *συγκριτικὸν*) et a positione (*ὑπερθετικὸν*) et a diminutione (= *ὑποκοριστικὸν* [5])) et ab extra a nomine (= *παρώνυμον* [6]) et a verbo = *ῥηματικόν*.

---

1) B praebet: id quod hirundo et ea quae sicut haec mares vero et feminas feminine dicimus. — Ceterum ܢܫܪܐ aquila est mscl., ܓܡܠܐ camelus com., ܣܢܘܢܝܬܐ hirundo et ܨܦܪܐ passer fem. Graece duo vocabula epicoena apud Dionysium leguntur *χελιδὼν, ἀετός*, duo *κοινά*, scil. *ἵππος, κύων*, quibus substituit Syrus camelum et passerem

2) A addit aer, sed in paragogis nihil respondet, itaque uno alterove loco aliquid turbatum est. Voces graecae *ἀφ' ἑτέρου τὴν γένεσιν ἐσχηκός* omissae sunt, nam ܗܘ ܕܡܬܝܠܕ ܡܢ ܐܚ' ܩܢ' respondet voci *παράγωγον*. — Hinc exortae sunt posteriorum doctrinae de ܐܘܠܕܢܐ et ܒܠܝܕܢܐ denique de ܡܬܝܠܕܢܐ.

3) A proprie: et *εἴδη* ea quae a typo primo exsistentiam adquirunt. BC vero: *εἴδη* eorum quae rel.

4) A male a numero menyânâ pro qenyânâ.

5) A ܡܙܥܪܘܬܐ quod in BC mutatum est in ܡܙܥܘܪܘܬܐ.

6) ABC men leḇar men šemâ, le*β*ar men = *παρά*. Qui sibi videntur ex Syriaco facili negotio restituere textus graecos, ad has voces adtendant, quis enim sine Graeco hasce voces recognoverit!

Πατρωνυμικὸν (proprie: a nomine patrum) *μὲν οὖν ἐστι τὸ κυρίως*[1]) *ἀπὸ πατέρων* (graece *πατρός*) *ἐσχηματισμένον* (ad litteram: positum[2]) sicut Levita, Judaeus. *καταχρηστικῶς δὲ καὶ* (*τὸ* om. AB) *ἀπὸ προγόνων*[3]) *οἷον* Israelitae, Ammonitae, Idumaei.

Graece vero hoc nomen (om. A) tres typos recipit, syriace autem unum ut Ihudâyâ, ꜥAmaliqâyâ, Meṣrâyâ. Ita vero etiam nomen femininum graece tres typos recipit, syriace autem unum tantum sicut Isarlâytâ, Ihudâytâ, ꜥEβrâytâ (om. B)[4]). A nominibus autem feminarum non ponitur hoc nomen. [C turbatus et limatus.]

A nomine possessionis[5]) dicitur *τὸ ὑπὸ τὴν κτῆσιν πεπτωκὸς* et comprehendit (conjungit, vincit) possessionem cum possessore sicut pallium Josephi et (om. A) virga Aharonis et (om. A) gladius Goliathi[6]). [C a nominibus possessionis cet.]

Συγκριτικὸν δέ ἐστιν, quando unus cum altero in genere comparatur (= *τὸ τὴν σύγκρισιν ἔχον ἑνὸς πρὸς ἕνα ὁμοιογενῆ*) *ὡς* ecce plus quam Salomo heic (Matth. 12, 42) — *ἢ ἑνὸς πρὸς πολλοὺς ἑτερογενεῖς* (ad litt. extra genus) *ὡς* Salomo sapiens fuit nempe (B om.) plus quam omnes filii orientis (1 Reg. 5, 10). *Τῶν δὲ συγκριτικῶν τύποι*[7]) qui graece et syriace *εἰσι τρεῖς* uti magis quam aliquis, bene ante aliquem, plus quam omnes.

Ὑπερθετικόν (vero) *ἐστι* quando unus quidem (om. B) ponitur et cum multis comparatur[8]). (Graece *τὸ κατ' ἐπίτασιν ἑνὸς πρὸς πολλοὺς παραλαμβανόμενον ἐν συγκρίσει*) *τύποι δὲ αὐτοῦ* (B om.) *εἰσι δύο* graece et syriace unus *οἷον* vanitas vanitatum et canticum canticorum, alius vero sicut magnus ex magnis, laudatus ex laudatis[9]).

---

1) *Κυρίως* ad litteram redditur ܡܕܝܠܐܝܬ.

2) Cogitavi de ܡܬܣܣܡܢ pro ܡܬܠܣܡܢ.

3) A expressi, qui pro *πρόγονοι* posuit patres patrum. B habet sicut quod a patribus patrum. B deinde inverso ordine Israel. Idum. Amm.

4) i. e. Israelita, Judaea, Ebraea.

5) B ܡܢ ܫܡܐ ܕܩܢܝܢܐ; A ܡܢ ܗܢܐ ܕܩܢܝܢܐ, quod rectum est, sed latine vix potest reddi. Graece esset *ἀπὸ τοῦ τῆς κτήσεως*. A habet: ܡܢ ܗܢܐ ܕܩܢܝܢܐ ܡܬܐܡܪ ܬܚܬܝܐ ܗܘ = ab eo possessionis dicitur taḥtâyâ = inferior is qui rell. Nescio num ܬܚܬܝܐ sit hallucinatio scribae an interpretatio quaedam male feriata.

6) A inepte in hoc enuntiato habet negationem: et non comprehendit.

7) B Typus vero comparationis male. Tres Graecorum formas in *τερος*, *ιων* et *ων* Syrus imitatur tribus formulis ܝܬܝܪ ܡܢ, ܠܥܠ ܡܢ, ܡܝܬܪ ܡܢ.

8) B unum ponitur super multa cum multis comparatur.

9) Syri sibi non constant, unum typum dicentes sed duo afferentes, scil. genetivum in statu constructo et per Particulam ܕ formatum, quo imitantur graecas formas in *τατος* et *τος*.

Ὑποκοριστικὸν[1]) *δέ ἐστι τὸ μείωσιν τοῦ πρωτοτύπου ἀσυγκρίτως* = AC praeter comparationem cum alio, B praeter comparationem alius) *δηλοῦν οἷον μειρακύλλιον, ἀνθρωπίσκος.*

Παρώνυμον (ad litt. extra nomen) *δέ ἐστιν* [deest *τὸ παρ' ὄνομα ποιηθὲν*] *οἷον* Judas Maccabaeus et Antiochus Epiphanes[2]).

Ῥηματικὸν δέ ἐστι τὸ ἀπὸ ῥήματος[3]) assumens denominationem (= *παρηγμένον*) *οἷον* sapiens et sciolus et amatus.

Σχήματα δὲ ὀνομάτων ἐστὶ τρία, ἁπλοῦν, σύνθετον et plus quam compositum (= *παρασύνθετον*). *Ἁπλοῦν μὲν οἷον* åβ (pater) *σύνθετον δὲ οἷον* Aβ-ram, *παρασύνθετον δε οἷον* Aβ-ra-ham[4]). — *Τῶν δὲ συνθέτων* (A Singul.) *διαφοραί εἰσι* tres (graece *τέσσαρες*) *ἃ μὲν* [*γὰρ* om. AB] *αὐτῶν εἰσιν ἐκ δύο τελείων* ita ut fiat [B fiant] unum[5]) *ἃ δὲ ἐκ δύο ἀπολειπόντων* (ad litt. ex duabus partibus imperfectis) *οἷον* — Moyses, *ἃ δὲ ἐξ ἀπολείποντος καὶ τελείου οἷον*[6]) — mẹleχ malke (rex regum) *ἃ δὲ* composita *ἐκ τελείου καὶ ἀπολείποντος οἷον* Bar-dåδeh (i. e. patruelis Levit. 25, 49, Jud. 10, 1 sed AC praebent Bar-håδåδ i. e. Benhadad 1 Reg. 15, 18)[7]).

---

1) A reddit ܕܡܒܨܪܘܬܐ = diminutionis, BC ܕܡܨܪܘܬܐ = blanditiarum quod a ܨܪ stridit, modulatus est processit. Sic et vocem *μείωσιν* A reddit ܒܨܝܪܘܬܐ B vero ܡܨܪܢܘܬܐ. C *μείωσιν* ut A ܒܨܝܪܘܬܐ.

2) Quae uncinis inclusa sunt aut propter homoeoteleuton in Syriaco exciderunt, aut interpres rem non ad finem perduxit.

3) B *ῥηματικόν* hoc loco vertit ܡܠܠܐ a ܡܠܬܐ quod contra usum hujus interpretis, cui ܡܠܬܐ est *λόγος*. Recte AB praebent ܡܢ ܡܐܡܪܐ. Sed in *ἀπὸ ῥήματος* etiam A sibi non constat, scribens ܡܢ ܡܡܠܠܐ, C ܡܢ ܡܐܡܪܐ. Graece exempla sunt *Νοήμων* et *Φιλήμων* quae Syrus suo modo est imitatus.

4) Biblico exemplo rem explicat, quae ceterum Semitis est inusitata. Graecum exemplum est *Μέμνων, Ἀγα-μέμνων, Ἀγαμεμνονίδης.* — AB male habent ܐܒܪ, A prima vice jam praebet ܐܒܪܗܡ ubi recte BC ܐܒܪܡ.

5) Deest exemplum post haec verba ܐܝܟ ܗ̇ܝ ܕܢܗܘܐ ܚܕ quae B mutavit in ܐܝܟ ܕܢܗܘܘܢ ܚܕ — Secundum exemplum Moyse ex duabus imperfectis secundum notam etymologiam a משה et מים intellegendum est.

6) A omittit omnia inde a Moyses usque ad hanc vocem. Si mẹleχ habetur imperfectum, intellegitur cur ܐ status emphatici dici possit ܐܠܦ ܕܡܫܡܠܝܐ Severus P. 25 Textus syr.

7) Syriacus textus imperfectus et confusus ex autographo in libro liturario processit. Primum tria tantum genera voluit distinguere sed quatuor recepit 1 duo perfecta membra, 2 duo imperfecta 3 imperfectum cum perfecto, 4 perfectum cum imperfecto, ad quae efficienda deinde duobus exemplis mẹleχ malke et Bar-haδaδ sive Bar-dåδeh utitur, quae ex imperfecto cum perfecto constant. Quodsi in A Moyses rell. desunt et tria genera revera proponuntur, lectio perversa est, Moyses enim solum duobus imperfectis constat.

Ἀριθμοὶ vero in lingua (B linguae) [graecae sunt *τρεῖς, ἑνικὸς* et *δυϊκὸς* et *πληθυντικὸς* in lingua vero A omittit] syriaca sunt duo singularis et pluralis (om. B sing. et plur.) uti homo et homines. Sunt vero etiam nomina alia, quae singularia quidem sunt et de multis indicant, uti populus, turba, turma. Iterum vero sunt etiam nomina alia, quae pluraliter quidem dicuntur, de uno vero vel de duobus indicant, uti šęmayyâ (coelum) et mayyâ (aqua) et raχšâ (equi AC, at B praebet raḥšâ i. e. reptilia)[1]). Iterum vero sunt nomina alia quae singulariter quidem dicuntur et de duobus (B de duobus vero) indicant, uti par (zaugâ) jugum (paddânâ).

Quae praecedunt ex graeco desumta sunt, qui haec habet: *εἰσὶ δέ τινες ἑνικοὶ χαρακτῆρες καὶ κατὰ πολλῶν λεγόμενοι, οἷον δῆμος, χορός, ὄχλος· καὶ πληθυντικοὶ κατὰ ἑνικῶν τε καὶ δυικῶν, ἑνικῶν μὲν ὡς Ἀθῆναι, Θῆβαι, δυικῶν δὲ ὡς ἀμφότεροι.*]

Πτώσεις vero *ὀνομάτων* secundum linguam graecam *εἰσὶ πέντε*, hoc est *ὀρθή, γενική, δοτική, αἰτιατική, κλητική*[2]).

Rectus nempe est tanquam nominatus sicut quis dicit: homo. [Respondet graeco *λέγεται δὲ ἡ μὲν ὀρθὴ ὀνομαστική*, deest *καὶ εὐθεῖα*]

ἡ δὲ γενικὴ est *κτητική τε καὶ* [om. B] *πατρικὴ* hoc est [B homo] hominis, equi[3]).

ἡ δὲ δοτική est dativus (eandem vocem qua *δοτικὴν* designavit pro *ἐπισταλτικῇ* repetit), hoc est homini,

ἡ δὲ αἰτιατικὴ est causalis, hoc est per hominem (sic!)[4])

ἡ δὲ κλητικὴ est vocatus, sicut o homo.

Syriace vero haec species confusa est nec distincta. [C limatus.]

Ὑποπέπτωκε δὲ τῷ ὀνόματι[5]) *ταῦτα, ἃ καὶ αὐτὰ εἴδη προσαγορεύεται*[6]), 1 *κύριον*, 2 *προσηγορικόν*, 3 *ἐπίθετον*, 4 *πρός τι ἔχον*, 5 *ὡς πρός τι ἔχον*, 6 *ὁμώνυμον*, 7 *συνώνυμον*, 8 *φερώνυμον*, 9 *διώνυμον*[7]), 10 *ἐπώνυμον*, 11 *ἐθνικόν*, 12 *ἐρωτη-*

---

1) In A ܪ̈ܟܫܐ habet puncta, quae posterioribus grammaticis materiam regulae dederunt.

2) In textu syriaco nomina haec adverbialiter expressa sunt *ὀρθῶς, γενικῶς* etc. Sic et in sequentibus.

3) Post ‚hominis' rasura in A.

4) Interpres sequitur scholiastam aliquem. Cf. Uhligii editio P. 32.

5) Plur. in B temerario scribae tribuendus, sic et Signum Pluralis quod in A deest.

6) Uti hic ܐܬܟܢܝ = *προσηγορεύεται* sic infra *προσηγορικὸν* = ܡܬܟܢܝܢܐ. C ܡܬܟܢܝܢ pro ܡܬܟܢܝܢ, hic et infra.

7) Syr. B ܠܬܪ̈ܝܢ ܫܡܐ sensu caret. A praebet ܠܬܝܢ, conjicio ܠܬܪ̈ܝܢ ܫܡܗܐ. C ܠܬܝܢ ܫܡܗܐ.

ματικόν, 13 *ἀόριστον*, 14 . .?[1]) . ., *ὅ καὶ ὁμοιωματικόν*, *ἀνταποδοτικὸν καὶ δεικτικὸν* est, 15 *περιληπτικόν*, 16 *ἐπιμεριζόμενον*, 17 *περιεκτικόν*, 18 *πεποιημένον*, 19 *γενικόν*, 20 *ἰδικόν*, 21 *τακτικόν*, 22 *ἀριθμητικόν*, 23 *ἀπολελυμένον*[2]).

1. *Κύριον μὲν οὖν* (A *κύρ. δέ*) *ἐστι τὸ τὴν ἰδίαν οὐσίαν σημαῖνον*, *οἷον* Joseph, Benjamin, Jacob (Jacob, Joseph, Benjamin BC).

2. *Προσηγορικὸν δέ ἐστι τὸ τὴν κοινὴν οὐσίαν σημαῖνον οἷον ἄνθρωπος*, *ἵππος*, bos (BC hoc tantum praebent: *προσηγορ. δέ ἐστιν οἷον ἵππος*, *ἄνθρωπος* — C *ἄνθρ.*, *ἵππος*, bos.)

3. *Ἐπίθετον δέ ἐστι τὸ ἐπὶ* (*ὀνόματος*) *κυρίου* et *προσηγορικοῦ τιθέμενον καὶ δηλοῦν* (+ *ἢ* A) *ἔπαινον ἢ ψόγον*. *Λαμβάνεται δὲ τριχῶς* vel *ἀπὸ ψυχῆς*, vel *ἀπὸ σώματος*, vel *ἀπὸ τῶν ἐκτός*. *Ἀπὸ μὲν ψυχῆς ὡς σώφρων* vel contemptus, *ἀπὸ δὲ σώματος ὡς* gravis, levis, *ἀπὸ δέ τῶν ἐκτὸς*, *ὡς πλούσιος*, *πένης*. [A pro levis habet maslẹyâ reprobatus.]

4. *Πρός τι ἔχον δέ ἐστιν ὡς πατὴρ* versus filium, *υἱὸς* versus patrem[3]), et *φίλος* versus amicum, *δεξιὸς* versus simistrum.

5. *Ὡς*[4]) *πρός τι ἔχον δέ ἐστιν ὡς νὺξ* et *ἡμέρα*.

6. *Ὁμώνυμον δέ ἐστιν τὸ κατὰ πολλῶν ὁμωνύμως* (om. B) *τιθέμενον*, *οἷον* Joseph filius Jacobi et (B om. et) Josephus filius ʿEli et (B om. et) Joseph Ramathensis. AC deinde addunt.: Homonymia vero est sicut canis maris (phoca) et canis aridi (canis domesticus) et canis d'grâ, C dẹsurtâ[5]). C limatus.

7. *Συνώνυμον δέ ἐστι τὰ ἐν ὀνόμασι μὲν διαφόροις τὴν αὐτὴν προσηγορίαν δηλοῦντα οἷον* ensis, mucro, gladius (B vero habet: *Συνών. δέ ἐστι τὰ ὀνόματι* (sic!) *μὲν διαφέροντα τὸ αὐτὸ δὲ σημαίνοντα*). C pro *προσηγορίαν* actum habet.

8. *Φερώνυμα*[6]) *δέ ἐστι* sicut id, quod ab iis quae accidunt posita B, cui respondet graece *τὰ ἀπό τινων συμβεβηκότων τεθέντα*) *ὡς* Benjamin et Jokebar (et Zeraḥ add. A).

---

1) Graece est *ἀναφορικὸν*, *ὃ καὶ κτλ.* Unde sequitur in Syriaco vocabulum deesse, nam ܗܘ ܕܐܦ ܡܕܡܝܢܐ respondet graeco *ὃ καὶ ὁμοιωματικόν*.

2) Ex hoc catalogo discitur quam difficile voces graecae e Syriacis interdum recognoscantur. Quis sine Graeco haec intellexerit!

3) AC praebent sicut pater versus filium, B vero, sicut filius versus patrem. Ex graeco: *πατὴρ υἱός φίλος δεξιός* sequitur in utroque codice dimidiam partem textus originalis esse servatam.

4) In B deest *ὡς*!

5) Imitatur graecum exemplum *μῦς θαλάσσιος* et *μῦς γηγενής*. Cf. Wright Catal. of Syr. Mspts. 1019 a et Payne-Smith Thesaurum 1742.

6) Syriace ܫ̈ܡܗܐ ܡܥ̈ܒܪܢܐ i. e. afferentes nomina.

9. *Διώνυμα* [1]) *δέ ἐστιν* (B om. *ἐστιν*) quando duo nomina ponuntur principaliter super unum (graece esset: *ὅταν δύο ὀνόματα τιθῶνται* sive *τιθῆται κυρίως καθ' ἑνός*), sicut Azarja et Uzzia (B qui dicitur Uzzia). Hoc vero nomen non redit ad se ipsum (graece legitur *οὐκ ἀναστρέφοντος τοῦ λόγου*) quia non (A non vero) omnis qui Azarja etiam Uzzia est (A qui Uzzia dicitur Azarja est) Graece exstat: *οὐ γάρ εἴ τις Ἀλέξανδρος οὗτος καὶ Πάρις* [2]).

10. *Ἐπώνυμον δέ ἐστι . . . . . τὸ ἐφ' ἑτέρου* (ad verbum super nomen aliud) *κυρίου* (A *κυρίως*) *λεγόμενον*, sicut secundum unum nomen belluae Pharao et Aegyptus appellantur [3]) (deest *ὃ καὶ διώνυμον καλεῖται*).

11. *Ἐθνικὸν δέ ἐστιν τὸ περὶ ἔθνους* (ad verbum de gente) *δηλοῦν ὡς* Canaanaei, Pherezitae, Jebusitae.

12. *Ἐρωτηματικὸν δέ ἐστι* id quod erotematice dicitur (= *τὸ κατ' ἐρώτησιν λεγόμενον*, sed B id quod interrogat) *οἷον τίς, ποῖος, πόσος, πηλίκος*. A post *ποῖος* = 'ainâ inserit aikâ ex dittographia exortum, hic enim vocis 'aikâ i. e. ubi locus non est.

13. *Ἀόριστον δέ ἐστι τὸ τῷ ἐρωτηματικῷ ἐναντίως λεγόμενον, οἷον ὅστις, ὁποῖος, ὁπόσος, ὁπηλίκος.*

14. *Ὁμοιωματικὸν* [4]) *δέ ἐστιν ὃ καὶ . . . . . ἀνταποδοτικὸν καλεῖται* (B *ἐστιν*) *τὸ ὁμοίωσιν σημαῖνον* (ad verbum et de similitudine quadam indicans), *οἷον τοιοῦτος* et *τοιαύτη* et *τηλικοῦτος* (ad litt. sicut hoc omne).

15. *Περιληπτικὸν* [5]) *δέ ἐστι . . . . . .* sicut quantum *οἷον δῆμος ὄχλος, χορός*. Textus syr. haud dubie a Graeco recedit. Graece est: *περιληπτικὸν δέ ἐστι τὸ τῷ ἑνικῷ ἀριθμῷ πλῆθος σημαῖνον οἷον δῆμ. κτλ.*

16. *Ἐπιμεριζόμενον δέ ἐστι τὸ ἐκ δύο ἢ* (*καὶ* om.) *πλειόνων ἐπὶ ἓν ἔχον τὴν ἀναφοράν* [6]) *οἷον ἑκάτερος ἕκαστος.*

---

1) BC uti in catalogo ܠܬܪ̈ܝܢ ܦ̈ܪܨܘܦܐ A cum rasura ܠܬܝܢ. Supra conjeci ܠܐܬ̈ܪܝܢ ܦ̈ܪܨܘܦܐ.

2) Graeco exemplo dionymi substitut nomen regis Judaei Uzziae qui alio nomine Azarja dicitur.

3) Alludit ad Ezechielem (29, 3; 32, 2) qui Pharaonem dicit belluam, qua voce Jesaj. 51, 9 designatur Aegyptus.

4) A recte ܡܬܕ̈ܡܝܢܐ unde in B exortum ܡܪ̈ܝܢܐ quod esset *κύριον*. Animadvertendum est ܡܬܕܡܝܢܐܝܬ infra 18 esse *μιμητικῶς*, quum ܡܬܕ̈ܡܝܢܐ sit *ὁμοιωματικόν*.

5) Syriace ܡܣܟܡܢܐ i. e. includens, continens unde ܣܟܘܡܐ summa.

6) Cum AC legendum ܡܦܩܢܐ i. e. efferens, causativum vocis ܢܦܩ. Quod redactor in B non intellegens scripsit ܡܬܦܣܩܢܐ = decisum, quia

17. *Περιεκτικον δέ ἐστι τὸ ἐμφαῖνον ἓν τὸ περιεχόμενον ἐν αὐτῷ οἷον παρθενών, χηρεία* [1]).

18. *Πεποιημένον δέ ἐστι τὸ παρὰ τὰς τῶν ἤχων ἰδιότητας μιμητικῶς εἰρημένον, οἷον φλοῖσβος* (ad verbum rugitus maris) *δοῦπος* (? ad verb. clamor terrae).

19. *Γενικὸν δέ ἐστι τὸ εἰς πολλὰ εἴδη διαιρεθέν, οἷον ζῶον φυτόν.*

20. *Ἰδικὸν δέ ἐστι τὸ ἐκ τοῦ γένους διαιρεθέν, οἷον βοῦς* et *ἵππος* (A add. et leo) et *ἄμπελος* et *ἐλαία.* C glossa auctus.

21. *Ταχτικόν* [2]) *δέ ἐστι τὸ τάξιν δηλοῦν, οἷον πρῶτος δεύτερος τρίτος.*

22. *Ἀριθμητικὸν δέ ἐστι τὸ ἀριθμὸν σημαῖνον, οἷον εἷς, δύο, τρεῖς.*

23. *Ἀπολελυμένον* [3]) *δέ ἐστιν . . . . . οἷον θεός λόγος.*

Rationabilium (BC *λόγου*) [4]) *διαθέσεις εἰσὶ δύο, ἐνέργεια καὶ πάθος, ἐνέργεια μὲν* est *ὡς κριτὴς ὁ κρίνων, πάθος δὲ* est *ὡς κριτός ὁ κρινόμενος.*

Et haec quidem dicta sunt de nomine, quae est pars prima orationis [5]). Loquamur vero deinde etiam de verbo, quae est pars secunda orationis

Περὶ ῥήματος.

Ῥῆμα vero *ἐστι λέξις ἄπτωτος, ἐπιδεκτική* vero *χρόνου* [6]) (*τε*) *καὶ προσώπων καὶ ἀριθμῶν* et (om. Gr.) *ἐνέργειαν* et (graece *ἢ*) *πάθος παριστᾶσα. Παρέπεται δὲ τῷ ῥήματι ὀκτώ·* lectiones (gr. *ἐγκλίσεις* [7])), *διαθέσεις, εἴδη, σχήματα, ἀριθμοί,*

ܦܣܣܘ cum ܦܠܓ sensu dispertiendi comparandum esse inepte putavit. Deinde ܡܢ ܬܪܘܝܗܘܢ ܚܕ est *ἑκάτερος* et ܡܢ ܟܠ ܚܕ ܡܢܗܘܢ est *ἕκαστος.*

1) Cum AC legendum est et vertendum virginitatis, viduitatis. Quorum prius quum sit *παρθενών*, alterum est domus viduarum, *χηρεία* dicta Didascalia Apostol. ed. Lagarde 62, 2. C in hac paragrapho limatus.

2) Ita cum A legendum. B ܡܣܣܡܬܚܐ inepte. Sic et ܕܬܚܡܐ cum A rectum est, ܟܠܠ rasura deletum huc non pertinet. C ܗܘ ܕܟܠܠ ܬܚܡܐ.

3) Syr. ܫܪܝܐ i. e. solutio respondet graeco *ἀπολελυμένον* = absolutum. — Desunt verba *ὃ καθ' ἑαυτὸ νοεῖται.*

4) Graecum *τοῦ δὲ ὀνόματος* in BC redditur ܕܡܠܬܐ quod esset *τοῦ λόγου.* Hinc in A factum est ܕܡܠܬܢܝܐ = rationabilium (sunt duae dispositiones).

5) Add. 14,658 = B hic habet: Explicit oratio philosopha. Quae sequuntur in A et C leguntur.

6) Sic Cod. sed ܘܙܒܢܐ emendandum est.

7) Cur flexiones dicantur ܡܫܠܬܐ inde explicatur, quod varia pronuntiatione punctis insignita variae verborum formae oriuntur. Hinc factum est ut apud posteriores grammaticos flexio cum punctorum positione simul doceretur. Cf. quae de Josepho bar Malkon Cap. VIII sub finem docuimus.

πρόσωπα, *χρόνοι*, *συζυγίαι* (leg. ܙܘ̈ܓܐ). Secundum linguam graecam octo sunt, in lingua vero syriaca septem sunt.

(*Καὶ* om. Syr.) *ἐγκλίσεις μέν εἰσι πέντε*, *ὁριστική*, *προστακτική*, *εὐκτική*, *ὑποτακτική* (ad litteram: recipiens), vox ex verbo [1]), (gr. *ἀπαρέμφατος*).

Διαθέσεις δέ εἰσι τρεῖς, *ἐνέργεια* et *πάθος* et *μεσότης*. *Ἐνέργεια* vero (Graec. *μὲν*) est *οἷον τύπτω*, facio, scribo, *πάθος δὲ* est *οἷον τύπτομαι*, fio, scribor, *μεσότης δὲ* est *ἡ ποτὲ* (*μὲν* om.) ab energia *παραστραθεῖσα* (sic ad litteram, gr. legitur *ἐνέργειαν παριστᾶσα*), *ποτὲ* a passione, *οἷον* descendi, meavi, sedi, cucurri, transii [2]).

Εἴδη δὲ sunt *δύο*, *πρωτότυπον* (ad litter. typus primus) *καὶ παράγωγον* (ad litt. id quod a typo primo compositum est), *πρωτότυπον μὲν* est *οἷον* gåmarnå (perficio), *παράγωγον δὲ* est *οἷον* meϑ-gemarnå (perficior) [3]).

Σχήματα δὲ τρία sunt, *ἁπλοῦν*, *σύνθετον*, *παρασύνθετον* (ad litter. plus quam compositum); *ἁπλοῦν μὲν* est, *οἷον* råʒenå (pasco gr. *φρονῶ*), *σύνθετον δὲ* est *οἷον* meϑ-raʒenå (cogitavi gr. *κατα-φρονῶ*), *παρασύνθετον δὲ οἷον* meϑraʒåyu meϑ-raʒenå (cogitando cogitavi, gr. *ἀντι-γον-ίζω*, *φιλ-ιππ-ίζω*).

Ἀριθμοὶ quidem secundum linguam graecam *τρεῖς*, id est vero *ἑνικὸς*, *δυϊκὸς* (om. *καὶ*) *πληθυντικός* [4]), secundum linguam vero syriacam duo, singularis et pluralis. Et *ἑνικὸς μὲν* est *οἷον τύπτω*, facio, scribo, [omittitur: *δυικὸς δὲ οἷον τύπτετον*] *πληθυντικὸς δὲ* est *οἷον τύπτομεν*, facimus, scribimus.

Πρόσωπα δὲ sunt *τρία*, *πρῶτον*, *δεύτερον*, *τρίτον*, *πρῶτον μὲν* est is, *ἀφ' οὗ* est *ὁ λόγος*, *δεύτερον δὲ* est is, *πρὸς ὃν* est *ὁ λόγος*, *τρίτον δὲ* est is, *περὶ οὗ* fit *ὁ λόγος*.

Χρόνοι δὲ sunt *τρεῖς*, *ἐνεστώς*, *παρεληλυθώς*, *μέλλων* (*Τούτων* om.) *ὁ παρεληλυθὼς* igitur *ἔχει διαφορὰς τέσσαρας* et dicuntur dalqublå (i. e. oppositus = *παρατατικόν*), qarrîβå (i. e. propinquus = *παρακείμενον*) mešamleyå (i. e. perfectus = *ὑπερσυντέλικον*), lå metaḥḥemånå (i. e. indefinitus = *ἀόριστον*).

Affines [5]) vero sunt tres (ita pro graeco *ὧν συγγένειαί εἰσι*

---

1) In fine dicitur meϑ'amrånuϑå men mîmra. Itaque etiam hoc loco ita legendum est = *λέξις ῥήματος*. Cf. p. 28.

2) Medii exempla corrupta sunt, pro ܥܒܕܬ et ܟܬܒܬ haud dubie legendum est ܥܒܕܬ et ܟܬܒܬ et sic voces reddidi. Sed graece legitur *ἐποιησάμην*, *ἐγραψάμην*!

3) Cf. quae P. 33 de doctrina grammatici Aḥudemeh exposita sunt, quae ad schemata aeque quadrant atque ad species.

4) Hic et deinde Syrus habet Adverbia *ἑνικῶς*, *δυϊκῶς*, *πληθυντικῶς*.

5) Voces ܠܐ ܡܬܚܡܢܐ huc non pertinent et ex praecedentibus inepte repetitae sunt, aut ad *ἀόριστον* in fine phrasis pertinent.

τρεῖς), *ἐνεστῶτος πρὸς παρατατικόν* (dalqublâyâ), *παρακειμένου πρὸς ὑπερσυντέλικον* (hau dᵉmen kadu šᵉbar i. e. qui jam praeteriit [1])), *ἀορίστου* [2]) *πρὸς μέλλοντα*.

Et haec dicta sunt [3]) de parte tertia orationis:

Περὶ μετοχῆς.

Μετοχὴ vero *ἐστὶ λέξις*, quae composita est ex proprietatibus verborum et nominum (gr. *μετέχουσα τῆς τῶν ῥημάτων καὶ τῆς τῶν ὀνομάτων ἰδιότητος*). *Παρέπεται* etiam (gr. *δὲ*) *αὐτῇ ταὐτὰ ἃ* (*καὶ* om.) *τῷ ῥήματι καὶ τοῖς ὀνόμασι δίχα προσώπων τε καὶ ἐγκλίσεων* [4]).

Περὶ ἄρθρου.

Ἄρθρον (add. *δέ*) *ἐστι μέρος* quartum *λόγου*, *προτασσόμενον τῶν κλίσεων τῶν ὀνομάτων*. Et ab initio quidem ponitur sicut in lingua syriaca, in fine vero sicut (in) lingua graeca [5]). [Desunt nonnulla] sicut id factor, factio, factum (factoris [6])) = *οἷον ὁ ποιητής, ἡ ποίησις, τό ποίημα*. *Ἀριθμοὶ δὲ* sunt duo, *ἑνικὸς* (om. *δυϊκός*) *καὶ πληθυντικός, ἑνικὸς μὲν οἷον* (ad litter. sicut ad dicendum) homo, *πληθυντικὸς δὲ* homines. *Πτῶσις* (secunda manus ex rasura plur. *Πτώσεις*) *δὲ* vel perfectio [7]) sicut in lingua syriaca plerumque est, in lingua vero graeca aliter est. Etiam hoc de articulo, in quantum dici potuit.

Loquamur vero etiam (de om. Codex) pronomine, quae est pars quinta orationis

Pronomen.

Ἀντωνυμία δέ ἐστι vox (qâlâ), *λέξις* aliqua [8]), *ἀντὶ ὀνόματος παραλαμβανομένη*, et est *προσώπων ὡρισμένων δηλωτική*. *Παρέπεται δὲ αὐτῇ ταῦτα* (gr. *ἕξ* [9])), *πρόσωπα, γένη*,

---

1) Termini technici non sunt iidem, res nondum ad finem est perducta.

2) In Syr. ܠܐ ܡܬܚܡܢܐ restituendum.

3) Haec est inscriptio paragraphi sequentis. Omnia quae ad *συζυγίαν* pertinent omittere debuit Syrus.

4) Iterum ܡܨܛܠܝܬܐ pro graeco *ἔγκλισις*, uti mox pro *κλίσις*.

5) Patet legendum esse ab initio in lingua graeca, a fine in lingua syriaca. Noster igitur grammaticus primus Ålaφ status determinati articulum esse odoratus est.

6) Haec vox delenda est.

7) Perfectio ܫܘܡܠܝܐ ad Alaφ status determinati et ad suffixa pertinet cf. Severum P. 26. Notio perfectionis mihi non originalis videtur.

8) Syr. duplici vocabulo utitur ܡܠܐ = vox, et ܡܠܐܡܪܢܘܬܐ = *λέξις*. Fortasse legendum est ܒܪܬ ܡܠܐ pro simplici ܡܠܐ.

9) Quinque tantum res enumerantur, itaque *ἕξ* mutatum est.

ἀριθμοί, *πτώσεις*, positiones (gr. *σχήματα*, syriacum ܣܟܝܡܐ haud dubie corruptum est ex ܐܣܟܝܡܐ), *εἴδη*.

Πρόσωπα πρωτοτύπων (ad litter. typi primi) sunt haec *ἐγώ*, *σύ*, *ἵ*, *παραγώγων* [1]) *δὲ* sunt haec *ἐμός*, *σός*, *ὅς*. Genus personarum primarum (sed corrigendum est: genera prototyporum *διὰ μὲν τῆς φωνῆς* (ad litt. per filiam vocis i. e. per vocabulum) *οὐ* omnia *διακρίνεται*, per scriptionem vero distinguuntur *οἷον ἐγώ* et tu [2]). Ex iis vero (sunt) quae et per vocabulum (filiam vocis) et per scriptionem secundum linguam syriacam distinguuntur uti lî (mihi), leχ (tibi femin.), ʿẹlai (super me) ʿẹlaik (super te femin.), hau (ille) hu (conjicio hai, illa), lâh (illi fem.), leh (illi mscl.), et quae his similia. Ea vero quae a typo primo composita sunt (i. e. *παράγωγα*), sunt sicut hau dîl (meus) hau dileχ (tuus fem.) hau dilâh (suus fem.).

Ἀριθμοὶ δὲ πρωτοτύπων sunt, *ἑνικὸς μὲν ἐγώ*, *σύ ἵ* (omittitur dualis) *πληθυντικὸς δὲ ἡμεῖς*, *ὑμεῖς*, *σφεῖς*, *παραγώγων* (ad litter. ea vero, qui a primo typo composita sunt) *δὲ ἑνικὸς ἐμός*, *σός*, *ὅς* [3]) (dualis deest) *πληθυντικὸς δὲ* noster, vester, illorum (ergo *ἡμέτερος*, *ὑμέτερος*, *σφέτερος* pro *ἐμοί*, *σοί*, *οἵ* Gr. expressit aut legit).

Πτώσεις sive perfectio [4]) (om. *δὲ*) *πρωτοτύπων* sunt, *ὀρθῆς* [5]) *μὲν* (gr. *μὲν ὀρθ.*) *ἐγώ*, *σύ*, *ἵ*, *γενικῆς δὲ* mei (nostri) [6]) tui ejus (pro graeco *ἐμοῦ*, *σοῦ*, *οὗ*) *δοτικῆς δὲ ἐμοί*, *σοί*, *οἷ*, *αἰτιατικῆς δὲ* per me, per te, per illum [7]). [Omittit Syrus *κλητικῆς δὲ σύ*] *παραγώγων δὲ ἐμός*, *σός*, *ὅς*, [*ἐμοῦ*, *σοῦ*, *οὗ*], *ἐμῷ*, [*σῷ*], *ᾧ*, *ἐμόν*, *σόν*, *ὅν*. [*Σχήματα δὲ δύο*, *σύνθετον· ἁπλοῦν*.] *Σχῆμα μὲν ἁπλοῦν* est *ἐμοῦ*, *σοῦ*, *οὗ*, *σύνθετον δὲ* est *ἐμαυτοῦ*, *σαυτοῦ*, *ἑαυτοῦ* (ad litteram meum, animae meae; tuum, animae tuae; suum, animae ejus).

Εἴδη δὲ (om. *ὅτι*) *αἱ μέν εἰσι πρωτότυποι ὡς ἐγώ*, *σύ*, *ἵ*, *αἱ δέ*, sicut dicitur, a typis (adde p r i m i s d e r i v a t a e) =

1) In Syr. legendum ܕܝܢ ܠܦܪܨܘܦܐ ܩܕܡܝܐ ܡܬܩܪܝܢ.

2) Quae syriace de primis personis ܐܢܐ et ܚܢܢ dicuntur recta sunt, sed secundum textum graecum nihilo setius emendandum est, quia infra vocem ‚omnes' textui inseruit, et quae de scriptione dixit, ad ܐܢܬ et ܐܢܬܝ referendum est. Hinc sequi videtur pro ܐܝܟ ܗܘ ܕܐܢܐ ܘܐܢܬ legendum esse ܐܝܟ ܗܘ ܕܐܢܬ ܘܐܢܬܝ.

3) Legendum est ܕܗܘ.

4) Cf. supra P. 12 Not. 6; 18, 7.

5) Iterum Syrus adverbia posuit.

6) Syr. ܕܝܠܢ = *ἡμετέρου* facile emendatur in ܕܝܠܝ = *ἐμοῦ*, possessiva vero pro personalibus expressit Syr.

7) Cf. supra P. 13 Nota 4. Deinde non omnes formas Dativi et Genetivi distinxit.

παράγωγοι ὡς πᾶσαι αἱ κτητικαί, αἳ καὶ διπρόσωπα [1]) *καλοῦνται* . . . . . Quae sequuntur apud Syrum corrupta sunt [2]).

Τῶν δὲ ἀντωνυμιῶν (leg. šẹmâhe) *αἱ μέν εἰσι σύναρθροι, αἱ δὲ ἀσύναρθροι· σύναρθροι μὲν* sunt *οἷον ὁ ἐμός*, tuus [3]) *ἀσύναρθροι δὲ* sunt *οἷον ἐγώ*, tu, is. (Gr. ordinem inversum praebet.) Et haec dicta sunt de (om. textus) pronomine; loquamur vero etiam de praepositione, quae est pars sexta orationis.

Περὶ προθέσεως.

Πρόθεσις δέ (om. Gr.) *ἐστι λέξις* aliqua *προτιθεμένη* ab initio *πάντων τῶν τοῦ λόγου μερῶν, ἔν τε συνθέσει* eorum (rukâbhen) *καὶ συντάξει* eorum (ṭekshen). *Εἰσὶ δὲ αἱ πᾶσαι* (om. *προθέσεις*) secundum linguam graecam *ὀκτὼ καὶ δέκα*, simplices (pro graeco *ὧν μονοσύλλαβοι μὲν*) *ἕξ* [desunt praepositiones *ἐν*, *εἰς* etc.], compositae (sic pro *δισύλλαβοι*) *δὲ δύο καὶ δέκα*. In lingua vero syriaca non potest servari ordo earum, et propterea confusae sunt. Itaque quantum possum, eas propono, ut sententia earum diligentibus innotescat.

Simplices igitur sunt hae [4]) . . . . . (deest earum catalogus una cum his verbis: Compositae sunt hae:) lẹ̌el, lẹtaḥt, beh, šammeh, lẹbar, ḥẹlâφ, šal (huc non pertinent) šalauhi, bainât, tẹḥet, yattîr meneh. Etiam de his dictum est quantum potuit.

Dicatur vero etiam de adverbio [5]), quae est pars septima orationis.

Ἐπίρρημα [6]) corrigendum *περὶ ἐπιρρήματος.*

Ἐπίρρημά (vero dicunt philosophi, quod) *ἐστι μέρος λόγου ἄκλιτον* [7]) (*κατὰ ῥήματος λεγόμενον* in Ms. AB deest, sed facile suppletur) *ἢ ἐπιλεγόμενον ῥήματι. Τῶν* (*δὲ* om.) *ἐπιρρημάτων τὰ μέν ἐστιν ἁπλᾶ, τὰ δὲ σύνθετα*, et ex iis sunt mediae. Cf. infra.

---

1) Syr. ܡܩܒ̈ܠܢܐ recipientes habet pro *κτητικαί*. Deinde legendum est ܕܐܦ ܕܬܪ̈ܝܢ ܦܪ̈ܨܘܦܐ ܡܬܩܪܝܢ, sic enim postulat vox *διπρόσωπα*.

2) Primum quod dicit ad nomina pertinet et non hujus est loci: Sunt vero quidem alia, quae unam vocem designant uti vetus (sive veteris), composita vero sunt vetus veterum (sive veteris veterum). Sequitur locus de possessivis: Ex iis sunt quidem sicut: mei (Genet.) tui, sui; pluraliter quidem, sicut a multis, velut *ἡμεῖς, ἡμέτερος*. — Ultima graece exstant.

3) Syr. corrigendus est, pro ܗܘ̇ ܕܝܠܟ scribas ܗܘ ܕܗܘ ܕܝܠܟ.

4) Hoc loco adparet scriptoris Syri opus ad finem non esse perductum. Lacuna enim non scribae neglegentia sed inde exorta videtur, quod librum imperfectum descripsit. Cod. Berol. cum Graeco facit.

5) Legend. ܥܠ ܥܠ ܡܐܡܪܐ.

6) Legendum ܥܠ ܥܠ ܡܐܡܪܐ.

7) Hic *ἄκλιτος* est ܠܐ ܡܬܓܚܢܢܐ, itaque *κλιτός* ܡܬܓܚܢܢܐ.

῾Απλᾶ μὲν sunt ..... (deest apud Syrum *οἷον πάλαι, σύνϑετα δὲ οἷον πρόπαλαι* Cod. C praebet haec).

1. *Τὰ δὲ χρόνων* (sic!) *δηλωτικά, οἷον νῦν τότε* (hâyden) *αὖϑις* (hâydaiχ). *Τούτοις δὲ ὡς* [dust *εἴδη*] ponimus eas subter tempora: Temporum proponentes (= *καιροῦ παραστατικά*) sunt *οἷον σήμερον, αὔριον* (*μεταύριον χϑές, πρόχϑες* add. Syr. et omittit *τόφρα, τέως, πηνίκα*).

2. *Τὰ δὲ μεσότητος, οἷον καλῶς*, perspicue, *σοφῶς*.

3. *Τὰ δὲ* actionum (sed cogitandum *ποιότητος*[1])) *οἷον πύξ* (syr. qęphaḥ i. e. pugnis cecîdit Cureton Anc. Docum. p. 2) *λάξ* (syr. bęʿaṭ calcitravit) *βοτρυδόν* (syr. sęgulâ'ît), *ἀγεληδόν* (syr. kęnîšâ'ît), probrose (syr. ʿedilâ'ît, C. gędilâʾit = tortuose, *γνύξ*?).

4. *Τὰ δὲ ποσότητος, οἷον πολλάκις, ὀλιγάκις* (om. *μυριάκις* recte ut videtur).

5. *Τὰ δὲ ἀριϑμοῦ δηλωτικὰ* (ad litter. quaedam indicantia sunt nominum numerorum) *οἷον* unus, duo, tres.

6. Ex iis sunt indicantia locos sicut in loco, ad locum [2]). *Τὰ δὲ τοπικά* sunt, *οἷον ἄνω, κάτω, ὧν σχέσεις* (ad litter. sententiae) *εἰσὶ τρεῖς* sicut (gr. *ἡ*) *εἰς τόπον*, (*ἡ*) *ἐν τόπῳ* (gr. invertit) (*ἡ*) *ἐκ τόπου, οἷον οἴκαδε, οἴκοι* (gr. invertit) *οἴκοϑεν*.

7. *Τὰ δὲ εὐχῆς σημαντικά οἷον* miserere mei, exaudias me adjuves me [3]).

8. Ex iis vero declarantia sunt stuporis = *τὰ δὲ σχετλιαστικά οἷον* 'uh, wây (= *ἰού, φεῦ*). Deest *παπαί*.

9. *Τὰ δὲ ϑαυμαστικά* (ad litt. ad admirationem incitantia) *οἷον* babai (= *βαβαί*).

10. *Τὰ δὲ ἀρνήσεως* (kęfuryâ) *ἢ ἀποφάσεως* (kelyânâ i. e. prohibitionis) *δηλωτικά* (om. Gr.), *οἷον οὐ* = lâ, *οὐχί* = lau, *οὐδῆτα* = lâ hâwe, *οὐδέ* = lâ dên (Gr. om. *οὐδέ*), *οὐδαμῶς* = kul kuleh (sed deest lâ).

11. *Τὰ δὲ συγκαταϑέσεως* (ad litter. declarantia confessionem, adsensum [4])) *οἷον* 'en = si, 'în = *ναί*, 'engêr = nam si, 'endên = si vero [5]).

12. *Τὰ δὲ ἀπαγορεύσεως* (ad litter. declarantia non-persuasionem) *οἷον* lagęmâr = omnino, sâχ = finis. [Verum patet deesse

---

1) Cf. scholia ad hunc locum in editione Uhligii in quibus *ποιότης* cum *ποιεῖν* inepte componitur. Ita Syr. ܕܥܒܘܕܘܬܐ explicatur. — Simplicius ad Aristot. Categ. P. 8 b, 26 ed. Berolin. addidit: *εἰσὶ μὲν αἱ ποιότητες δυνάμεις, καὶ διὰ τοῦτο ποιητικαί, κτλ.* Cod. C, habet ܕܐܝܢܝܘܬܐ.

2) Haec verba prorsus superflua demonstrant scriptorem opus suum non ad finem perduxisse.

3) Exempla biblica sive ex hymnis petita sunt.

4) Duplex interpretatio scriptoris oscitantiam docet.

5) En cum compositis huc non pertinere patet, locus igitur turbatus est. An de formula juramenti hebraici cogitandum?

ter repetitam particulam negationis; legendum est lâ, lâ lagᵉmâr, lâ sâχ = *μή*, *μηδῆτα*, *μηδαμῶς*.]

14. *Τὰ δὲ παραβολῆς ἢ ὁμοιώσεως* (ad litt. ex iis vero sicut comparatio et parabola sunt) *οἷον* 'aχzenâ = *ὡς*, 'aχzᵉnâ gêr = *ὥσπερ*, 'aχzᵉnâ dên = sicut vero. Reliqua *ἠΰτε*, *καθά*, *καθάπερ* desunt.

15. *Τὰ δὲ εἰκασμοῦ* (masbᵉrânuϑâ) *οἷον*... reliqua in A desunt.

16. .... (deest *τὰ δὲ τάξεως οἷον* sed proponitur exemplum, quod ad hanc classem pertinet, scilicet lᵉbar i. e. *χωρίς*. Alterum exemplum ṭâχ = *τάχα* praecedenti classi adnumerandum est; tertium kᵉmâ zabnîn = *ποσάκις* ex loco biblico (C habet 15), desumtum esse conicio) [1]). Haec in C desunt, qui sub 15 ditior.

17. *Τὰ δὲ ἀθροίσεως* (collectionis cujusdam) *οἷον ἄρδην* (= gᵉmirâ'ît, universe), *ἅμα* ('aχḥᵉdâ), *ἤλιθα* (= qallilâ 'aχḥad i. e. paullum simul!). C habet malyâît aχḥaδ = plene simul.

18. Ex iis vero sunt indicantia typorum (sed patet cogitandum esse de *τοπικοῖς*, quod litteris syriacis ṭups' scriptum cum ṭupse confusum est) sicut lᵉhal = ultra, *ὑπέρ*, meneh walᵉhal = ab eo et ultra, *πόρρω* et meneh walᵉχâ = ab eo et amplius, *ἐπέκεινα* [2]).

19. *Τὰ δὲ παρακελεύσεως* (ad litt. *παρακελευστικά*) *οἷον* sine (= *ἔα* syr. 'arpâ), *ἄγε* ('aubel), *φέρε* ('aitâ), i (zel), veni (tâ) fac (ʿᵉbed).

20. *Τὰ δὲ συγκρίσεως* (ad litt. *συγκριτικά*) sunt, *οἷον μᾶλλον*, *ἧττον*.

21. *Τὰ δὲ ἐρωτήσεως* (ad litt. *ἐρωτηματικά*), *οἷον πόθεν* (aimᵉχâ), quando ('emat, *πηνίκα*?), *πῶς* (aikan), 'aikâ = ubi, *ποῦ*, 'aikanâ = quomodo. C pro aimᵉχâ habet aχmâ.

22. *Τὰ δὲ ἐπιτάσεως* (ad litt. vim exprimentia) *οἷον* multum bonum, valde bonum.

23. Ex iis quaedam de juramento docent sicut: Ita cujusdam [scil. affirmatio est. Sic enuntiatum complendum esse censeo].

24. *Τὰ δὲ βεβαιώσεως* (ad litt. confirmantia) *οἷον δηλαδή* (galyâi) notum est ('idîʿâi).

25. Ex iis vero viarum sunt uti abeat (nerde), abeant (nerdon).

26. Ex iis vero significationem laudationis habent sic egregie, magnifice, mire.

Etiam de hac septima orationis parte brevi dictum est a nobis. Loquamur vero etiam de Conjunctione, octava orationis parte et finiamus verbum ne excedat modum epistolae, neve moveatur nausea lectori.

---

1) Quae loci condicio non ex scribarum incuria processit sed inde, quod opus nondum limatum et secundis curis perfectum descripserunt explicanda est.

2) In erotematis Dionysianis adjiciuntur *πόρρω* et *ἐπέκεινα* ad exempla opicorum *ἄνω*, *κάτω*. Inde huc tralata haec exempla classem peculiarem effecerunt C ܛܘܦܣܐ = *τοπικά* in ܛܦܣܐ corruptum praebet.

Περὶ συνδέσμου.

Σύνδεσμος igitur *ἐστὶ λέξις* aliqua, *συνδέουσα διάνοιαν μετὰ τάξεως* et colligens effusionem et dispersionem orationis explicationis (gr. nihil nisi *καὶ τὸ τῆς ἑρμηνείας κεχηνὸς πληροῦσα*).

Τῶν δὲ συνδέσμων οἱ μέν εἰσι συμπλεκτικοί, οἱ δὲ αἰτιολογικοί (šelle̥ϑânâye), *οἱ δὲ συλλογιστικοί* (meϑ'amrâne[1]). [Syrus laceratus est. C octo genera Graeci recenset.]

1. (*Καὶ* om. Syr.) *συμπλεκτικοὶ μέν εἰσιν, ὅσοι τὴν ἑρμηνείαν* (Syr. habet Pluralem) *ἐπ' ἄπειρον ἐκφερομένην* (ad litt. citra modum dispersas) *συνδέουσιν* (ad litter. colligunt et conjungunt) *οἷον* (gr. legitur *εἰσὶ δὲ οἵδε*) man = *μέν*, dên = *δέ*, 'âφ = *καί*, 'ellâ = *ἀλλά*, au-man = *ἠμέν*, au-den (sic legendum) = *ἠδέ*, au-'endên = ? [Omittuntur *τέ, ἀτάρ, αὐτάρ, ἤτοι*, nisi forte unum ex ultimis respondet syriaco au-endên.]

2. *Διαζευκτικοὶ δέ εἰσιν, ὅσοι τὴν* (*μὲν* om. S.) *φράσιν* (mamllâ) *ἐπισυνδέουσιν*, et *ἀπὸ* (*δὲ* om. S.) *πράγματος εἰς πρᾶγμα διιστᾶσιν* (me̥šannen [2])), *οἷον* (gr. *εἰσὶ δὲ οἵδε·*) 'au = *ἤ*, 'au-kai = ? 'aukît = *ἤτοι*, 'au-'en = *ἠέ*.

3. *Συναπτικοὶ* (me̥banyâne) *δέ εἰσιν ὅσοι* consensum ('auyuta) quidem aliquam indicant. (Sic pro *ὕπαρξιν μὲν οὐ δηλοῦσι*, sed puto corrigendum esse de̥šal he̥wâyûta man medem lâ maude̥šîn quod cum graeco concinit), *σημαίνουσι δὲ ἀκολουθίαν* [3]) *οἷον* (gr. *εἰσὶ δὲ οἵδε·*) 'en = *εἰ*, 'en-hu = *εἴπερ*, en-dên = *εἰδή* (deest vox pro *εἰδήπερ* posita). C pro me̥banyâne habet maqqe̥fâne.

4. *Παρασυναπτικοὶ* (yattîr me̥banyâne) *δέ εἰσιν ὅσοι μεθ' ὑπάρξεως* (leg. he̥wâyutâ pro 'auyûta, quod si non vis vertendum est: qui cum consensu etiam ordinem indicant) *καὶ τάξιν δηλοῦσιν, οἷον* (gr. *εἰσὶ δὲ οἵδε·*) šal = *ἐπεί*, šal-kul de̥hu = *ἐπείπερ* [4]), šal dên = *ἐπειδή*, šal kul dên de̥hu = *ἐπειδήπερ*.

5. *Αἰτιολογικοὶ δέ εἰσιν ὅσοι ἐπ' ἀποδόσει* propter odium (me̥ṭul sene'ta = *αἰτίας ἕνεκεν* [5])) declarant (gr. esset *δηλοῦσι*) et propter hoc causative *παραλαμβάνονται* . . . . . . [Lacuna in textu syriaco est. Desunt haec: *εἰσὶ δὲ οἵδε· ἵνα, ὄφρα, ὅπως*,

---

1) Graecum *συλλογιστικὸς* modo alibi inaudito redditur.

2) Haec vox in novo Testamento est *μεθίστημι*. De ܐܘܟܝܬ = *ἤτοι* cf. Payne-Smith. Ceterum de his particulis consulenda erit interpretatio Philoxeniana, quam non contuli.

3) Syr. ܐܘܝܘܬܐ proprie cohaerentiam designat.

4) Restituendum est ܥܠ = *ἐπεί*, deinde ܥܠ ܟܠ ܕܗܘ = *ἐπείπερ*, quod sequitur ex ultimo exemplo.

5) Textum graecum corruptum Syr. ea ratione videtur tractasse ut *αἰτίαν* culpam censeret designare. Ex culpa collato verbo *αἰτιᾶσθαι* deinde finxit odium, ad quod retributio = *ἀπόδοσις* quadrabat. Latini *αἰτιατικήν* dixerunt Accusativum.

ἕνεκα, οὕνεκα, διό, διότι, καθό, καθότι, καθόσον. Ἀπορηματικοί. — Ex exemplis duo Syrus servavit, 'aikan et 'aikanâ, quae cum *καθό, καθότι* vel *καθόσον* componenda videntur.]

6. [*Ἀπορηματικοὶ*] *δέ εἰσιν* ii, quos cum neglegimus conversionem (mhyn cujus littera una deest in mahmên emendandum censeo; C mĕhappĕχinan hĕfâχâϑâ) consuevimus conectere. [Exempla desunt.] Gr. est . . *εἰσιν, ὅσοις ἐπαπορoῦντες εἰώθαμεν συνδεῖν· εἰσὶ δὲ οἵδε, ἆρα, κᾆτα, μῶν.*

6. *Συλλογιστικοὶ δέ εἰσιν ὅσοι πρὸς τὰς ἐπιφοράς τε καὶ συλλήψεις* (duqĕbal ḥîφe wĕkunâše ad litt. contra impetus et collectiones) *τῶν ἀποδείξεων* (*εὖ* om. Syr.) *διάκεινται, οἷον* (*εἰσὶ δὲ οἵδε* gr.) *ἄρα, ἀλλὰ* . . . [Lacuna in textu syr. usque ad *παραπληρωματικοί.*]

7. [*Παραπληρωματικοὶ μέν εἰσιν, ὅσοι* = . . . ît man, quod in itaihun man emendandum] *μέτρου ἢ κόσμου ἕνεκεν παραλαμβάνονται οἷον* (gr. *εἰσὶ δὲ οἵδε*) 'in [1]) = *δή*, ellâ = *ἄρα* (nisi 'l' in 'r' emendandum est) halluχ [2]) = *νυ*, aiχ den = sicut vero, aiχ lâ man = sicut non nempe, aiχ man = sicut quidem, aiχ gêr = sicut enim. [Quibus particulis hae voces respondeant definire non ausim.]

Porro sunt quidam qui addunt illis (gr. *Τινὲς δὲ προστιθέασι καὶ ἐναντιωματικοὺς* (hânon dalqublâye) *οἷον ἔμπης* (bĕram) *ὅμως* (bĕram dên).

Haec quoque dicta sunt a nobis de conjunctione [3]).

Hucusque Syrus textum Dionysii graecum secutus est, textus syriaci vero sequentis condicio quum ea sit, ut omnismodi lacunis sit foedatus, reliqua non ad litteram interpretanda esse censemus. Liberius procedentes, quae addenda sunt uncinis inclusa interponimus, quae emendanda syriace corrigimus. Haud pauca interciderunt. Itaque haec est subscriptio grammatici, cui debetur haec Dionysii interpretatio, quam graece reddimus, quia scriptor graece doctus erat, cujus verba in C specie emendationis adulterata sunt:

Περὶ ἑτέρου τινὸς οὐχ εὗρον (*οὐδὲν*) *ἐν τῇ* [*τῶν Ἑλλήνων*] *γλώσσῃ, ὅσα δὲ εὗρον, ὡς οἴομαι, συντόμως* (C *ἀκριβῶς*) *τέθεικα*

---

1) Syriace legendum est ܐܝܢ ܗ̇ܘ ܕܐܝܢ. Ceterum Jacobus Edessenus (Wright. Catal. 544 b) graecum *δή* reddit ܟܝܠ. De voce ܐܝܢ conferendus est Severus P. 31 ubi ܐܢ emendavi. Sed ܐܝܢ respondere graeco *δη* haec monstrat phrasis ܐܢ ܐܝܢ ܢܗܘܘܢ ܠܗܘ̈ܢ ܒܢ̈ܝܐ = *εἰ δὴ ἔσονται* Ass. B. O. III, I, 135 a.

2) Cf. Payne-Smith s. v.

3) Hujus catalogi condicione maxime ad eam sententiam perducti sumus ut censeamus totum opusculum ab auctore non ultimis curis esse perfectum et completum. In cod. C omnia aequabilius currunt, est liber refectus.

εἰς διατριβήν τε καὶ παιδείαν τῶν ἀναγιγνώσκειν μελλόντων. Εἰς δὲ πλείονα γνῶσιν ἐποίησα (pelhet) *τὸν λόγον μιᾷ λέξει καὶ δίδωμι αἰτίαν τοῖς τὴν γνώμην δεινοῖς, ὅταν φέρωνται ἐντεῦθεν αἰτίαν κατὰ τὴν δύναμιν αὐτῶν* [1]), ... *καλῶς διορθώσασι ἀφθόνως δι' ὧν εὐπρεπῶς συνέγραψαν .. διὰ τῆς ὁμολογίας αὐτῶν καταβεβαιῶσι καὶ τῷ συναγαγόντι αὐτὰ ἀποδῶσι τὸν μισθὸν τῶν προσευχῶν* αὐτῶν, ἵνα ὁ κύριος διὰ τῶν αὐτῶν προσευχῶν ἀνάγῃ με πρὸς τὸν θρόνον τῆς χάριτος, καὶ ἀφῇ μου τὰ ὑστερήματα, καὶ ἀξιώσῃ ἡμᾶς τοῦ ἐλέους αὐτοῦ τοῦ προσκυνεῖν τοῖς ποσὶν ὑμῶν τοῖς ἁγίοις .... καὶ εὐφρανθῇ τῇ ὁμιλίᾳ ἐκείνης τῆς θείας συναγωγῆς*∴ Pro *ἐν τῇ* [*τῶν Ἑλλήνων*] *γώσσῃ*, Cod. C praebet *ἐν τῇ συριακῇ γλώσσῃ*, quod ineptum. Inde ab **αὐτῶν* omnia in C desunt.

Quae sequuntur nihil sunt nisi laciniae quaedam paradigmatis verbi *τύπτω*, quae servatae sunt ex uberioribus formarum catalogis, qui in Codice Monacensi graeco 310 graece [2]) et in Dionysii versione armeniaca armeniace exstant. Quaedam verba loco mota sunt, nec pauca in textu syriaco desunt, quae aut eam ob causam interciderunt, quod librarius ex liturariis ea quae habemus descripsit, quos recte legere non poterat, aut quia interpres ille, qui paradigmata graeca syriace exprimere conatus est, rem ipse ad finem non perduxit. Id tamen editionis armeniacae cum syriaca consensu procul dubio confirmatum censemus, saeculo p. Chr. quinto grammaticae Dionysianae appendicem fuisse additam, qua paradigmata verborum, et nisi fallor etiam nominum — exstat enim eorum fragmentum apud Armenium — proponebantur discentibus. Graeca haec paradigmata imitati sunt Latini, Armenii, Syri; recentiorum grammaticorum qui linguas hodiernas excoluerunt in occidente doctores Latini fuerunt, in oriente vero Syri christiani primi flexionis schemata a Graecis mutuo accepta ad suae linguae indolem adaptaverunt et tali modo reliquis populis orientalibus exemplar proposuerunt, quod sequerentur. Graecorum grammaticos jure *οἰκουμενικῶν διδασκάλων* titulo honoratos esse, jam nemo erit, qui neget, quorum doctrinas inde ab Euphrate et Tigride, nam de Indis tacere satius duco, Gaditanas oras et ultimam Thulen transgressas per terras extremas occidentis dispersas videmus, quarum ne nomen quidem Graecis ipsis innotuit.

Ipsius vero denique paradigmatis fragmenta quorum disjecta membra secundum ordinem textus graeci reposuimus haec sunt:

---

1) Sensus loci lacerati non potest esse nisi is ut lectoribus suadeat corrigere et emendare in quibus ipse erraverit. Quam conjecturam cod. C confirmat.

2) Cf. Uhlig Dionysii Thracis ars grammatica Lipsiae 1884 P. 125 et XVI.

Ῥῆμα	*ὁριστικὸν*	*ἐνεργητικὸν,*	*ἁπλοῦν*	*συζυγίας*	*πρώτης*
Mimrâ	metaḥḥemâ	maudeʿânâ	. . . . .	. . . .	. . . . .
		[de̥maʿbe̥danuta[1])			

τῶν	*βαρυτόνων*	*ῥημάτων,*	*ἐγκλίσεως*	*ὁριστικῆς*
. . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

χρόνου	*ἐνεστῶτος*	est	cf. infra
de̥zabnâ	[de̥qâyem [2])]	'îtauhi	demenyânâ [3])

τῶν τριῶν	*προσώπων*	*τε καὶ*	*ἀριθμῶν*
date̥lâtâ	. . . .	de̥qâyem Not. 2	de̥menyânâ Not. 3

ἑνικὰ	*τύπτω*	*τύπτεις*	*τύπτει*
ḥe̥dana'ît	mâḥe'enâ	mâḥe'at	mâḥe
πληθυντικὰ	*τύπτομεν*	*τύπτετε*	*τύπτουσι*
saggî'â'ît	maḥenan	maḥeton	mâḥen.

Ἐνεργητικὸν

— Nota 1 —	[*χρόνου*	*παρεληλυθότος* [4]]
de̥maʿbedanûta.	Deza*β*nâ	daʿe̥bar

ἑνικὰ	*ἔτυπτον*	*ἔτυπτες*	*ἔτυπτε*
ḥe̥danâ'ît	mâḥe he̥wît	mâḥe he̥wait	mâḥe he̥wâ
πληθυντικὰ	*ἐτύπτομεν*	*ἐτύπτετε*	*ἔτυπτον*
saggî'â'ît	mâḥe nan [5])	mâḥen he̥waiton	mâḥen hewau.

[*Ἐνεργητικὸν*]	*μέλλοντος*	*ἑνικὰ*	*τύψω*	*τύψεις*
De̥maʿbe̥danuta	de̥zabna daʿtîd	ḥe̥dânâ'ît	emḥe	temḥe

τύψει	*πληθυντικὰ*	*τύψομεν*	*τύψετε*
nemḥe	saggî'â'ît	[excidit propter praecedens nemḥe]	temḥon
τύψουσι.			
nemḥon.			

. . . .	*ὁριστικὰ*	*παθητικὰ*	. . . .
Mimra	. . . . . .	maudeʿânâ	de̥parṣope
Verbum		de̥ḥaššâ	personarum

. . . .	*ἐνεστῶτος?*	Lacuna	[*παρακειμένου*]
te̥lâtâ trium	de zabnâ daqe̥dâm [6])		. . . .

1) Hoc vocabulum loco motum infra traditum est. Exempla talis confusionis cf. supra P. 4—5.

2) Loco motum in fine exstat.

3) Loco motum.

4) Proprie *παρατατικοῦ* et P. 17 sub *χρόνοι.*

5) Restituendum mâḥen he̥wain.

6) Ita codex, ubi de̥qâyem (sic C) exspectatur. Sed designare potest hoc nomen etiam Perfectum, cujus exempla sequuntur, quod admitterem nisi post tres perfecti formas statim positae essent tres personae plusquamperfecti.

τέτυμμαι 'etme̥ḥît	*τέτυψαι* 'etme̥ḥit	*τέτυπται* 'etme̥ḥi	} Lacuna
ἐτετύμμεθα etme̥ḥîn he̥wain	*ἐτέτυφθε*	*τετυμμένοι ἦσαν* etme̥ḥîw he̥wau	
καὶ . . .	*ἰακῶς*	*ἐτετύφατο.* etme̥ḥîw hewaiton [1]).	*Μέλλοντος* De̥zabnâ daʒe̥tîd
ἑνικὰ ḥe̥dânâ'ît	*τυφθήσομαι* etme̥ḥe	*τυφθήσῃ* tetme̥ḥe	*τυφθήσεται* netme̥ḥe
πληθυντικὰ saggi'â'ît	*τυφθησόμεθα*	*τυφθήσεσθε* tetme̥ḥon	*τυφθήσονται* netme̥ḥon [2])

Sequuntur formae in quibus Infinitivus cum verbo finito conjunctus est, quarum titulus mimrâ lâ metaḥḥe̥mânâ mihi quidem *ῥῆμα ἀπαρέμφατον* designare videtur i. e. Infinitivum, cui accedit zabnâ lâ me̥taḥḥe̥mâ i. e. *ἀόριστος*. Itaque:

[*Ῥῆμα* Mimra Verbum non definitum	*ἀπαρέμφατον*] lâ me̥taḥḥe̥mânâ	*χρόνου* de̥zabnâ	*ἀορίστου* lâ metaḥḥe̥mâ
ἐνεργητικοῦ maudeʒânâ de maʒbe̥danuta [3])		*ἑνικὰ* hedânâ'ît	*ἔτυψα* memḥâ mâḥe 'enâ
ἔτυψας memḥâ mâḥe 'at	*ἔτυψε* memḥâ mâḥe	*πληθυντικὰ* saggî'â'ît	*ἐτύψαμεν* memḥâ mâḥenan
ἐτύψατε memḥâ mâḥen atton	*ἔτυψαν.* memḥâ. mâḥen [4]).	*Ῥῆμα* Mîmra	*ἀόριστον* la me̥taḥḥe̥mâ
παθητικὸν maude̥ʒânâ de̥ḥaššâ	*ἑνικὰ* ḥe̥dânâ'ît	*ἐτύφθην* memḥâ me̥ḥe 'enâ	*ἐτύφθης* memḥâ me̥ḥe 'att

1) De secunda persona hallucinatus est. Quodsi hoc pro forma ionica fictum esse conicio, Armenius est qui ad hanc opinionem me perduxit. De quo conf. dissertatio mea in Uhligii artis Dionysianae editione. In C omnia plana.

2) Ordo turbatus est propter similitudinem formarum netme̥ḥe [quae excidit] et netme̥ḥon.

3) Hanc propter vocem deinde activum *ἔτυψα* scribendum esset. Si vero lacuna admittitur passivum *ἐτύφθην* ponendum est, cui favet scriptio formarum in codice. Sed quum eaedem formae repetantur sensu passivo apparet puncta in textu syriaco male esse appicta.

4) Ita corrigendum in codice.

ἐτύφϑη	*πληϑυντικὰ*	*ἐτύφϑημεν*	*ἐτύφϑητε*	*ἐτύφϑησαν*
[C memḥå mẹḥe]	saggîʾåʾît	memḥå mẹḥenan [1])	memḥå mẹḥen atton	memḥå mẹḥen [1])

Quae sequuntur ad Infinitivos, quorum de nomine *λέξις ἐκ ῥήματος* cf. supra P. 17 Not. 1, pertinent, sed non ex arte Dionysiana sunt desumpta. Graece ita fere reddenda sunt: *Λέξις δὲ ἡ ἐκ τοῦ ῥήματος οὐ δηλοῖ οὔτε χρόνους οὔτε πρόσωπα οὔτε ἀριϑμοὺς, οὔτε ἐνέγρειαν οὔτε πάϑος, ἀλλ' ἀληϑῶς λέγεται οὕτως τύπτειν, ποιεῖν, γράφειν, ἰέναι· καὶ τὰ τούτοις ὅμοια δυναίμην ἂν προφέρειν* . . . Reliqua in C sunt servata.

Subscriptio in codice A: Explicit epistola grammaticorum. In cod. C praecedit paradigmata brevis praefatiuncula, et sequitur subscriptio qua Josephus Huzita libelli auctor nominatur.

Caput III.

De studiis Syrorum ad rectam lectionem pertinentibus.

Dionysiani compendii partem primam de litteris et syllabis tractantem interpres omisit, cujus lingua et scriptura hac in re cum graeca haud facile potuit comparari. Sed hanc quoque rem, de qua pendet institutio de lectione recta, *ἀνάγνωσις* Graecis dicta, et de glossarum prompta explicatione idem aggressus est Josephus Huzita presbyter, Narsetem († post 500) magistrum in regenda schola Nisibena secutus, si modo Josephus libelli est auctor.

Josepho a Barhebraeo [2]) tribuitur lectionis mutatio, de qua quid sit sentiendum jam videamus. Non agi de vocalium pronuntiatione, quae unius viri negotio toti populo non potuisset obtrudi, jam Assemanius docuit, agitur potius de distinctione membrorum orationis, quae punctis appositis designatur, quae puncta accentus dicere ex usu Grammaticorum Hebraeorum consuevimus. Haec enim docet codex Masorethicus, quem Wrightius descripsit (Catalog. I 107 b) in fine, ubi inter traditiones magistrorum scholarum (mašlẹmånwåϑå δẹrabbåne δeskole) hoc legitur: „Porro scias, accentûs såmke et ȝeṣyåne et zauge et påqoδe et mẹnîhåne et mẹšayyẹlåne, et eum, qui compositus est ex duobus zaugå, et ȝellåye et taḥtåye, qui in Scriptura insunt, omnes appositos esse a Josepho Huzita, novem enim sunt. Ita vero hos accentus (sẹyåme) fecit, (ut) secundum mentem interpretationis litteralis (sint). Quoniam sanctus dominus Theodorus

---

1) Ita corrigendum.

2) Chron. Eccles. III P. 78. Assemani Bibl. Or. II 407. Hoffmann Auszüge aus syrischen Acten persischer Märtyrer Leipzig 1880 P. 117.

(Mopsuestenus) graece exposuit Scripturam et ex graeco in syriacum sermonem traduxit Mar Ibas, episcopus Edessenus, cum aliis viris librorum divinorum bene peritis [1])". Haec accentuum appositio, illo tempore quidem nova, erat lectionis immutatio, cujus Barhebraeus mentionem fecit, lectiones enim sive qgråyåϑå, ea legendi praecepta dicebantur, quae in usum discentium a magistris tradebantur, unde liber masorethicus inscribitur: Collectio vocum difficilium et lectionum, quae exstant in Genesi, in Exodo etc. Inter explicationes vocum difficilium referendum est si vox 'o r a y t å explicatur nuhrå 'eϑå i. e. אתא אור, si Gihon esse Nilus fluvius, perhibetur (Wright 104 a), ad lectiones pertinent ea quae de proferendo aut occultando 'Ålaφ et Ḥeϑ, vel de mutando Kaφ in Gomal, Taw in Dålaϑ urbanae pronuntiationis causa docentur. Ex. c. kaφ in 'a χ b a r t e h ut *g* proferendum est 'a g b a r t e h, taw in l ḙ m e ϑ b a r legendum est ut d, ergo l ḙ m e δ b a r. Hanc proferendi elegantiam ad Graecorum regulas Syros finxisse puto, et huc pertinet tota illa de mediis, aspiratis et tenuibus doctrina quam in textu syriaco p. 43 ex Severo dedimus, in qua nihil habemus nisi observationes masorethicas in canonis formam redactas. Recta vero lectio sine bona membrorum orationis destinctione non est, itaque etiam punctorum positio ad lectionem sive q ḙ r å y t å pertinet, quam immutasse Josephus Huzita perhibetur, ante quem Nestoriani per omne tempus, quo Narses scholae Nisibenae praefuit eodem modo legerant uti „nos occidentales" pro ut dixit Barhebraeus[2]). In apponendis punctis enim Josephus interpretationem Theodori Mopsuesteni secutus rem non modo grammaticam verum etiam theologicam egit, ita ut vel in lectione scholae Nisibenae

---

1) Haec sunt verba: ܘܠܘܬ ܗܠܝܢ ܕܡܦܫܩܢܐ ܡܕܪܫܝܐ ܘܩܪܝܢܐ ܘܦܘܫܩܐ. ܘܡܬܪܓܡܢܐ ܘܡܫܠܡܢܐ ܗܘ ܕܡܕܪܫ ܡܢ ܬܪ̈ܝܢ ܩܪ̈ܝܢ ܡܬܠܐ ܘܬܢܝܢܐ ܕܐܝܬ ܒܪܘܚܐ ܟܠܗ. ܘܗܠܝܢ ܟܠܗܘܢ ܠܦܘܫܩ ܗܘܝܐ ܡܫܡܫܢ ܠܫܬܐ ܣܢ̈ ܗܘܝܢ. ܘܗܘܝܐ ܒܓܒ ܐܚܪܝ ܠܡܬܒܥܐ. ܟܠ ܦܪܫܐ ܕܦܘܫܩܐ ܦܬܓܡܐ ܕܦܬܓܡܘܗܝ. ܡܛܠ ܕܝܘܣܦ ܗܢܐ ܠܐܘܪܘܪܘܣ ܚܘܙܝܐ ܦܣܩ ܠܟܬܒܐ ܘܡܛܠ ܡܢ ܚܘܒܐ ܠܡܦܫܩܢܐ ܡܢܗ ܐܝܟ ܐܦܫܩܬܐ ܕܐܦܪܝܡ. ܟܕ ܐܝܟ ܐܣ̈ܛܝܐ ܡܫܘܝܢ ܒܟܬܒܐ ܠܐܢܫܐ. Quum novem fuisse accentus a Josepho appositos disertis verbis doceatur, non possum quin ܗܘ ܕܡܕܪܫ ܡܢ ܬܪ̈ܝܢ ܩܪ̈ܝܢ tanquam nomen accentus intellegam.

2) Locus Barhebraei hic est: w'eḥaδ dukteh (scil. dḙ Narsi † post 500) ba Nḙṣiβin Yosip Huzåyå ϑalmiδeh, wḙhu šaḥleφ qḙråytå 'orhåytå lḙhåδe maδnḙḥåytå δa'ḥiδin Nestoriåne, w'ellå bḙχulleh zaβnå δḙ Narsi 'aχwåϑan maʒreβåye qåren hḙwau.

ejus Nestorianismus perciperetur, a quo Edesseni abhorrebant. Tali modo exorta est certa quaedam legendi traditio Nisibena, cujus in libris masorethicis fit mentio (Wright. Catal. 104 b). Hujusmodi libri, quos ke̥ϑåβe δe̥ maqre̥yåne [1]) Syri dicunt inde a tempore Narsis et discipulorum ejus Abrahami et Johannis Beth-Rabbanensium compositi et in scholis lecti sunt. Primae huic apparatus masorethici collectioni deinde accesserunt lectiones doctoris Råmišoʒ, qui paullo post exstitit, nam inter discipulos Mar Abae catholici Nestorianorum † 552 refertur (Ass. B. O. II 412) et scholae Seleuciensi praefuit (ib. III. I. 86). Duo tali modo genera lectionum distinguuntur, antiquiores erant lectiones magistrorum, recentiores lectiones a Ramišoʒ profectae, id quod luce clarius ex inscriptione partis codicis masorethici sequitur, quam Wrightius edidit Catal. 105 b, in qua distinguuntur accentus, qui inveniuntur in libris de̥maqreyåne, ab iis qui exstant in libro de̥ Rabban Råmišoʒ [2]).

Antiquiori doctorum classi accensendus est Josephus Huzita, qui punctis suis exegesin Mopsuesteni, quoad fieri potuit, expressit. Hic est auctor scholae masorethicae Nisibenae, quam deinde ii qui maqre̥yåne dicuntur excoluerunt. Josephus Narsetem in regenda schola secutus est, libri doctorum, qui maqre̥yåne appellantur inde a tempore Narsetis, Abrahami et Johannis, qui ejus discipuli fuerunt componi coepti sunt, omnia igitur haec circa lectionem textus sacri studia Nisibi ineunte saeculo sexto floruerunt [3]).

Jam si interpretes philosophorum graecorum Dionysium Thracem secuti theoriam grammaticam Graecorum in scholas syriacas traduxerunt, cujus opera indigesta observationum materies disponeretur et secundum analogiam certis canonibus et regulis circumscriberetur, ipsa illa materies congesta est ab iis qui maqre̥yåne dicuntur magistris. Unde facile explicatur cur totam materiam apud Grammaticos seriores ex libris Theologorum et Philosophorum neque ex lingua vulgi collectam inveniamus, ita ut linguam litterariam potius quam vulgarem descripserint, deinde vero et hoc intellegitur, jam magistros illos masorethicos ipsos initium fecisse observationes suas in formam canonum generalium redigendi. Duplicem igitur grammatices syriacae scribendae habemus radicem, materialem, observationes doctorum in sacris libris, formalem, theoriam grammaticam ex Graecorum libris haustam.

Exempla schediasmatum grammaticalium apud Masorethicos doctores idem ille praebet codex Musei Britannici Add. 12,138, ex

---

1) Hoc est libri magistrorum lectionem docentium. Deinde brevius dicitur be̥maqreyåne apud magistros sive in hisce libris.

2) Haec sunt verba inscriptionis: Tuβ be̥yaδ 'Allaha χåϑbînan nîša δe̥-φuḥåmå δaχe̥ϑåβe de̥maqre̥yåne waδe̥rabbån Råmîšoʒ.

3) Scholae Nisibenae quasdam proprietates commemoravit Barhebraeus in grammatica majore P. 153 l. 9; 154 l. 13; 199 l. 11; 200 l. 2.

quo quae praecedunt hausimus. Continet enim quatuor tractatus grammaticos perbreves, quos a magistris in usum tironum collectos ipsa subscriptio testatur[1]. Agitur hic primum de compositione particularum b. d. w. l. cum nominibus et verbis, et vestigia hujus rationis tractandi particulas illas, in qua id potissimum quaeritur, utrum vocali *a* instructae esse debeant an non, apud grammaticos posteriores etiam recognoscuntur. Nam quum de recta pronuntiatione tantum ageretur neque de significatione harum vocum, proponi potuit lex de earum usu sive ante nomina sive ante verba ponuntur, et ex hac consuetudine explicatur, quomodo deinde Severus (text. syr. p. 17, 6) duas quaestiones potuerit distinguere, scilicet primum, quomodo hae particulae, Severo mappęlåϑå i. e. casus appellatae, praefigantur nominibus, deinde quomodo verbis p. 18, 18. Praeterea haec quoque Severi verba 17, 7 „dicimus, m a p p ę l å ϑ å esse litteras, quae ante nomina ponuntur et p r i m a m l i t t e r a m n o m i n i s r u k å χ å a f f i c i u n t s i a d l i t t e r a s p e r t i n e t, q u a e a s p i r a t i o n e m f e r u n t", demonstrant, haec ex libris masorethicis hausta esse, nam quis, quaeso, ubi de particulis illis loquitur, nihil amplius habebit, quam de earum vi aspirationis verba facere, nisi pertinet ad magistros lectionis accuratae et urbanae? Et re vera secunda in codice 12,138 dissertatiuncula agit de tractandis consonantibus, quae aspirationem patiuntur b g d k p t, si praecedunt particulae b d w l.

Eodem modo, quae de litteris perfectionis (åϑwåϑå δęšumlåyå) 'h w y n t k dicuntur, qua in re iterum nomina et verba pari modo tractantur cf. text. syr. p. 26[2], ex libris masorethicis processisse patet, nam eaedem litterae in quarta dissertatione cod. 12,138 conjunctae proponuntur, qua in re id potissimum notione dignum est, quod etiam 'Alaφ nominatur, terminatio status determinati. Denique quum in tertia dissertatione codicis de consonantibus ', m, n, t agatur, quibus tempora et personae designentur, mirum non est, etiam apud Severum p. 8 l. 3 sermonem esse de vocalismo consonantium, quae futurum designant, *t*, *n*, *m*, quo in loco quarta consonans 'Alaφ propter rei naturam commemorari non potuit. Nam hoc loco de *m* littera verba fieri omni modo memoratu dignum est, quum *m* non ad futurum zaβnå δ a ȝ ę t î δ sed ad participium pertineat, quod hoc loco zaβnå δę qå'em i. e. ἐνεστώς dici debuisset. J a c o b u s de futuro agere constituens, antiquos illos doctores incaute secutus *m* adjecit, quod illi jure addiderunt, quia non de futuro sed de omnibus temporibus agebant.

---

1) Verba subscriptionis haec sunt: Šęlem . . . . ṭukåså medem dęšappîr 'eϑṭakkas men mallęφåne rabbånain l'îδaȝϑå dę yåloφe hęnan bęnaihon i. e. explicit compositio quaedam, quae pulchre composita est a doctoribus, magistris nostris, in usum discentium, nostrum, qui filii eorum sumus.

2) Littera *w* quae post *h* in p. 26 l. 1 deest a codice Londinensi praebetur.

Quae praecedunt satis demonstrare videntur, grammaticos ex libris masorethicis observationes doctorum antiquorum hausisse, quorum tamen adnotationes non libris biblicis tantum verum etiam scriptis recte pronuntiandis patrum in scholis legendorum apponebantur. Librum talem, qui editionem bibliorum sacrorum et scriptorum patrum in usum scholarum comparatam continet, descripsit Wrightius in Catal. 114. Post libros novi testamenti positi sunt catalogi librorum et excerpta eorum ecclesiae graecae doctorum, quos in scholis Monophysitae legebant, Dionysii Areopagitae, Basilii Caesariensis, Gregorii Nazianzeni, Severi Antiocheni, quibus alia interspersa sunt cf. Assem. B. O. III. II 937 et supra P. 2 infra.

Hinc perspicitur denique ratio locorum probantium, quos profert Barhebraeus in grammatica majore, desumpti enim sunt fere omnes ex iis scriptoribus, quos in scholis legi P. 2 diximus. Quorum ex numero tres tantum non citantur Severus, Theodotus, Architheus, quod casu factum esse videtur, nam reliqui omnes citantur, quemadmodum in indice editionis recensentur a Martino: Dionysius, Basilius, Gregorius Nazianzenus, Ephraem, Mar Isaac, Jacobus Serugensis, Chrysostomus, qui sub nomine Mar Iwannis latet, Cyrillus, Palladius libri Paradisi auctor[1]), Jacobus Edessenus, Antonius Rhetor, Aristoteles. Praeter hos scriptores, si grammaticos non curamus, nullum fere nisi Narsetem et Theodorum Mopsuestenum commemoratum invenimus. Jure igitur observationes in grammaticas receptas ex studiis in scholis theologicis profectas esse contendere nobis videmur.

Post Josephum Huzitam, in schola Nisibena masorethicae artis fundatorem celebris grammaticus exstitit Aḥudemmeh, metropolita Orientis, Jacobita, qui a Jacobo Burdeʿânâ anno 559 consecratus est, postquam jam antea a Christophoro Armenorum Catholico episcopus regionis Bāʿarbâye ordinatus est, inter Nisibin et Tigridem sitae. Duo coenobia instituit, quorum de nominibus

1) „Duo opera sunt, quae Paradisi nomen apud Syros Chaldaeos potissimum praeferunt: Historia nimirum monastica Palladio et Hieronymo inscripta, quae Paradisus absolute dicitur, et liber Davidis ex monacho Episcopi cui Paradisi minoris titulum auctor praefixit. Ceterum tam Palladii, Hieronymi et Davidis historia quam Joannis Moschi et Anastasii Synaitae Pratum communi Paradisi nomine apud Orientales appellantur: quin etiam plures hujusmodi collectiones cernere est tum Syriacas tum Arabicas easque ab hisce quae modo memoravi plane diversas, quae tamen Paradisi titulo praenotantur: Ejusmodi sunt I Paradisus Monachorum seu Patrum dicta et gesta liber in capita 313 divisus, quo continentur Apophthegmata fere omnia quae Cotelerius edidit. Cod. Arab. Amid 17 Tom. I Bibl. Or. p. 584. II Apophthegmata patrum in capita 897 quae a Cotelerianis parum differunt Arab. Cod. Beroeensis 2. Tom. cit p. 585 III Excerpta ex Paradiso Patrum nostrorum monachorum Cod. Arab. Vat. 152". Ita de variis Paradisis Assemanius III. I. 287. Ceterum de Paradiso consulendus est Wrightius Catal. 1070—1080 ubi de 'Ananišoʿi in librum Paradisi curis, cf. Ass. B. O. III. I 145, disseritur.

non constat[1]) et quorum alterum prope Tagritum fuit. Denique prope Tagritum multos magos doctrina christiana imbuit, inter quos erat regiae stirpis adolescens, quem baptizatum Georgium appellavit. Quod ubi rex Chosrau I Anoširewân cognovit caput Metropolitae amputari jussit, cujus cadaver Christiani in ecclesia Maḥuzae sepeliverunt. Mortuus est Aḥuhdemmeh feria sexta, secundo mensis Ab. 886 Gr. = 575 p. Chr.

Aḥuhdemmehum philosophia Graecorum imbutum fuisse ex inscriptionibus librorum ab eo compositorum intellegitur, scripsit enim adversus philosophos, et adversus magos, deinde omnis modi definitiones (tuḥâme δeχul ṣeβwân) et librum de logica, et orationes de compositione personarum, qui liber exstat in Museo Brittanico Wright. Catal. 802 b. Praeterea editis libris de libero arbitrio, de anima, de homine microcosmo, deque aliis rebus, quos eleganti stylo composuisse perhibetur, inter suos claruit. Ass. B. O. III. I 192 sq.

Ejus vitam exhibere videtur[2]) codex Mus. Brit. Wright. 1113; ecclesia ei dedicata in monasterio Beth Qube prope Ḥarrânum, in quo Tagritensium congregatio erat, inter quos quondam apostolus et martyr exstitit, commemoratur Wright. Catal. 151 b. 153 a. 147 b. Patet praecipue inter Tagritenses memoriam Aḥuhdemmehi esse cultam.

Ex libris Aḥuhdemmehi unus tantum tractatus hodie innotuit, mi'mrâ δešal rukâβeh deβarnâšâ, cujus initium Wrightius 802 b edidit, simul conjiciens convenire hunc librum cum eo, cujus titulum Ebedjesu dicit mi'mro δešal rukâβ qenume. Libellum in manuscripto legi, scriptorem hominem doctum et bene cordatum fuisse vidi.

Grammaticam ab eo compositam affert Joannes bar Zuʿbi Ass. B. O. III. I. 256. 308, quam ad exemplum grammaticae graecae compositam esse locus docet de derivatione verborum, quem Bar Zuʿbi servavit[3]). Notum est Graecos verbis tribuisse schemata tria, *ἁπλοῦν μὲν οἷον φρονῶ, σύνθετον οἷον καταφρονῶ, παρασύνθετον οἷον ἀντιγονίζω, φιλιππίζω.* Dionys. supra P. 17. Hanc distribuendi rationem secutus est 'Aḥuhdemmeh, de quo haec dicit Bar Zuʿbi: ܐܣܟܡ̈ܐ ܓܝܪ ܐܝܟ ܦܫܝܛܐ ܕܡܢܝ ܐܣܒܪ ܕܐܡܗ܂ ܘܐܬܪܟܒܐ ܒܦܘܡܗ܂ ܐܠܗܐ ܐܬܠܝܗܘܢ܂ ܦܫܝܛܐ ܘܡܪܟܒܐ ܘܡܢܗ ܡܪܟܒܐ܂ ܐܝܟ ܦܫܝܛܐ ܕܝܢ ܕܡܢܝ ܐܠܗܐ ܘܐܬܪܟܒܐ ܒܦܘܡܗ܂ ܐܘ ܐܬܠܝܗܘܢ ܕܦܫܝܛܐ

1) Barhebr. Chron. eccl. III, 101 et Ass. III. I. 192 inter se non conveniunt.

2) Praecedit enim vita Maruthae a Denḥa urgentibus Tagritensibus fidelibus conscripta. Marutha Metropolita Tagritensis mortuus est ao. 649 Denḥa ejus successor 659. His duobus Tagritensibus accedit tertius Aḥuhdemmeh, tertius ante Marutham metropolita.

3) Cod. Mus. Britt. Add. 25876 fol. 107 b.

ܡܬܬܠܝܢܐ. Tria haec schemata deinde Aḥuhdemmeh ita distinxit: Simplex est ܪܕܐ ܐܢܐ, ܡܦܩܕ ܐܢܐ i. e. Participium activum cum pronomine, quae conjuncta efficiunt ἐνεστῶτα vel zaβnâ δe̥ qâyem i. e. praesens; compositum est ܡܬܒܥܐ ܐܢܐ, ܡܬܝܠܕ ܐܢܐ i. e. participium passivum, cujus ܡܬ pro composito membro habetur; decompositum ܡܬܒܥܐܘ ܡܬܒܥܐ ܐܢܐ, ܡܬܝܠܕܘ ܡܬܝܠܕܐ ܐܢܐ i. e. conjunctio Infinitivi cum praesenti. Quae de Elia dicuntur infra explicanda sunt.

Haec de grammatica 'Aḥuhdemmehi protulit Bar Zuʿbi, qui praeterea grammaticum appellat Išoʿde̥naḥum episcopum, quod tradidit Assem. B. O. III. I 308 e Cod. Ecchell. 17, equidem e codice Londinensi ejus nomen non exscripsi, itaque ibi deesse puto. Hujus Grammatici nullam aliam inveni notitiam, quum vero unum tantum illius nominis scriptorem inter tot scriptores Syros commemoratum videam, nostrum eundem esse conjecerim, quem Ebedjesu in catalogo (B. O. III. I 195) Mar Isoʿde̥naḥ de̥ Qâṣrâ appellat. Qâṣrâ urbs episcopalis erat, nescio an Mâta δe̥ Qâṣrâ prope Zabum, quam Badgerus visitavit [1]). Išoʿde̥naḥ post 695 p. Chr. vixit.

Caput IV.

De Jacobi Edesseni vita et studiis.

Omnes qui praecedunt grammaticos celeberrimus superavit Jacobus Edessenus, quem me̥φaššeqânâ δaχe̥ϑâβe, librorum interpretem nuncupant. Ordinatus est episcopus Edessenus 679 p. Chr. (alii 677) mortuus est 708 p. Chr. = 1019 Gr., vel 710 quod ex Dionysio Telmahrensi et Barhebraeo protulit Assemanius B. O. II 336, 104 at quod non ab omni parte certum videtur. Ib. I 426 [2]).

---

1) Badger, The Nestorians and their Rituals I 394. 38.

2) Etiam de ejus successore Ḥabibo auctores locis laudatis sibi non constant, Dionysius enim ao Gr. 1021 Habibum successisse tradit, quum Barhebraeus post quartum annum Jacobi, qui Edessam reliquerit, in ejus locum Ḥabibum suffectum esse doceat. Viginti deinde annis elapsis post Ḥabibi mortem Jacobus Edessam revocatus est et per quatuor menses usque ad mortem episcopatu functus est teste Barhebraeo Chr. Eccl. I. 290 Ass. B. O. 336. Si vero recta est Pohlmanni conjectura de libro generali ad omnes gentes a Jacobo conscripto, cujus auctor triginta annos Edessenum episcopatum gessisse et cum maximis calamitatibus sese conflixisse tradit, quae ex Barhebraeo et Dionysio proferuntur maximam partem recta esse non possunt. Nam quomodo se triginta annos episcopum Edessenum fuisse dicere potest, qui sedem post quatuor annos ultro reliquerit? Ceterum Pohlmanni conjecturae adstipulamur quum Jacobus plus

Natus est Jacobus in oppido ȝIndîβa (fons lupi) regionis Gumiae in agro Antiocheno, in coenobio deinde Aphthonii in urbe Kinnesrin graecam linguam didicit, unde Alexandriam profectus philosophiae (ḥeχmâϑâ) operam navavit, quo facto in Syriam rediit. Iter ejus Alexandrinum non ante annum 640 potuit perfici, nam qui 708 mortuus est, si quod rarum est integros octaginta annos in vivis fuit anno 628 natus est, itaque puer duodecim annorum Alexandriae philosophiae studuisset. Ad veri speciem potius accedit eum post annum 640 Alexandriam adiisse, quod eam ob causam memoria dignum videtur, quia tali modo comprobatur etiam post captam a Mohammedanis urbem scholam illic floruisse, eamque juvenes e longinquis regionibus venientes frequentasse. Hoc vero factum esse, postquam a Muhammedanis bibliotheca Alexandrina combusta sit, non credibile est, locum cujus thesauri ante breve tempus conflagrati sunt nemo adibit litterarum causa. Itaque etiam haec Jacobi vita contra historiam de combusta ab Omare bibliotheca Alexandrina testimonium est amplissimum sed hucusque non in censum vocatum [1]).

Alexandriae qui litteris operam navabat, a studio quum grammaticae tum philosophiae alienus esse non poterat, itaque mirum non est Jacobum Porphyrii Isagogen syriace expressam commentario instruxisse et Aristotelis Categorias, Perihermenias et Analytica praemissa vita Philosophi, syriace translata edidisse. Assemani B. O. I 493. Neque omnino aberat a methodo scribendi philosopha, qua singulam de qua agitur quaestionem altius repetere conatur, quemadmodum ubi de Graecorum *ΠΙΠΙ* disserit de prima origine vocum quaerit et disciplinarum graecarum, quae inter se oppositae originem linguae aut *κατὰ φύσιν* aut *κατὰ θέσιν* asserunt, peritissimum sese praestitit. DMZ. 32, 481 sq. Alibi quoque in epistolis meditationibus philosophis deditum eum videmus, ubi de variis in creatione partibus agit, quae Deo, naturae et rationi competunt Wright. Catal. 592 a, vel de discrimine inter animam, spiritum et rationem disserit; ib. 604 b. Tali modo philosophia imbutus vitae asceticae temeritati inimicum se praebet, ingenue scribens: Quum corpore praeditus sim et simul spiritu, sensibus et ratione, quum spiritus sim cum luto in unum concoctus, simulque angelus factus et homo, et ita creatus ut, dum ratione nihil quodammodo circumscribo, ipse hac carne in qua habito et loco circumscriptus sim, quum actionibus mundanis vel

triginta annis 677—709 episcopus fuerit, vel ut ipse dicit: kattəreϑ bəϑešmešϑâ hâδe βəriš ȝammâ δ̊ly ʼaiχ təlâϑin šənayyâ. Cf. Pohlmannum in DMZ. XV 655. sq. et Ass. B. O. I 462. Quodsi Jacobus non Edessae sed prope Antiochiam natus est, in libro generali vero se ipsum scriptor appellat ʼnâš məḥîlâ δə men ʼOrhay etc., id ad rem nostram nihil facere puto, non de loco natali enim loquitur, sed de loco ubi degit.

1) Krehl in Atti del IV Congresso internazionale degli Orientalisti a Firenze 1880 p. 433.

mea sponte vel etiam coactus afficiar, quomodo mihi eam imponere possum legem, ut alterutram ex illis viis sequar, quas coelestem et terrestrem nuncupant? Longus etiam est in disserendo de termino vitae, quem a Deo praefinitum esse non concedit Wr. 599b, qua in re etiam testimonium Porphyrii, philosophi pagani, non repudiat. Lepido denique fuit ingenio, quum amico, qui ut sese viseret eum invitaverat, formam suam describeret miseram imberbem, magnis dentibus, vultu tristi, statura brevi, capite calvo, quam Elisae ignominiam vocat, quae sibi jam anno aetatis quadragesimo secundo caput deformaret. Neque superbe verum modeste de suis in litteras meritis judicat, quum amicum aquilam, sese vero picam (gyulå) nominet pennis alienis ornatam l. l. 593 b.

Inique verum de se judicavit vir doctrina eximius, qui quod jam Barhebraeus in prooemio Chronici ecclesiastici laudibus suis extulit, praeter syriacam et graecam linguam etiam hebraeam didicerat, cujus cum aramaea similitudinem recte docet, cujus vocalium sonos bene distinguit, ubi scripsit עֲבַר = ܥܒܪ, אִישׁ = ܐܝܫ, אִשָּׁה = ܐܢܬܬܐ, immo in qua recte distinguit אדֹנִי ab אדֹנָי DMZ. 32, 479 sq. 491 infr. Neque ignorat particulam נא quaeso[1]), quam a suffixo distinguit Wright. 544 b et ubi de Behemot agit formam pluralis bene novit. DMZ. 24, 290 infr. Haec si probant, Jacobum linguae hebraicae studuisse, etiam res Samaritanorum eum cognitas habuisse constat, in scholio enim ad Jos. 8, 33 editionis Samaritanae mentionem fecit, quae in loco Deuter. 27, 4 pro Ebal (apud Syros Gębel) potius Gerizîm montem prabet. Assemani B. O. I 489.

Varia igitur doctrina Jacobum sua aetate excelluisse non potest in dubium vocari, ita ut facile intellegamus, cur in epistolarum commercio amici de tot rebus admodum diversis interrogare eum consueverint. Sed non in acquirenda doctrina studium ejus principale positum esse videmus, verum in regenda ecclesia, quam quo animo rexerit ex responsis ad Adaeum datis cognoscimus in Lagardii Reliquiis juris ecclesiastici pag. 117 syriace editis. Cf. Wright. Catal. 223 a, 388 b, 815 a, alii enim ejus canones ib. 221 a inediti latent. Cf. Assem. B. O. 476. Singula perquirere non hujus est loci, verum lenitatem viri severitate sapienter temperatam responsa ejus ubique monstrant, quibus superstitionibus vulgaribus de usu hostiae consecratae, de reliquiis martyrum, de incantationibus et artibus magicis strenue adversatur, de commercio clericorum cum haereticis, Judaeis, Muhammedanis praecepta edit,

---

1) Haec sunt ipsius verba: „Etiam si na (in Hosianna) simile est conjunctioni ('esårå) na apud Hebraeos tamen non est idem". Antea varias voces a ישע derivatas ישעיהו, ישוע, ישועת protulit. Etiam vocem סבך Genesis 22, 13 commemorat, et de notione vocis אדם, quam collectivam esse docet disserit. Ephraemi Syri Opp. I 131, 172. Varia radicis פרץ derivata affert ib. II 211.

quibus dignitatis ecclesiae omnino non oblitus caritatem ante omnia servandam jubet, quibus denique confessionem coram presbytero utilem quidem dicit medicinam, nec tamen eam ob causam peccata a Deo non remitti docet, quod peccator non confessus sit. Nullum enim dicit esse peccatum, quod poenitentiam adeo superet, ut homo salute privetur, dummodo peccata fugiat et poenitentiam agat, quia Deus nolit interitum hominis ab ipso creati. Lagarde l. l. 143, 9.

Curis ecclesiasticis commotus Jacobus deinde haud paucas epistolas amicis rogantibus composuit, quibus de variis ecclesiae ritibus disseruit. Hisce adnumeranda est epistola ad Adaeum data Assem. B. O. I 486, in qua de benedictione aquae egit, cujus et ordinem novum et sollemnem composuit. Cf. Wright. Catal. 224 b, et epistola ad Johannem Stylitam de festo inventionis crucis die XIV mensis Ilul celebrando, cujus originem se ignorare confitetur Wr. 597 a. Eidem etiam de benedictione aquae scripsit Ass. l. l. 486. Peritissimum deinde rituum indagatorem se praestitit epistola ad Thomam presbyterum data, qua ritum missae Syrorum ejusque ab aliarum ecclesiarum ritibus discrepantiam proposuit Ass. l. l. 479, Wr. 224 a, ipse denique et ordinem baptismi exaravit, qui a Maronitis, Jacobitis et Melchitis receptus est. Ass. l. l. 477. Mysticam rituum sacrorum explanationem in libro thesaurorum exhibuit Ass. l. l. 487.

Imo epistolam criticam de authentia homiliarum duarum, quae Jacobo Sarugensi tribui solebant, composuit et amico Johanni Esṭunâyâ inscripsit, quam edidit Schroeter in DMZ. 24, 261.

Qui disciplinae et ritibus ecclesiae tantas impendit curas etiam cantum ecclesiasticum neglegere non potuit. Itaque non est quod miremur, Jacobum maximo negotio de recte servandis et intellegendis hymnis sollicitum fuisse, cujus rei testimonium amplissimum exstat in codice Musei Britannici a Wrightio p. 330 descripto. Eandem hymnorum collectionem etiam alius continet codex ib. p. 339, neque omisit Assemanius B. O. I 487, II 47 Jacobi de hymnis studia. Quorum rationem, ut recte intellegant lectores, haec monenda videntur:

Carmina ecclesiastica Graecorum nec metro nec rythmo neque homoeoteleuto adstricta, ea tantum lege componi solebant, ut cuique versui certus syllabarum numerus competeret. Tali modo factum est, ut singuli in prima stropha versus tot syllabas et accentus haberent quot iidem versus in sequentibus strophis, itaque ubi in prima stropha versiculus primus duodecim, versiculus secundus quindecim, tertius sex syllabas continet et sic porro, in reliquis strophis versus eodem numero distincti totidem syllabas habent, quot in prima servato accentu. Hanc poeseos ecclesiasticae apud recentiores Graecos legem diu ignoratam Pitra recognovit et exposuit, exempla deinde permulta dederunt Christ et Para-

nikas [1]. Hymni tali modo compositi, ubi cum modis cantandi a Syris recipiebantur ita debebant syriace enarrari, ut quot syllabae in singulo versiculo graeco inerant, totidem etiam syriace efficerentur. Tales sunt hymni Severi Alexandrini, Johannis bar Aphthunaya abbatis Kinnesrinensis, alius Johannis et anonymorum quorundum poetarum, quibus in codicibus supra nominatis Jacobus curas criticas impendit, et jam audiamus quid de opere suo Jacobus ipse dixerit, ad quod conferenda in Wright. Catal. III, Tab. V:

„Translati sunt (hymni) ex lingua graeca in sermonem Edessenum id est syriacum a sancto Mar Paulo, qui fuit episcopus urbis Edessae, quum Persarum persecutionem fugiens in insula Cypro degeret. Adornati et cum exemplaribus graecis collati sunt deinde maxima diligentia et labore et omni qua fieri potuit subtilitate a me ipso misero et peccatore, Jacobo φιλοπόνῳ anno nongentesimo octagesimo sexto Graecorum (= 675 p. Chr.) secundum computationem ab initio regni Seleuci Nicatoris regis Syriae, Indictione tertia, qua in re omni industria distinxi ea quae sunt verba ipsius poetae (doctoris) ab iis quae addita sunt a Mar Paulo eo consilio, ut eadem procederet vocum summa (quantitas) in carmine (qålå) propter brevitatem et concisionem (qȩφîsuϑå) vocum dictionis hujus syriacae cum graeca comparatae. Quae poetae sunt atramento scripsi, quae addita sunt, colore rubro, denique quae interpres immutavit, eandem ob causam alia pro aliis ponens, ut aequalis mensura exsisteret verborum syriacorum et graecorum, subtiliter et emendate membris intra versiculos tibi superscripsi, ut facile cognosceres, ubicunque velles, quaenam verba in textu graeco haberentur". Locos biblicos ad quos hymnorum scriptores respexissent diligentissime sese addidisse sub finem Jacobus monet. Ex his omnibus vero intellegitur, Jacobum hymnos ex graeco syriace enarratos recensuisse et omni diligentia id expetivisse, ut graeca ab additamentis syriacis quam facillime segregarentur, quo facto Jacobi circa textum studium tum demum vere intellegetur, si syriacis graecos hymnos apposuerimus, qui tamen fere omnes deperditi sunt, aut certe mihi non innotuerunt. Continet tamen codex etiam hymnum angelicum Gloria in excelsis, quem secundum traditionem Cinnesrinensem Mar Paulus transtulit et cujus certe versiculi quidam cum graecis possunt comparari, in quibus vocabula rubricata lineola superducta distinximus, ea vero quae intra versiculos Jacobus scripsit suo loco reliquimus. Itaque hunc proponimus textum, cujus pars graeca ex Lagardii editione constitutionum Apostolorum et ex Anthologia graeca, quam Christ et Paranikas ediderunt desumta est:

---

1) Pitra Hymnographie de l'Église grecque Rome 1867; Christ et Paramisas Anthologia Graec. Lipsiae 1871. Hi legem accentus constituerunt.

ܫܘܒܚܐ ܠܐܠܗܐ ܒܡܪ̈ܘܡܐ.	*Δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ,*
ܫܝܢܐ ܘܥܠ ܐܪܥܐ ܫܠܡܐ.	*Καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη,*
ܣܒܪܬܐ ܛܒܐ ܒ ܘܣܒܪܐ ܛܒܐ ܠܒܢܝ̈ܢܫܐ.	*Ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία.*
ܡܫܒܚܝܢ ܠܟ.	*Αἰνοῦμέν σε* [*ὑμνοῦμέν σε* om. Christ. Par.]
ܡܒܪܟܝܢ ܠܟ.	*Εὐλογοῦμεν σε* [*εὐχαριστοῦμέν σοι δοξολογοῦμέν σε*]
ܣܓܕܝܢ ܠܟ.	*Προσκυνοῦμέν σε* [*διὰ τοῦ μεγάλου ἀρχιερέως σὲ τὸν ὄντα θεὸν ἀγέννητον ἕνα ἀπρόσιτον μόνον* Chr. Par. om.]
ܡܡܠܠܘܬܐ ܫܘܒܚܐ ܦܫܫܝܢ ܠܟ.	*Δοξολογοῦμέν σε*
ܡܘܕܝܢ ܠܟ.	*Εὐχαριστοῦμέν σοι* [1])
ܫܘܒܚܐ ܪܒܐ ܡܛܠ ܪܒܘܬܐ ܕܫܘܒܚܐ ܕܝܠܟ.	*Διὰ τὴν μεγάλην σου δόξαν*
ܡܪܝܐ ܡܠܟܘܬܐ ܘܫܠܝܛܐ ܫܡܝܢܐ.	*Κύριε βασιλεῦ ἐπουράνιε*
ܐܠܗܐ ܐܒܐ ܐܚܝܕ ܟܠ.	*Θεὲ, πατὴρ παντοκράτωρ,*
ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܒܪܐ ܝܚܝܕܐ.	*Κύριε υἱὲ μονογενῆ* (*νές*)
ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ.	*Ἰησοῦ χριστέ*
ܘܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ.	*Καὶ ἅγιον πνεῦμα.*
ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ.	*Κύριε ὁ θεὸς,*
ܐ ܐܡܪܗ ܕܐܠܗܐ.	*Ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ,*
ܒܪܐ ܘܡܠܬܐ ܕܐܒܐ.	*ὁ υἱὸς τοῦ πατρός,*
ܚܛܗܘܗܝ ܐ ܗܘ ܕܫܩܠ ܐܘܒܥ ܫܩܠ ܚܛܗܘܗܝ ܕܥܠܡܐ.	*ὁ αἴρων τὰς ἁμαρτίας τοῦ κόσμου,*

1) Verba apud Christ. Parau. alio ordine leguntur, a textu Syri et Constitutionum diverso. Ceterum de *δοξάζειν* et *εὐχαριστεῖν* cf. Pesch. Rom. 1, 21. Hinc ܡܡܠܠܘܬܐ ܫܘܒܚܐ est *δοξολογία* uti ܡܡܠܠܘܬܐ ܫܪܒܬܐ Wright. Cat. 541a est *γενεαλογίαι*.

ܚܘܣ ܘ ܐܬܪܚܡ ܥܠܝܢ.	ἐλέησον ἡμᾶς.
ܐ ܗܘ ܕܫܩܠ ܐܘܒܠܬ ܚܛܝܐ ܚܘܒܬܗ ܕܥܠܡܐ.	ὁ αἴρων τὰς ἁμαρτίας τοῦ κόσμου,
ܩܒܠ ܠܢ ܐܪܘ ܘܩܒܠ ܒܥܘܬܢ.	πρόσδεξαι τὴν δέησιν ἡμῶν,
ܒ ܗܘ ܕܝܬܒ ܒܝܡܝܢܐ ܡܢ ܝܡܝܢܐ ܕܐܒܘܗܝ.	ὁ καθήμενος ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρός
ܚܘܣ ܘ ܐܬܪܚܡ ܥܠܝܢ.	ἐλέησον ἡμᾶς·
ܐܠܗܝ ܡܛܠ ܕܐܢܬ ܗܘ ܠܚܘܕܝܟ ܩܕܝܫܐ.	ὅτι σὺ εἶ μόνος ἅγιος,
ܐܠܗܝ ܐܢܬ ܗܘ ܠܚܘܕܝܟ ܡܪܝܐ.	σὺ εἶ μόνος κύριος,
ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ.	Ἰησοῦς χριστός,
ܥܡ ܪܘܚܐ ܕܝܠܟ ܩܕܝܫܐ.	[cum spirituo tuo sancto]
ܠܫܘܒܚܐ ܕܐܠܗܐ ܐܒܐ ܐܡܝܢ.	εἰς δόξαν θεοῦ πατρός· ἀμήν.
ܝܘܡ ܟܠ ܒܟܠܝܘܡ ܒܟܠܗܘܢ ܝܘܡܬܐ ܕܚܝܝ ܐܒܪܟܟ.	Καθ' ἑκάστην ἡμέραν εὐλογήσω σε
ܐܦ ܐܫܒܚ ܠܫܡܟ ܩܕܝܫܐ ܘܡܒܪܟܐ ܠܥܠܡ.	καὶ αἰνέσω τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα
ܗܘ ܕܐܠܗܘܬܟ ܘܡܫܒܚܐ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ.	καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος [καταξίωσον κύριε καὶ τὴν ἡμέραν ταύτην ἀναμαρτήτους φυλαχθῆναι ἡμᾶς Chr. et Paran. add.]
ܐ ܐܠܗܝ ܡܒܪܟ ܐܢܬ ܡܪܝܐ ܐܝܟ ܟܠ.	Εὐλογητὸς εἶ κύριε
ܐܠܗܐ ܕܐܒܗܬܢ ܕܝܠܢ.	ὁ θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν
ܐ ܐ ܘܡܫܒܚ ܡܫܒܚ ܘܡܪܘܪܡ ܠܥܠܡܝܢ ܒܫܘܒܚܐ ܠܥܠܡ ܠܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ.	καὶ αἰνετὸν καὶ δεδοξασμένον τὸ ὄνομά σου εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

Christ. et Paran.

ܠܟ ܝܐܐ ܫܘܒܚܐ.
ܠܟ ܦܐܝܐ ܠܬܫܒܘܚܬܐ.
ܠܟ ܦܐܐ ܫܘܟܠܠܐ.
ܠܐܠܗܐ ܕܟܠ ܘܐܒܐ.
ܠܐܒܐ ܕܫܕܪ ܠܗ ܒܪܐ ܝܚܝܕܐ.
ܐܦ ܠܪܘܚܐ ܩܕܝܫ ܟܠܗ.
ܗܫܐ ܘܒܟܠܙܒܢ ܘܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ
ܐܡܝܢ.

Σοὶ πρέπει αἶνος
σοὶ πρέπει ὕμνος
σοὶ δόξα πρέπει
[τῷ πατρὶ καὶ τῷ
υἱῷ]
καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι
εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Const. Apost.

Patet formulam syriacam ex recensione graeca diversa ab ea profectam esse, quam ex Constitutionibus apostolorum et ex Anthologia exhibuimus, ubi vero graeca syriacis accurate respondent, eundem etiam fere syllabarum numerum in utroque textu habemus, praesertim si in vocibus uti *ἅγιος*, *κύριος* duae tantum syllabae numerantur propter pronuntiationem recentiorem hagyos, kyryos [1]), et in vocibus syriacis, uti ܘܟܠ, ܠܥܠܡܝܢ, syllabae duo admittuntur, quod cantandi modus postulare videtur [2]). Ubi vero Jacobus intra lineas ea posuit, quae graecis verbis accuratius respondere censuit, simiam Graecorum sese praestitit, qui suae linguae indolem falsa alienae admiratione pessumdedit, quemadmodum *εὐδοκία* bene redditur saβrâ ṭâβâ, pro quo male restituitur šappîrûϑ ṣeβyânâ, et 'emreh d'allâhâ superposito 'Aleφ in 'emrâ male emendatur, quia graece *ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ* legitur.

Servilem hanc Graecorum imitationem hominis male feriati etiam in homiliis Severi invenimus [3]), quarum in interpretatione de voce *κατήχησις* mirum in modum disputat, *ἦχος* enim ze-mâmâ reddit unde derivat mazmânûϑâ, quo *κατήχησις* vocem studet exprimere, quod vocabulum hoc sensu Syris prorsus est inauditum. Cf. E. Nestle Brevis linguae Syriac. Gram. etc. Karolirubae 1881 p. 79 sq. Qua homiliarum graecarum interpretatione quum ecclesiam Syrorum monophysiticam locupletaret, neque ipse a praedicandi officio posset esse immunis, tamen homiliae ab ipso

1) De numero syllabarum certo judicari non potest, nisi contractionum in lingua vivente usitatarum habetur ratio. Quae quatenus extendantur vide in carmine neograeco apud A. Boltz Die hellenische Sprache der Gegenwart P. 19, 56.

2) Cf. cantica syriaca notis musicis instructa, quae edidit Villoteau in Déscription de l'Égypte Tom. XIV.

3) Codicem descripsit Wright. Catal. p. 534, Assem. B. O. I 494. II 46. Partem homiliae LXXXII edidit e codice Romano J. P. Martin in opusculo, cui inscripsit Jacobi Episcopi Edesseni epistola ad Georgium Lpz. Brockhaus 1869; ubi e. gr. p. 16 ḥaššâ δ̥ḡsuβhâ s̥riqâ nihil est nisi graecum *πάθος κενοδοξίας*.

compositae aetatem non tulerunt, homo enim umbratilis magis ad instituendos varia doctrina clericos alios videtur aptus fuisse, quam eo animo praeditus, ut ipse concionaretur. Itaque educando clero eum videmus occupatum, quae pars gravissima officii episcopalis eum etiam ad conscribendam grammaticam perduxit. Non enim satis fecisse sibi visus est, cum litteras sacras variis commentationibus illustraret, verum ipsa sanioris intellegentiae fundamenta iacere constituit.

Innumeris enim scholiis cum res tum linguam librorum sacrorum explicuit, maxime vero difficultatibus iis operam navavit, quae in rebus sunt positae, Ass. B. O. 488—92, Wr. 591, 910, de quibus duobus operibus egit, quorum alteri pušâqâ i. e. commentarius, alteri Scholia inscripsit. In epistolis quoque res ad crisin scripturae sacrae pertinentes tractavit, quemadmodum genealogiam Jesu, ubi occasione oblata etiam de filio Pantherae locutus est Wr. 597. Jacobi Scholia cum Ephraemi et aliorum commentariis a Severo quodam monacho in unum esse conjuncta notum est, ita ut haud parva pars in editionis Ephraemi Romanae volumine I et II legantur, alia ediderunt Phillips, Wright, Schröter, Nestle [1]). Imprimis rebus physicis et geographicis eum occupatum fuisse, neque totum in mystica interpretatione versari, memoria dignum est, quod probant scholia de variis maribus, de natura aeris, de eclipsibus solis, de luna, de natura solis et lunae, de montibus tempore cataclysmi depressis, quia aquae summos montes tegere non potuissent, quam doctrinam hodiernis interpretibus commendamus, tali modo enim simul probat superficiem terrae hodie eandem esse, quae ante cataclysmum fuerit [2]). Longus deinde est in enarrandis rebus historicis, uti de nominibus mulierum Esau, de Rechabitis, de muliere Aethiopica Exod. XII, de Susanna et Joachimo al [3]). Cf. Lagarde Materialien zur Kritik cet. des Pentat. I P. XVI.

Imprimis curae ei est chronologia. Quum locum Danielicum de septuaginta hebdomadibus explicaret, annum Jesu natalem dixit fuisse annum Graecorum et Edessenorum 309 (Ephr. Opp. II 221), qua in re ab Eusebio differt, ita ut ob amico interrogatus rem seorsim tractandam susceperit Wright. 598. Egregio hoc chronologiae studio denique ad conscribendum chronicon commotus est, cujus fragmenta Londini exstant Wright. 1062 [4]). Hic quoque de errore trium annorum computi Eusebiani disseruit, cujus opus inde ab Olympiade CCLXXVI continuavit et instar Hieronymi locupletavit et ultra Abu Becri Chalifae tempus perduxit, quamvis

1) Phillips Scholia on Passages of the old Testament by Mar Jacob Londoni 1864 Wright in Journ. of sacred Litterature X, Schröter in DMZ. 24, Nestle ib. 32.

2) Ephraemi Opp. I 123, 118, 125, 126,

3) Ephr. Opp. I 175 II 144, Wright 601a.

4) Librum finivit anno 692. Rosen Catalog. P. 88, Col. 1.

ultima Olympias ejus sit CCCLII, quae incipit ao p. Chr. 627, opus enim mutilatum est, quod ad quem annum perductum fuerit ignoramus. Hominem studiis historicis adeo deditum, qui in Chronicon etiam res gestas virorum doctorum sese recepisse affirmat, historia haeretiorum latere non potest, itaque de Petro fullone, Timotheo Aeluro, de Sabbathianis, disserit Wr. 600, 603, ac de historia litterarum syriacarum disputat, tres distinguens homines, qui nomine Isaac innotuerint, nomenque et originem hymnorum qui Quqaei audiunt enarrans [1]). Hinc etiam factum est, ut de libris apocryphis et canonicis doceat, quamvis Syros apocrypha non curasse satis notum sit. Henochi igitur librum commendat, si vere de libro nostro aethiopice servato agitur, — Salomonis vero tres tantum libros esse, non quinque, contendit, et Siracidem Tobiam, Maccabaeos una cum libro mulierum (Esther, Susanna, Thecla Wr. 98, Judith) e numero librorum sacrorum resecat Wr. 598 b, 601.

Incidit aetas Jacobi in tempus, quo Arabes ubicumque procedentes Edessam cum adjacentibus regionibus occupaverunt. Episcopus Edessenus urbem in fidem Arabum ao. Hegirae 18 tradidisse fertur (Beladsori p. 174) itaque clerum etiam ea quaestione occupatum videmus, quomodo cum Mohammedanis habendum sit commercium. Cujus rei vestigia in canonibus a Jacobo ad Adaeum datis invenimus [2]), quum interrogetur, utrum abbati monasterii liceat cum duce islamico ex eadem scutella cibum sumere, et utrum presbytero christiano liceat filios Muhammedanorum litteris instituere, quod utrumque Jacobus non vetuit. Haud igitur nimio rigore quum uteretur, aliis tamen episcopis non satisfecit, qui monebant ut temporum ratione habita a canonum ecclesiasticorum observantia nimium difficili desisteret [3]). Quod quum nollet, libro canonum tanquam inutili in ludibrium episcoporum nimia lenitate cedentium publice combusto primum in monasterium Mar Jacobi de Chisuma (Kaisum), deinde in monasterium Eusebonae [4]) sese recepit, ubi per undecim annos psalmos et lectionem librorum (qeryånå *δaχe̥ϑåβe*) docuit, studiumque linguae graecae exstinctum fere instauravit. Itaque per totum hoc tempus pueris instituendis occupatus erat, qui a legendis psalmis incipere solebant (cf. p. 2), qua in re quum monachi Graecorum inimici eum impugnarent, Monasterium magnum Tell ʿAddae in dioecesi Antiochena

1) Jacobi Chronico usus est Barhebraeus. Assem. II, 310.

2) Lagarde Reliquiae juris eccl. antiquissimae syriace 1856 p. 140. Quaestio 47, 48.

3) Ass. B. O. II 336 = Bhbr. Chron. eccl. I lå 'nåš såχ šamʿeh, ellå χulhun dale̥φuϑ zaβnå le̥suʿråne naššeφ måle̥kîn he̥wau leh.

4) Assemanius dairåye *δ* Eusebona scripsit. Nescio utrum sit celebris Conventus Eusebii prope Apameam. Kaisum prope Samosātam erat.

situm [1]) petivit, ubi Vetus Testamentum (non vero solum secundum graecam LXX interpretationem) recensuit. Per annos novem ibi degit, ita ut viginti annos officiis magistri sit functus. De chronologia cf. P. 34 et Wrightii dissertat. Syriac Litterature in Encyclopaedia Brit. XXII P. 839.

Studiis quibus hoc tempore deditus fuit haud dubie tribuendae sunt curae criticae circa litteras sacras, quarum partes quaedam usque ad hunc diem servatae sunt. De psalmis disserens textum psalmorum recensuit (Ass. B. O. I 493), quem ad finem praeter graecam etiam hebraicam traditionem inspexit. Psalmum secundum e. c. dicit, apud Hebraeos sine inscriptione legi; de Selah in fine ps. 9 hebr. posito haec dicit: „Interpretes illi, qui ab Adaeo apostolo et Abgaro rege Edessae in Palaestinam missi sunt, ut litteras sacras interpretarentur, quum post verba ‚ut sciant populi quod homines sunt‘ diapsalma invenissent, huncce locum psalmum decimum esse existimaverunt. In nonnullis hebraicis exemplaribus pro diapsalma scriptum est ‚omni tempore‘. Hoc vero ita se habet: Ubicunque cantores, qui Deum psalmo laudant verba sua interrumpunt, populum qui auscultat illis respondere decet: ‚omni tempore‘ ac si diceretur, omni tempore Deus sit laudatus et benedictus hisce psalmis. Quemadmodum apud nos in ecclesia post verba „nunc et omni tempore et in saecula saeculorum“ populus confirmandi causa respondet: ‚Amen‘.“ Quod qui accurate intellegere vult, adeat Sommeri librum Biblische Abhandlungen, ubi de Sela agitur [2]).

Uti hisce in exemplis Hebraeos respicit, ita Ps. 5, 10 quum pro gaggartâ ponat yaštâ, graecum λάρυγξ, et Ps. 4, 1 ubi pro ʿenaitany scripsit šemaʿtany, graecum εἰσακούειν expressit, ita ut eum Graecorum pedissequum fuisse discamus. Cf. etiam Ps. 22, 28 ubi Peš. habet šarbâϑâ, LXX πατριαί Jacobus denique 'abâhwâϑâ.

Praeter hasce et alias recensionis Psalterii lacinias in Barhebraei Horreo mysteriorum servatas exstant etiam libri Samuelis secundum syriacam et varias graecas editiones recensiti, quem librum anno 705 in magno monasterio Tell ʿAddae compositum esse subscriptio docet. Wright. Catal. 38. Eidem fere tempori tribuenda est recensio Jesajae prophetae, cujus fragmentum Wr. p. 28 editum est, quod licet brevissimum sit, tamen bene demonstrat quomodo Pešiṭtha a Jacobo secundum LXX sit immutata. Locus in Peš. hic est: Meṭul hânâ (LXX τοῦτο unde Jac. hâδe) šemaʿw melleϑeh (LXX λόγον, Jac. peϑgâmeh) de mâryâ γaβre memayyeqâne (LXX τεϑλιμμένοι, unde Hxpl. 'alîṣe, sed Jacobus ut Peš.) rišauhy šalliṭauhy (Jac. wešallît.) deʿammâ hânâ δeβ'urišlam, meṭul d'emartun 'aqîmn qeyâmâ (LXX ἐποιήσαμεν διαϑήκην, unde Jacobus: daʿeβiδ

1) Hoc in monasterio etiam post Jacobi tempora studia floruerunt Wr. 498 b. Tell ʿAddae deinde etiam monasterium Graecorum erat ib. 818 a, quae res Jacobo fortasse ut illuc sese conferret causa fuit.

2) Lagarde Praetermissorum libri duo p. 102, 82; 109, 92.

lan di'aϑiqi) ʾam mautâ (LXX τοῦ ᾄδου ergo Jac. šiyul) etc. Quod si vero memayyeqâne retinuit pro τεϑλιμμένοι, Aquilae vocem χλευασμοῦ vel Symmachi χλευασταί respexit, nisi ipsum textum hebraeum contulit.

Doctor qui tanta diligentia textus recensuit nihil magis potest expetere quam fructus laboris sui bene servari et tradi, quod Jacobum aegerrime desiderasse ex celebri ejus ad Georgium episcopum epistola videmus, in qua de ratione docet, qua libros a sese conscriptos tradi et describi volebat. Ex fine epistolae intellegitur, missam eam esse una cum parte sive tomo medio interpretationis homiliarum epithroniarum Severi ad Georgium eo consilio, ut scribas moneret, ne in rebus ad orthographiam, ad puncta, ad adnotationes criticas et exegeticas pertinentibus quid immutare audeant, quum Jacobus non sine idonea causa haec omnia scripserit uti habentur. Tota epistola igitur re vera non ad grammaticam pertinet, sed nihil est nisi institutio scribarum de bene transscribenda homiliarum interpretatione, qua in re non a veri specie abest, etiam in aliis suis operibus describendis e. c. in editione hymnorum, eadem diligentia scribis utendum esse, Jacobi fuisse mentem. Jubetur a Jacobo Georgius ut per abbatem Julianum et homiliarum partem mediam et epistolam recte et accurate describi, et quasi editionem originalem adornari curaret, ac sicuti Jacobus ipse voluit ita hodie ante mediam homiliarum tomum epistolam in codice Nitriensi XXX (Ass. B. O. I 570) re vera invenimus. Quodsi recentiore tempore, uti videtur Martino [1]), primum folium, quod epistolae fragmentum continet, assutum est, ex ipsius epistolae fine intellegitur, recens hoc folium in locum vetustioris esse suffectum. Quibus praemissis quid sibi velit haec epistola facile intellegitur, cujus haec sunt ultima verba:

„Fraternitati tuae sanctae rogans dico: Hoc scriptum quod ad sanctitatem tuam dedi (i. e. epistolam) jube scribas describere ante tomum medium libri hujus (i. e. qui una cum epistola mittitur) homiliarum epithroniarum. Et lemniscos [si hoc nomine uti licet ad designandum hoc signum ܀, quod nûqze dasṭîmîn [2]) Jacobus i. e. ‚puncta ligata' appellat] in tomo supradicto, quem equidem ipse maximam partem contuli et lemniscis instruxi (saṭṭemeϑ) et propter amorem vestrum et propterea, ut consilium meum (nišâ dily) perspiciatur, relinquite in eo (scilicet tomo) sicuti sunt, neve radite de eo (tomo) unum ex illis, antequam exemplar apud quempiam descriptum est, ut quum viderint scribae [3]) ea quae

1) Jacobi Edesseni Epistola p. V. — Ceterum codicem illum revera media partem homiliarum amplecti numeri probant. Continet homilius 49—91, prior pars itaque 1—43, ultima 92—125 continuit.

2) De ܣܛܡܐ cf. Barhebraeus Gram. maj. ed. Martin 248, 49 et alibi.

3) Martin edidit ḥâze lehun kâtoβâ, sed verbum deinde est nestakkelun, itaque etiam ḥâzen lehun kâtoβe legendum est.

lemniscis sunt distincta ('ailen dasḡṭîmîn) et ea quae pro iis posita sunt [1]), intellegant quid sibi velint ea, quae de punctis in epistola mea ad te dixi (ad litter. scopum meum de punctis illis, qui in epistola mea ad te).

Denique fraternitatem tuam rogo: (Sigillum tuum) annulo tuo imprime ante epistolam meam (i. e. ab initio epistolae) [2]); quum scribis ad Abbatem Julianum eumque meae paupertatis nomine salutas, mitte epistolam [3]) et tomum medium, ut ille primus eum describat et adtendat ad positiones punctorum illorum et ad ea quae lemnisco distincta sunt et ad ea, quae pro illis (ponenda sunt); denique (adtendat) ad adnotationes eas, quas scriba haud bene l e m n i s c o i n s t r u x i t (sḡṭam, alia lectio sâm p o s u i t), quas equidem ipse apposui, non tamen in locis aptis [4]).

Rogo ut vos quoque amorem monstretis sancto illi electo, quem dixi, et ut quid velim discat. Volo eum sumere et describere (homiliarum medium tomum) pro otio suo et finem (ultimam partem) ejus quod ibi est [5]), quod quicunque videt, cognoscit.

Ceterum (dḡyattîr = λοιπὸν) magis quam alii, qui in ea incidunt, quae dicta sunt, salvus a Domino servatus sis, frater sancte, dum pro paupertate mea precaris et gratiam mihi a Deo expetis. Amen". Martin Jacobi epistola P. ◦ L. 3.

Postquam igitur initio epistolae de scribis questus est, quos negotio suo nobilissimo, quod reliqua dignitate superet, pessime fungi censet, suos libros fidelissime transscribendos esse monet etiam ubi ab usu aliis recepto recesserit. Quae deinde sibi propria enumerat, in quibus nihil mutari vult, haec sunt:

1. Nomina graeca, hebraea, latina non secundum consuetudinem sed recte scribantur. Itaque non Šlaimun sed Šolomon ponant. Sic et litterae Aleφ, Waw, Yud, quas Jacobus inseruit servandae sunt.

---

1) Field Hexapla p. LV adnot. 14: ‚Forma ⁘ in codice est merus index cujus superscriptione lectiones marginales cum textualibus connectuntur'. Eodem signo in codice homiliarum epithroniarum (Britt. Mus. Add. 12, 159) hunc in finem re vera scriba utitur, ubi notae marginales cum verbis textus connectendae sunt. Itaque etiam hic codex ad mentem Jacobi exaratus est.

2) Martin edidit dîly Assemani B. O. I 478 vero dilåχ, sed dîlåχ rectum esse non potest. Jacobi epistola Juliano mittenda Georgii sigillo authentica declaratur.

3) Cum Ass. ll. legendum est šaddḡreh låh leγartå, ubi Martin edidit šaddḡreh weleγartå.

4) Secundum lectiones a Assemanio propositas vertendum est: ‚quas scriba haud bene posuit sicuti in superiore margine posita erant, neque etiam locis aptis'. Variam lectionem hic propono tantum, de genuina judicium non fero, quum ad rem nostram non pertineat. Verbis „in superiore margine" expressi syriacum lḡ3el.

5) Martin ed. dḡhu'itauhy, puto legendum esse dḡhu dḡ'îtauhy. Agitur de alio Jacobi codice scriptura insigni.

2. Voces a rišâ (caput) derivata non sine Yud scribantur, neve etiam bĕrâsîϑ ponatur pro bĕrîšîϑ [1]).

3. Voces Rumâye, Rumi, Synodos, parresia et similes sine *h* scribantur contra antiquam consuetudinem. Hoc Severus etiam retulit p. 43, 8.

4. Distinguatur particula temporis hâiden continuo scripta a hâi den (illa vero), quod separandum est, et punctum superius flagitat. Sic et aχḥĕδâ continuo scriptum distinguatur ab aiχ ḥĕδâ, et âφlâ ab âφ lâ.

5. Distinguatur 'ettĕφîs (rad. pws) obtemperavi ab eϑṭĕpis (a graeco typus) in typum redactus, formatus sum [2]).

6. Vox 'eϑmâl et mĕnâϑemâl sine Yud in fine scribatur ut a derivatis verbi mĕlâ distinguatur. Rem retulit Severus p. 43, 10.

7. Idem etiam commemorat quae de ḥĕnan docuit Jacobus. Qui ṣâβên ḥenan al. neque sâβênan etc. eam ob causam scribi vult, ut a ṣĕβainan distinguatur. Sic etiam meϑkattĕšânâ continuo scriptum distinguatur a meϑkattaš 'enâ [3]).

8. Denique monet scribas ne voces recentiore tempore formatas, antiquioribus scriptoribus non usitatas uti hikaδiyuϑâ (identitas) tartâyâ (secundus) dilâyta (proprius) et dilânâyuϑâ (proprietas) commutent.

Sic ea quae ei in mente erant, nam etiam alia monenda essent, si recordaretur, scribas docet, in fine vero de bene et accurate neque justo plus nec minus ponendis punctis monet [4]). De vocalibus hic non agit, verum de puncto uno distinctivo, quo voces iisdem litteris scriptae, sono vero et sensu diversae inter sese distinguuntur, quo puncto ‚imperfecta haec scriptura mesopotamica, edessena scilicet aut clarius syriaca' utitur; haec enim puncta sunt pârośe wamĕšaudĕʿâne δĕ medem medem i. e. distinctiva et varium sensum indicantia.

Hoc loco quum sit altum silentium quum de binis punctis, quibus vocales designantur, tum de usu vocalium graecarum, quem Jacobi tempore paulatim procedentem videmus (Wright. Catal. 38a,

---

1) Hunc usum non receptum esse ipse ille codex Mus. Britt. Add. 12178 docet, in quo Jacobi epistola legitur, nam ibi incipit Genesis verbo bĕrâsîϑ. Wright Catalg. 108.

2) Locus, quem Martinus difficultate non carere dixit, ita est intellegendus: Ne scribant Ṭet in ettĕφîseϑ et in iis quae ab eodem verbo derivantur. Quia inter eϑṭeφîseϑ (cum Ṭet) 'enâ men 'nâš et inter qabbleϑ pĕyâsteh, w'ettĕφîseϑ d'eʿbeδ leh id discrimen est, quod id, quod derivatur a pĕyâstâ scilicet ab obedientia non recipit Ṭet. — Ceterum pro man legendum men in aidâ d'iϑeh men pĕyâstâ. De alio illo cum Ṭet scribendo cf. Euseb. Theophania ed. Lee I, 49.

3) Textus corruptus est, sed hic sensus non potest in dubium vocari.

4) Hunc locum praebet Tabula VI, quae in volumen III Catalogi Wrightiani inserta est.

337 b et Tab. VI. VII[1])), certo concludendum est, utrumque scribendi modum a Jacobo non fuisse adhibitum, id quod ejus grammatica ipsa comprobat, quae nobis tractanda nunc est, et cujus fragmenta pretiosissima Martini observationibus nisi Wrightius et Neubauer invenerunt ac publici juris fecerunt [2]).

Pretiosissima vero haec fragmenta eam ob causam dicenda sunt, quia Jacobus linguae Syriacae grammaticam condidit, et re vera primus est, cujus nomen ad nostra usque tempora pervenit, qui arduum opus condendi linguae alicujus semiticae grammaticam omni diligentia suscepit. Masorethae illi, quorum mentionem fecimus, materiam quidem variam singulis observationibus quam plurimis compositam collegerunt, philosophus ille, qui Dionysium syriace expressit, notiones grammaticas suo populo infundere conatus est, grammaticam vero nemo scripsit. Hoc Jacobus fecit, conditor primus grammaticae semiticae.

Caput V.

De Jacobi Edesseni grammatica syriaca.

Litteris graecis imbutus Graecorum vestigia non premere Jacobus non potuit, qui artem grammaticam adeo excoluerant, ut fundamenta totius studii, doctrinas dico de sonorum natura, de partibus orationis, de flexione, de analogia et anomalia [3]), de syntaxi, ab iis vere perfecta fuisse viderentur. Graecam hanc tractandae linguae rationem Jacobus in orientem traduxit, quod grammaticae ab eo conscriptae fragmenta quum dispositione generali tum multis rebus singulis demonstrant.

Incipit grammatica Graecorum post prolegomena expositione elementi (*τοῦ στοιχείου*) i. e. variorum sonorum et agit de eorum

---

1) In tab. VII exempla duo occurrunt, in quibus î per Jota graecum exprimitur quod a consuetudine recepta prorsus est alienum. Hinc sequitur scribam hujus codicis ao. 719 exarati, quo recensio librorum Samuelis a Jacobo instituta continetur, usum posteriorem nondum habuisse. — Ceterum Martino assentimur, qui usum vocalium graecarum inde repetit, quod quae in margine scribebantur nomina graeca ipsa causa fuerint, ut graecae vocales vocibus syriacis in textu ascriptae sint.

2) Fragments of the turåṣ mamllå nahråyå or syriac grammar of Jacob of Edessa ed. by W. Wright. Only fifty copies printed for private circulation. Sed pars major in Catalogo Mspt. Musei Britt. P. 1169 edita est.

3) Qui intellegere vult, quid philosophorum graecorum de analogia et anomalia dissensus ad grammaticam excolendam contulerit, Steinthalium legat Geschichte der Sprachwissenschaft bei den Griechen und Roemern Berlin 1863 p. 522. Ex hoc enim de analogia et anomalia lite consuetudo processit canones flexionis adornandi, e quibus denique systema apud nos receptum profectum est, quo declinationes et conjugationes adornare consuevimus.

partitione. Haud alio modo Jacobus rem suam instituit, ita vero egit, ut statim videamus eum linguam et lectionem Syriacam describentem, omnia cum graeco usu comparavisse. Itaque primo fragmento, quod ad initium grammaticae pertinuisse patet, de defectu scripturae syriacae cum graeca comparatae loquitur.

Vocales Syri non scribunt, quem defectum cum defectibus litterarum antiquissimarum graecarum aequiparandum esse putat, quas septemdecim tantum fuisse Grammatici cujusdam auctoritate confisus perhibet [1]). Graeci numerum litterarum paulatim auxerunt, quo facto eorum scriptio absoluta est, et ad sonos omnes exprimendos apta (Eϑtaqqan seφrå mẹšamlẹyå). ‚Ego vero', Jacobus pergit, ‚quum causam sciam, quae illos ipsos (doctores Syros indicari a Jacobo patet) impediverit, quominus litteras augerent, scilicet, ne omnes libri interirent, qui usque ad hoc tempus imperfecto hoc scribendi genere exarati sunt, et quum parcere velim labori eorum qui ante me [scripserunt], operam dedi ut [satisfacerem] desiderio tuo, [quo a me petivisti, ut opera mea litterae syriacae etiam vocalium signis augerentur [2])]'. Praeterea etiam id mihi propositum est, — ita fere rem suam prosequentem scripsisse Jacobum sententiarum nexus docet, — ut linguam ipsam certis canonibus describam ‚scilicet ut hujus linguae canones diorthotici (= mẹϑarreṣåne) proponantur sine additamento signorum vocalium, quae in scriptura desunt, et quorum opera demonstrari potest usus canonum, et diorthosis (turåṣå) nominum et verborum per canones illos. Itaque quum ab utraque parte constringerer, et desiderio tuo et periculo perdendorum librorum, quo ii commovebantur qui ante me fuerunt, hoc excogitavi ut, dum propter sensum tantum et institutionem canonum litterae (vocalium) adduntur, uti mutationem scilicet et pronuntiationem sonorum [3]) commonstrent, neque propter perfectionem et institutionem scriptionis (adhibentur), desiderio tuo satisfacerem, propter amorem, qui hoc postulat et quia dictum est: ‚Scienti bonum facere et non facienti, peccatum est illi' Jac. 4, 17.

Quae praecedunt duabus rebus insignia sunt:

1. Jacobus signa sua vocales indicantia in usum communem neque excogitavit neque ab omnibus adhiberi voluit sed

2. signa sua excogitavit ad illustrandos canones de flexione nominum ac verborum, et huic soli fini ea destinavit.

1) Plerique sedecim litteras fuisse docent Bekker Anecdot. gr. 780. Cur vero Jacobus septemdecim fuisse docet? Bekker l. l. 777.

2) Ita lacunam complendam esse ex Bar-Hebraei grammatica majore p. 194 ed Martin patet. Verba quibus lacunas complevimus uncinis inclusa sunt.

3) Vox Bẹnåϑ qåle, uti deinde videbitur in hac Jacobi commentatione non voces sed sonos designat, qui eodem modo filiae vocis possunt nominari.

Hinc me quidem judice concludendum est, Jacobi temporibus neque vocalium formas graecas neque vocalium signa binis punctis composita in usu fuisse, deinde etiam hoc patet, grammatici Graeci Theodosii methodum flexionum canonibus describendarum a Jacobo esse receptam.

Et ut primum de vocalibus moneamus, Jacobi temporibus in libris manuscriptis hic illic vocales graecae appingi coeptae sunt, binorum punctorum vero vestigia non inveniuntur, quae si habuisset Jacobus, non opus fuisset nova signa excogitare, quum bina puncta pro natura rei scripturae syriacae optime convenirent.

Huc denique accedit alia causa, qua impedimur quomimus putemus Jacobum systema illud binorum punctorum cognitum habuisse, id enim, quod ipse introduxit, ab illo diversum est et sonum admittit illi ignotum. Hoc vel ex Barhebraei verbis (p. 3 et 194 ed. Martin) colligitur, quamvis Barhebraeus ipse rem non recte descripserit, ita ut secundum grammaticae fragmenta corrigendus sit. Ex octo enim vocalibus *å*, *ă*, *ē*, *ĕ*, *î*, *ĭ*, *û*, *o*, quas Barhebraeus p. 3 proponit, unam ĕ dicit a Jacobo fuisse rejectam et aliam, *u* scilicet medium, esse introductam, ubi vero p. 194 formas a Jacobo inventas enumeravit, ipse Barhebraeus *ĕ* (rȩβåså χaryå) habet, *u* vero medium (ʒȩṣåṣå meṣʒåyå) omisit. Denique å (Zȩqåφå) quod Jacobus littera 'Aleφ expressit, non commemoravit, fortasse qui 'Aleφ non signum novum est. Itaque si septem signis a Barhebraeo p. 194 depictis, *ă*, *ē*, *ĕ*, *î*, *ĭ*, *û*, *o* addimas 'Aleφ, signum vocalis ā (å), et ʒȩṣåṣå medium, novem habemus Jacobi vocales, quas octo tantum fuisse Barhebraeus haud recte dixit.

Huc accedit, quod rȩβåså χaryå, quod Jacobum respuisse Barhebraeus p. 3 contendit, a Barhebraeo ipso p. 194 depingitur, neque fieri potest, ut pro rȩβåṣå χaryå scribendum esse ḥȩβåṣå χaryå coniciamus, quae vocalis in fragmentis non occurrit, nam haec vocalis non modo a Barhebraeo recensetur verum etiam exemplo addito tĭḥĕn comprobatur. Vocales igitur in lingua Edessena sive Mesopotamica a Jacobo distinctae hae sunt:

1 ă. Pȩϑåḥå.
2 å. Zȩqåφå.
3 ē. Rȩβåṣå 'arîχå.
4 ĕ. Rȩβåṣå χaryå.
5 î. Ḥȩβåṣå 'arîχå.
6 ĭ. Ḥȩβåṣå χaryå.
7 û. ʒȩṣåṣå 'arîχå.
8 u? ʒȩṣåṣå meṣʒåyå (revera ō).
9 o. ʒȩṣåṣå χaryå (revera ŏ).

Exempla vocalis nonae probant, hanc vocalem a Nestorianis puncto super Waw indicari, sunt enim ܟܘܪܐ, ܠܘܚܐ, ܐܘܪܘܗܝ,

ܚܪܘܬܐ, itaque vocalis nona est o [1]). Vocalis septima est û, quod exemplum ܢܚܘ probat, quid igitur est ʒęṣâṣâ χaryâ?

Exempla hujus vocalis sunt ܣܦܘܓܐ, σπόγγος, ܐܬܪܘܓܐ, אֶתְרוֹגָא, arabizatum 'utruǵǵ, et nomina locorum ܣܘܪܓܐ, ܚܠܘܓܐ, forma ejus haec est ܘ, ea ipsa, quam Barhebraeus ʒęṣâṣâ 'ariχâ dixit, quam in niḥû = ܢܚܘ invenisse sibi videtur. Quum eandem vocalem, quae in niḥû habetur, etiam in ܬܚܘܬܐ, ܕܡܘܬܐ, ܫܡܘܥܐ exspectes, fragmenta grammaticae contrarium monstrant, hae voces enim eo signo ܘ scribuntur, quod Barhebraeus ʒęsâsâ χaryâ dixit, qua in re maxima Barhebraei, si non ipsius, tamen eorum qui librum ejus descripserunt, habetur confusio. Hocce signum ܘ enim non est ʒęṣâṣâ χaryâ, quod apud Jacobum hoc est ܘ, et ܘ a Barhebraeo praetermissum est. Missis igitur Barhebraei erroribus, cui quidem primam totius rei notitiam at vero valde confusam debemus, ex fragmentis ipsis ita statuendum est:

ʒęṣâṣâ 'ariχâ = ܘ [2]), ܕܘܒܫܐ, ܕܡܘܬܐ, û.
ʒęṣâṣâ χaryâ = ܘ [3]), ܣܦܘܓܐ, ܣܦܘܓܐ, σπόγγος, ŏ.
ʒeṣâṣâ meṣṣâyâ = ܘ [4]), ܬܚܘܬܐ, ܬܚܘܬܐ, ō, ω.

Postquam tali modo signorum sonos proprios recognovimus, etiam de formis judicium potest ferri, nam ܘ = û nihil est nisi *oY* contractum, et ita quidem ut *Y* oblique poneretur, *o* infra appendatur ܘ. Deinde ܘ nihil est nisi *ὂ μικρόν* supra lineam positum et cum linea conjunctum, denique ܘ ex *ω* mutatum esse conjicere audeo. Pro hocce *ω* in voce ܐܘܕܘܗܝ Barhebraeus p. 194 aliud signum habet quod in phototypia libro nostro adjecta e codice Londinensi Add. 7201 exhibemus. Etiam signum Pęϑâḥae **Y** nihil est nisi *α* inversum et ܝ videtur esse Jota. De reliquis formis non tam facile potest judicari, quamvis mihi quidem non sit dubium formam ē = ܐ cum *E*, *ε* cohaerere, *H* enim propter Itacismum adhiberi non potuit. Quae de variis formis vocalis ŏ,

---

1) Cf. Grammaticam meam p. 38, 48. De Ḥęroϑâ vide Hoffmanni Bar Alium 4054, apud Leeium punctum inferius Genes. 32, 26 expressum est.

2) Hoc signum Barhebraeus ʒęṣâṣâ χaryâ dixit.

3) Hoc signum Barhebraeo est ʒęṣâṣâ 'ariχâ.

4) Hoc signum Barhebraeus omisit. De ȯ = o cf. Grammaticam meam p. 38, 48.

û et ō diximus, re vera ita sese habere patebit ultimo loco ex iis, quae de ordine canonum infra dicentur.

Hoc vero novem vocalium systema, quae litteris graecis in lineam ipsam insertis designantur, non a Jacobo inventum esset, si systema duorum punctorum vel etiam aliud illud signorum graecorum bene excultum fuisset ante ipsius tempus, ipse vero suum systema ad elucidandos canones tantum invenit, et usu recipi disertis verbis vetuit. Sed haec hactenus.

Postquam de defectu vocalium locutus est Jacobus, pergit de lectione disserere, quae non eam ob causam difficilis est (ita nexus supplendus videtur), quia consonae quaedam adsunt a Graecis non receptae (ḥ, ś, ṣ, š), nam una quaeque lingua sonos habet, qui in aliis linguis proferri non possunt, sed cujus difficultas posita est in defectu vocalium.

‚Et sicut supra dixi nihil possunt (Syri) recte legere nisi tribus rationibus, quae supra propositae sunt [1]). Dico vero legi

1) aut divinatione (bęqeṣmå) propter convenientiam et sensum, qui eam lectionem objecti propositi cujuscunque postulat (qeryåneh dę šarbå 'ainå δęhû δęsim = *ἀνάγνωσιν τοῦ πϱάγματος οὑτινοσοῦν τοῦ κειμένου*);

2) aut ex traditione aliorum, qui antea objectum et lectiones in eo tentaverunt, et voces (sonos?) recte possunt proferre aliisque tradere. Hoc non procedit ex recta pronuntiatione litterarum, quam non habent, verum etiam illi (scil. primi lectores) ex traditione aliorum legunt;

3) aut ex multo studio (pulḥånå), quum cursim pertranseant, et quum, ut ita dicam, velut si illis hae (lectiones) narrarent, verborum sensus ipsis advolet, qua in re etiam distinctiones per puncta eos adjuvant, et puncta indicantia varios sensus [2]), ita ut ii, qui recipiunt (discunt), non ex litteris intellegant sed ex sonis, qui procedunt operâ labiorum tradentis (docentis)‘.

Tertium hunc modum a primo et secundo non bene distingui posse fateor, neque tamen puto me Jacobi mentem non esse assecutum. — Hucusque quum de defectu litterarum verba fecerit, jam de iis consonantibus agit, quae non pronunciantur, tali modo praeparans doctrinam posteriorem de litteris occultatis. Affert nun vocis gabbårå (gnbr'), quod insertum dicit ut a gaβrå distinguatur.

1) Apud Dionysium statim ab initio agitur de *ἀναγνώσει*. Sic et Jacobus antequam de elemento egit de lectione disseruit.

2) Cave haec de vocalibus binis punctis designatis intellegas. Dicit enim punctis distingui varios sensus sive significationes vocum. Agit potius de uno puncto quo ܓܒܪܐ distinguitur a ܓܒܪܐ et ܓܒܪܐ, de quo in fine epistolae ad Georgium locutus est. Ceterum haec puncta sunt adjumenta, non sufficiens vocalium designatio.

Quid hae litterae sibi velint multos praesertim occidentales non intellegere tradit, qui hanc ipsam ob causam voces ita scriptas recte legere non possint, ita ut denique ipsi Edesseni purioris linguae obliti falsam lectionem secuti sint. Hoc vitium imprimis cernitur in vocabulis aliunde receptis, hebraeis, graecis, latinis, persicis, de quibus antea — scriptorem prolegomenorum suorum mentionem facere conicio — sese exposuisse affirmat. Eamque denique causam fuisse, qua commoti multi ante ipsum novas litteras invenire studuerint, quorum tamen conatus a Jacobo respui supra vidimus. Jam intellegimus cur in epistola ad Georgium data usum litterae h in R*h*umi, Syn*h*odos, parr*h*esia et in similibus vocibus prohibere studuerit.

Dionysius Thrax postquam de vocalibus egit de consonantibus loquitur, hoc vero etiam Jacobus fecit, ipse enim sese primo libro disseruisse testatur de ‚litteris', quae inter se oppositae essent neque ferrent, ut sibi invicem anteponerentur aut una post alteram poneretur. Sunt vero incompatibiles ȝaβyâϑâ = δασέα, aspiratae, meṣȝâyâϑâ = μέσα, mediae et naqdâϑâ = ψιλά, tenues. Totam hanc rem Severus ex Jacobo recepit, cujus locum p. 43 edidimus. Linguae syriacae natura fert, ut ordo Graecorum, φ, χ, ϑ, et β, γ, δ et π, κ, τ non immutatus recipi non potuerit, quia inversio sonorum gravissima et regularis, qua *t* characteristicum reflexivorum post *z* in *d*, post ṣ in ṭ abit, ad sibilantes pertinet, de quibus Graeci nihil praeceperunt. Mirum igitur non est Jacobum graecam doctrinam ulterius esse prosecutum, et sibilantes primum, deinde etiam gutturales in tres mutarum classes recepisse, qua in re acutum de natura sonorum judicem sese praestitit. Quae igitur apud Severum loco laudato habentur ex Jacobo sine dubio hausta sunt, quod insequenti Jacobi loco confirmatur. Itaque Jacobus tali modo consonantes distribuit:

Aspiratae sive ȝaβyâϑâ sunt ܒ, ܟ, ܕ, ܙ, ܚ.

Mediae sive mesȝâyâϑâ sunt ܦ. ܒ, ܛ, ܣ, ܓ, ܥ.

Tenues sive naqdâϑâ sunt ܩ, ܦ, ܛ, ܨ, ܩ.

Jam quae Jacobus in fragmentis grammaticae p. 3a docet, ita se habent: Aspirata ante mediam mutatur in mediam, ante tenuem in tenuem. Quam ob rem in vocibus ܦܘܟܛܐ, ܒܘܣܛܐ, ܦܘܟܙܛܐ, in quibus ante mediam ܛ praecedunt aspiratae ܟ et ܙ et tenuis ܦ, si vera pronuntiatio litteris exprimenda est, pro ܟ poni debet ܒ, pro ܙ vero ܣ et pro ܦ iterum ܒ. Itaque sese scripsisse affirmat Jacobus ܦܘܒܛܐ, ܒܘܒܛܐ, ܦܘܟܣܛܐ, quod tamen loco laudato in codice non legitur, qui solam vocem ܦܘܟܣܛܐ secundum hanc legem scriptam exhibet, ideoque aut non accurate ad mentem

Jacobi exaratus est, aut hanc scriptionem in eo loco exhibuit, qui nunc intercidit, initium enim totius expositionis deest. Haec vero dicit Jacobus: ‚Propterea (i. e. propter legem modo allatam) in vocibus antea scriptis sicuti pronuntiatio (mappĕqâh dĕbat qâlâ- = exitus vocis[1]) postulat scripsi, quum unamquamque litteram in cognatam mutaverim secundum litteram, quae post unamquamque earum apposita est. In ܢܦܩܬܐ igitur et ܟܬܒܬܐ, quia ܬ non ferri potest post aspiratum ܦ aut post tenue ܒ, quum ipsum ܬ sit medium, utrumque ܦ et ܒ in ܒ mutavi, quod medium est sicut ܬ. In ܪܘܚܬܐ, quod a ܪܘܚܐ derivatur, et cui naturali modo inest ܚ, quum ܬ ejus (scil. litterae ܚ) aspirationem non admittat, illud ipsum ܚ in ܟ mutavi. Similis mutatio litterarum etiam multis aliis in locis occurrit, praesertim in verbis, ubi etiam seorsim de ea acturus sum'.

Casu factum est, ut de aspiratarum mutatione tantum locus Jacobi exstet in fragmentis, nam etiam medias et tenues eodem modo tractandas esse non solum ex natura rei sequitur, verum etiam a Severo disertis verbis docetur p. 43. Tota vero haec doctrina apud posteriores grammaticos non est omissa, quamquam apud Barhebraeum qui rem (Gram. major p. 205) uberrime tractavit frustra usum terminorum ܡܨܥܝܬܐ, ܪܟܝܟܐ, ܩܫܝܐ quaeres, quos Severus quidem retinuit, Barhebraeus vero arabizandi studio delectatus neglexit. Hic enim quatuordecim locos in ore enumerat, a quibus procedunt soni et 17 vel potius 16 consonantium classes[2]) distinguit, in quibus natura totius grammaticae Barhebraei, in qua graecis doctrinis arabicae annexae sunt, optime perspicitur. Quae a schola graeca repetenda sunt graece vertimus, quae ab Arabibus hausit arabice expressa sunt:

Distinguit igitur qâlânâyâϑâ = *φωνήεντα*:
lâ qâlâyânâϑâ = *ἄφωνα* sed rectius *σύμφωνα*.

Hasce graecas distinctiones excipiunt arabicae haecce:

ܓܪܓܪܢܝܬܐ gutturales = الحلقية,

ܨܦܪܢܝܬܐ sibilantes = حروف الصفير[3]).

1) Arabes locum ubi consona pronuntianda formatur مخرج dicunt.

2) Sedecim dico, quia ultimae duo classes râhmâϑâ et sân'âϑâ i. e. sese amantes et sese odio proseqꝗuentes revera unam classem compatibilium et incompatibilium efficiunt. Graecorum orthoepiam vide in Anonymi grammaticae Epitoma ed. Egenolff Berolini 1877 p. 7—11.

3) Docet proferri hasce sibilantes inter ‚linguae caput et dentes anteriores', qua in re vocem arabicam اسلية reddidit.

ܥܫ̈ܝܢܬܐ fortes }
ܡܚ̈ܝܠܬܐ debiles } cum sequentibus convenire videntur.

ܡܬ̈ܝܢܐ fortes = شديد محض.
ܪ̈ܦܝܬܐ debiles = رخو محض.
ܡܨ̈ܥܝܬܐ mediae = بين الشديد والرخو.

ܛܒ̈ܝܥܬܐ clausae = مطبقة.
ܦܬ̈ܝܚܬܐ apertae = منفتحة.

ܥ̈ܠܝܬܐ superiores = مستعلية.
ܬܚ̈ܬܝܬܐ inferiores = مستفلة.

ܡܩܥܩ̈ܥܢܝܬܐ clamantes = حروف القلقلة.
ܢ̈ܝܚܬܐ quietae.

ܪ̈ܚܡܬܐ amicae = compatibiles.
ܣ̈ܢܐܬܐ inimicae = incompatibiles.

Hae igitur Barhebraei classes cum arabicis conveniunt, quas de Sacy (Gram. arabe I § 55 sq.) enumerat, neque quidquam negotii cum Jacobi distinctione habent. Ceterum quum Barhebraeus ll. p. 194 tradat, Jacobum primum puncta Qušåyå et Rukåχå introduxisse, patet systema ejus ex graeco ad normam linguae syriacae adaptatum esse, nam, β, δ, γ, χ, φ, ϑ non aspiratas consonantium b, g, d, k, p, t appellavit, sed molles, illas vero duras, quum Graeci χφϑ appellarint δασέα et nomen mollium omnino non adhibuerint. Π denique graecum litteris syriacis addidit, quo facto hasce Jacobi divisiones recognovimus:

ʕaβyåϑå, crassae = δασέα: ܒ, ܓ, ܕ, ܐ, ܚ.

meṣʕåyåϑå, mediae = μέσα: ܦ, ܒ, ܬ, ܣ, ܙ, ܚ.

naqdåϑå, tenues = ψιλά: π graece [1]), ܨ, ܛ, ܩ, ܗ.

mḙqaššyåϑå, fortes = ܒ݁, ܓ݁, ܕ݁, ܟ݁, ܦ݁, ܬ݁.

mḙrakkḙχåϑå debiles = ܒ݂, ܓ݂, ܕ݂, ܟ݂, ܦ݂, ܬ݂.

Desunt in hoc systemate ܐ, ܘ, ܝ et ܠ ܡ, ܢ, ܪ. Hasce ultimas ab illo liquidas (ὑγρά = ἀμετάβολα) dictas esse conjecerim, illas vero litteras furto abductas (Åϑwåϑå δḙ meϑganbån), de quibus Severus p. 24 egit [2]).

1) Cf. Grammatica mea syr. p. 13.
2) Quodsi Jacobus Graecorum classes propter suae linguae indolem mutavit,

In grammatica graeca post litteras agitur de syllabis. Hac quoque in re Graecos secutus videtur Jacobus, qui syllabam appellat šęqâlâ, quod a šęqal = λαμβάνειν formatum est. Posteriores grammatici hac voce non utuntur, omnino enim apud grammaticos linguarum semiticarum doctrina de syllabis prorsus neglecta est. Arabes vocem, quae designat syllabam non habent, hağa apud illos est: consonantem una cum vocali insequenti proferre, Syris heγyânâ est modus proferendae consonantis addita vocali, lineola męhaggyânâ signum est, quod indicat consonanti addendam esse vocalem, verbum haggi idem valet quod 'azîȝ i. e. movit, quod arabico ḥarraka quam accuratissime respondet, sicuti et vice versa vox defectum vocalis designans šalyâ arabico sukûn significatione quietis respondet. Apud ipsum Jacobum heγyânâ est pronuntiatio, proferendi modus, denique generaliter lectio[1]). Dicit ex. gr.: Litterae nominis sacrosancti tetragrammati esse y et h, hâlen dęχaδ tarten zaβnin meϑtęsîmân henên kaδ henên ḥęδâ βâϑar ḥęδâ męrakkęβân bęheγyânhen lašmâ hânâ męyaqqerâ etc. i. e. quae ubi bis una post alteram positae sunt, efficiunt (sive componunt) pronuntiatione sua nomen illud majestaticum (DMZ. 32, 491 l. 5). Denique in Rell. juris antiq. ed. Lagarde p. 140, 19 heγyânâ est lectio, quae opponitur scripturae (lęmeχtaβ). Quodsi apud Barhebraeum heγyânâ syllaba esse videtur, cave rectius compares arab. ḥarakât, motiones sive vocales, re vera enim syllabae brevissimae (šewata) non heγyanae nomine designantur, verum tantum syllabae vocalibus scriptis insignitae.

Jacobus itaque vocem συλλαβή recipiens syriace expressit šęqâlâ, quam vocem Severus p. 46, 11 retinuit, sed non ut Graeci syllabam μακράν, βραχεῖαν et κοινὴν distinxit, quod in lingua syriaca nullius esset momenti, verum docuit esse syllabam simplicem (pęšîṭâ), compositam (męrakkęβâ), et duplicatam (ȝęφîφâ). Syllaba simplex composita est consonante cum vocali brevi, syllaba composita constat consonante cum vocali longa, syllaba duplicata denique consonante, vocali et altera consonante. Utrum a duabus consonantibus an ab una syllaba incipiat non curatur. Simplex est mḥă in mḥa-wâ-ϑâ, composita est wâ, duplicata est hrî-ϑâ ex ḥrîn-ϑâ et sic sine dubio etiam meδî(n)-ϑâ al. Cf. infra. Sed cur de syllabis et earum generibus Jacobum videmus quaerentem, quam rem posteriores grammaticos Syrorum omnino neglexisse diximus?

Respondent ad hanc quaestionem fragmenta, quae supersunt

idem fecit, quod Armenius in armeniace reddenda grammatica Dionysii Thracis, qui in graecos ordines sonos armenios recepit longe plures quam Graeci habent. Cf. Cierbied Grammaire de Denys de Thrace publiée en Grec, en Arménien et en Français. Paris 1830 p. 15.

1) Thomas Diaconus (Martin Jacobi Edess. epistola p. 12) nomen graecum συλλαβή retinet; ubi de zęȝorûϑ heγyâne loquitur (linea paenultima), de defectu vocalium agit.

de flexione nominum, quorum catalogum componere et flexionem describere non poterat, quin syllabas respiceret. Quosnam vero magistros secutus sit ex subscriptione discimus, qua finivit catalogum masculinorum. Post quadragesimum septimum canonem masculinorum dicit: šęlemw qânone δašęmâhe pęšiṭe δeχrânâye qaδmâye âφ daϑrâyâne sęṭar men ȝellęϑânâye, quod graece clarius exprimitur quam latine sic: *Τέλος κανόνων τῶν ἀρσενικῶν ὀνομάτων τῶν ἁπλῶν, τῶν πρωτοτύπων τε καὶ παραγώγων χωρὶς τῶν* ȝellęϑânâye. Commentarii loco est Dionysius syriace enarratus, qui ubi de schematis nominum agit *σχῆμα ἁπλοῦν* vocat pęšîṭâ et *σύνϑετον* męrakkęβâ, *εἴδη* vero, *πρωτότυπον* dicit ṭuφsâ qaδmâyâ et *παράγωγον* dęmen ṭuφsâ qaδmâyâ meϑqayyam. Hinc explicatur dicendi modus šęmâhe qaδmâye i. e. nomina prototypa, quibus facile adduntur tęrayâne i. e. secunda vel paragoga, quamvis hanc ipsam designationem alibi non invenerim. Sed quum ȝelleϑânâye (i. e. Adjectiva in âyâ et ânâ exeuntia) ad paragoga in Dionysio syriaco referantur, quae hoc loco ad tęrayâne referuntur, dubium esse nequit, quin hanc vocem recte explicuerimus [1]). Quae si ita se habent, etiam Jacobus de nominum genere, specie, numero, schemate egit, casuum vero mentionem non repperi, quam tamen ab ejus opere grammatico exulasse nullo modo credo, quia apud posteriores grammaticos (Severus p. 17, 6) de iis agitur.

Praeter generalem hanc nominum descriptionem ad normam graecam propositam, singulas nominum formas singulis canonibus proposuit, ad quos recte constituendos notione syllabae carere non potuit. Sequitur enim hac in re exemplum Theodosii, qui in disponendis nominum formis ubique omni cura syllabarum habet rationem. Quod ut recte intellegamus, adtendendum est ad indolem et naturam canonum Theodosianorum, quibus tota flexio nominum comprehenditur.

Ad bene distribuendum formarum numerum ante omnia opus erat principio sano divisionis, quod praebuit triplex genus. Neutro vero lingua syriaca caret, itaque distinxit Jacobus nihil nisi canones masculinorum et femininorum. Graeci deinde classes distinxerunt in quovis genere secundum consonantem finalem, et in classibus ita constitutis primum ad vocalem penultimam adtenderunt deinde ad numerum syllabarum.

Quodsi enim in eadem classe e. gr. in ea, qua comprehenduntur masculina in *ης*, in genetivo plures syllabae cernuntur quam in nominativo, quae *περιττοσυλλαβοῦντα* dicuntur, praecedunt

---

1) Jure igitur Barhebraeus (Splendor p. 16) ubi de ‚domesticatione' loquitur, addidit: „Sanctus Jacobus haec *εἴδη* (ad quae pertinet derivatio adjectivorum ‚domesticatorum') appellavit *σχήματα*, sed *σχήματα*, simplex scilicet et compositum appellavit *εἴδη*. Sed non in verbis est immorandum". — Vidit igitur Barhebraeus Jacobum a solita Graecorum via recessisse.

περιττοσυλλαβοῦντα et sequuntur, quae eodem syllabarum numero utuntur *ἰσοσυλλαβοῦντα* dicta. Tali modo prima masculinorum classis est *Αἴας*, *Αἴαντος* (simul *δισύλλαβον* et *περιττοσυλλαβοῦν*), sequitur *κοχλίας*, *κοχλίου* (simul *τρισύλλαβον* et *ἰσοσυλλαβοῦν*), deinde *Λάχης*, *Λάχητος* (*δισύλλαβον* et *περιττοσυλ.*) et *Χρύσης*, *Χρύσου* (*δισύλλ. ἰσοσυλλ.*) denique *Δημοσθένης*, *Δημοσθένους* (plus duabus syllabis compositum et *ἰσοσυλλαβοῦν*).

Hasce voces in *ας* et *ης* exeuntes deinde excipiunt nomina in *ις*, *ειςх*, *ευς*, *υς*, *ους*, *ως*, in quibus ante *ς* inveniuntur vocales secundum ordinem litterarum, deinde voces in *λς*, *νς* in quibus consonantes praecedunt *ς* finale. Post voces in *ς* posita sunt nomina in *ν* hoc ordine: *αν*, *ην*, *ιν*, *υν*, *ων*, tum nomina in *ξ* hoc ordine *αξ*, *ηξ*, *ιξ*, *υξ*, *ωξ*, deinde nomina in *ρ* hoc ordine *ηρ*, *ωρ*, denique voces in *ψ* uti *Κύκλωψ* [1]). Non vero ea qua par est cura Theodosius etiam de monosyllabis egit, quae ab initio tractanda fuissent, qua in re Choeroboscus [2]) eum excusaturus dicit: *ἰστέον δὲ, ὅτι περὶ τῶν εἰς ας μονοσυλλάβων οὐδὲν εἶπεν ὁ Θεοδόσιος, ὡς πρὸς εἰσαγομένους τὸν λόγον ποιούμενος καὶ συντομίας φροντίζων.* Haec igitur Theodosii incuria posterioribus haud probata est, ita ut Jacobum quoque a nominibus monosyllabis incepisse jure dicere mihi videar. Nam re vera secundum hancce Theodosii rationem, in qua numerus syllabarum maximi est momenti, Jacobum catalogos suos composuisse jam nunc est demonstrandum.

Primum uti Theodosius etiam Jacobus nomina in duas classes secundum genus distribuit, masculina exceptis šellęϑânâye comprehendit 45 canonibus, femininorum plus quam 29 canones proposuit. Nominum bisyllabicorum 83 fuerunt canones, itaque etiam syllabas eum respexisse videmus.

Deinde ubi longiorem canonum seriem in fragmentis habemus, cernitur ordo secundum vocales [3]) prout in litteris graecis se invicem sequuntur *α. ε. ι. ο. ου. ω.* Quod comprobatur serie canonum femininorum, qui hi sunt:

Canon 18 pęraχâ, pęrazâ *α.*
Canon 19 męgennâ, pęreddâ *ε.*
Canon 20 gęβîϑâ, δęχîϑâ *ι.*
Canon 21 'ḥrîϑâ proprie 'ḥrînta [4]) *ι.*

---

1) Distinctiones graecas reconditas hîc praetermittendas censeo.

2) Georgii Choerobosci Dictata in Theodosii Canones ed. Gaisford Oxonii 1852 p. 15.

3) Neglegitur å finale status determinati, quod Alφå perfectionis Severo dicitur, p. 26 l. 4.

4) Hic canon hanc solam vocem comprehendit, quae vox constat una syllaba composita et una syllaba duplicata šęφîφå. Hinc puto syllabam compositam constare ex consonante et vocali longa, duplicatam vero ex consonante, vocali et consonante. Unde sequitur syllabam simplicem constare ex consonante aut duabus consonantibus et vocali

Canon 22 [Syriac], *σπόγγος o.*

Canon 23 ṣẹβûϑå, ubi û = *ου.*

Canon 24 bẹroϑa ubi, [Syriac] = ȯ = ō = *ω.*

Eundem ordinem etiam in ultima fragmentorum parte habemus, post canonem 28mum per *e* distinctum (exempl. *φλέγμα*) canon 29us continet voces per *î* formatas, uti ṭrîδå, quae duabus syllabis compositis constant. Etiam vox pši-φšå (cimex Johannes Ephes. Hist. eccl. ed. Cureton p. 71 l. 16) ad hunc canonem pertinet, nam duabus syllabis compositis constat. Deinde, — nescio an canon interciderit — proponuntur voces, quae duabus syllabis compositis efficiuntur, quarum prima est *ŏ* uti dlo-ḥyå, mso-rqå, glo-sqå [1]). Post hanc classem proposuit feminina cum [Syriac] = *ω* uti zōōrtå, bχōrtå. Itaque et hic observamus ordinem *e*, i, ŏ, ō, id est ordinem vocalium graecarum, quibus canones graecos distingui antea vidimus.

Ubi de signis vocalium supra egimus et de sono trium signorum [Syriac], [Syriac], [Syriac] disseruimus, ultimam rationem, quae suadeat [Syriac] esse *o*, [Syriac] *ου*, [Syriac] *ω*, tum demum afferri posse diximus, quum de ordine canonum constet. Jam igitur quum dispositionem canonum eandem esse viderimus, quae apud Theodosium graece habetur, et quum [Syriac] in voce [Syriac] = *σπόγγος* sine dubio sit *o*, quod in canone 23 excipit u = *ου*, deinde in canone 24 ō = *ω*, dubium non esse videtur, quin horum signorum sonos recte constituerimus.

Sed ut omni modo comprobemus, Theodosii methodum a Jacobo ad linguam syriacam esse translatam, denique affero phrasin, qua utitur, ubi exceptiones a regula canonis proponendae sunt. Hisce in locis dicere solet: rẹšîmîn vel rẹšîmå låχ rel. i. e. signata, signatum tibi sit etc. Sic p. 5 a, ubi docet feminina formae gẹβîϑå, quae a masculinis bisyllabicis, syllabâ simplici ă continente et syllaba compositâ constantibus procedant, uti gă-βyå, pluralem habere gaβyå-ϑå pergit: Rẹšîmå dēn 'îϑ låχ pẹnîϑå, pẹnyåϑå, bẹrîϑå, bẹryåϑå, i. e. signatum tibi est pẹnîϑå (quod secundum canonem

brevi. Revera syllaba prima pluralis vocis mḥûϑå p. 6 a l. 8 dicitur simplex. Jam quum forma sit mḥă-wå-ϑå rem confirmatam videmus. Ceterum syllabae cum brevissima vocali ẹ non numerantur, ita ut in talibus compositionibus uti rẹδîφå dispescendum sit rδî-φå, ṭrî-δå. Initium non respicitur, rδî et ṭrî cum duabus consonantibus haud alio modo tractantur quam φå et δå et sunt syllabae compositae.

1) Bar Ali vocales masorqå tradit. In glo-sqå graecum *κόλλιξ* latere docet Kohut in editione Lexici Aruch. s. v. גלוסק. Denique dlo-ḥya rell. a Nestorianis scribunter per Waw cum puncto superiore.

faceret panyâϑâ) penyâϑâ etc. Eadem phrasis occurrit p. 5 b infra, neque quidquam aliud est nisi interpretatio graeci σεσημείωται, quod eodem sensu apud Theodosium ejusque commentatorem Choeroboscum adhibetur [1]). Itaque terminum technicum scholae a Theodosio desumsit.

Ex canonibus de masculinis ultimus tantum (47mus) servatus est, qui nomina quattuor syllabis composita complectitur, unde hoc certe videmus, quinquesyllabica nomina mscl. ab eo seorsim non esse tractata. A reliquis vero masculinis segregavit ʒellęϑânâye, i. e. adjectiva qualitativa in ânâ, âyâ, ânâyâ, quorum canones seorsim proposuit. Pertinent ad tęrayâne i. e. παράγωγα, cf. p. 57, quod ex Dionysio desumptum est, sed nomen eorum ʒellęϑânâye i. e. causata a Syris ipsis ea ratione inventum et adhibitum est, ut nomen primitivum (e. gr. terra) tanquam causa nominis secundarii (e. gr. terrenus, terrestris) designetur, ita tamen ut ‚causatum‘ non de eo tantum praedicetur, quo causatum est (e. gr. terrena de terra) verum etiam de aliis nominibus, quae aliis adjectivis causa sunt, ut homo dici potest terrenus. Jacob. Fragm. p. 3. Posteriores hanc adjectivi ad nomen primarium relationem meϑbaitâyuϑâ dixerunt, quod deinde apud Amiram voce domesticatio expressum est, quam eandem esse dicit p. 105 quam speciem sive εἶδος, ad quod haec relatio apud Dionysium pertinet. Ceterum recentior hic terminus meϑbaitâyuϑâ ex grammatica arabica desumptus est, nam nihil est nisi vox el-nisba (el 'asmâ'u l'mansûbatu) syriace explicata, itaque scholae Syrorum arabizanti debetur. Ipsa Jacobi doctrina ad omnes grammaticae syriacae scriptores pervenit, apud quos longae hac de re solent esse ambages.

Haec fere ex grammaticae fragmentis colligi potuerunt de indole et natura hujus operis pretiosissimi, quo omnium primus Jacobus Edessenus linguam aliquam semiticam describere inchoavit. Praeterea ex loco p. 3 b, ubi de mutatione mutarum, aspiratarum dico, mediarum et tenuium loquitur, quae in verbis locum habet, discimus verba post nomina esse tractata, quae est ratio Graecorum. Denique ex fragmentis p. 3b videmus Jacobum ad normam graecam, ab interprete Dionysii initam, tria tempora principalia distinxisse, nam commemorat tempus praesens (zaβnâ dęqâyem = ἐνεστώς) quod in participio recognoscere sibi videbantur veteres, praeterea etiam passiva (melle ḥaššânâye) commemorat, itaque distinctiones activi et passivi adhibuit [2]). Recedit vero ab antiquiore modo dicendi, verba enim non ut Dionysii interpres syriacus mî'mre appellavit, sed vocabulo posteriore tempore ab omnibus adhibito melle. Cf. supra p. 9[4].

1) Ex. causa Bekker Anecdt. 977, 25 σεσημείωται τὸ Πικίας Πικίαντος, quod secundum canonem κοχλίας, κοχλίου formandum esset, sed a canone recedit.

2) Sed quaerendum num etiam medium distinxerit. Posteriores grammatici notionem passivi non habuerunt. Cf. infra Cap. IX.

Jacobi opus perditum esse summopere dolendum est, adeo enim perfectum fuit, ut insequentes grammatici a ratione quam iniit recedere non ausi sint. Vestigia enim Jacobi ubique quum Severum (Jacobum Tagritensem), tum Barhebraeum videmus esse secutum, etiam in locis in quibus Jacobi nomen non commemoraverunt, quod paucis illustrandum videtur.

Barhebraeus [1]) ubi de plurali nominum agit nomina ad syllabarum numerum distributa recenset, generis vero nullam habet rationem. Haud ita Jacobus, qui etiam ad genus respexit; ubi vero Jacobi canones cum Barhebraei enumeratione possunt comparari eundem apud utrumque ordinem videmus, unde sequitur, Barhebraeum Jacobi canones in librum suum recepisse. Quod non negabit is qui hanc femininorum seriem comparaverit:

Jacobus canon 18 ܦܪ̈ܬܐ, ܚܬܬܐ, ܬܦܬܐ = Bhbr. 31, 22; 32, 4.
19 ܡܠܚܐ = Bhbr. 32, 5.
20 ܟܠ̈ܬܐ = Bhbr. 33, 14.
21 ܐܢ̈ܬܐ = Bhbr. 33, 18.
22 ܣܦܣܠܐ = Bhbr. 33, 20.
23 ܕܡܘܬܐ = Bhbr. 33, 21.
23a ܓܠܘܬܐ = Bhbr. 33, 21.
24 deest (î in syllaba prima) apud Bhbr. 33, 23 ܗܝܡܬܐ.
25 deest (u in syllaba prima) apud Bhbr. 33, 24 ܐܘܪܚܐ.
26 deest (u in syll. pr. et ܬ fem.) apud Bhhr. 33, 25 ܐܘܚܬܐ.
27 deest (in syll. secunda *a* et ܬ fem.) apud Bhbr. 33, 26 ܒܠܒܘܬܐ.
28 ܦܠܟܡܐ (in syll. secunda *e* apud Bhbr. transpositum 33, 10).
29 ܫܢ̈ܝܬܐ apud Bhbr. 34, 1 ܡܢܝܬܐ.
30 ܟܠܘܣܣܐ apud Bhbr. 34, 3 idem.
31 { ܐܠܘܪܬܐ / ܒܒܘܪܬܐ } apud Bhbr. 34, 3 ܡܣܘܠܬܐ, ܡܒܘܣܬܐ alia.

1) Barhebraeus nomina secundum hasce categorias scholae graecae tractavit 1 genus, 2 species, 3 schema, 4 numerus, 5 qualitas, 6 casus. Qualitates, de quibus etiam egit Barh., sunt sensus activus, passivus, descriptivus cum possessivo, quas etiam Amira in grammaticam suam recepit p. 115. Haec doctrina ex fine

Ubi Jacobi canones habemus Barhebraeum eum describentem videmus, ubi canones desunt in Barhebraei catalogis Jacobi systema deprehendimus. Quod solum in eo loco factum esse, quem quia inter fragmenta exstat comparare possumus, nemo credet, ita ut a veri specie non videatur abesse opinio nostra, in Barhebraei grammaticam totum Jacobi opus esse receptum.

Caput VI.

De accentibus syriacis a Jacobo excultis et de ratione, quae intercedit inter puncta Graecorum, Syrorum et Hebraeorum.

Tandem aliquando Jacobi labores mittere possemus, nisi res gravissima superesset, de qua hucusque nihil diximus, doctrina de interpunctione sive de accentibus prout dicere consueverunt. Hanc enim ad Jacobi mentem Severus p. 37, 8 exposuit, cujus verba mirum in modum conveniunt cum locis de nominibus punctorum, quos Jacobo ipso et Thomae Diacono attributos Martinus et Phillips ediderunt. Ipse denique Barhebraeus (Oeuv. gram. I 247) idem fere docuit, etiam hac in re Jacobi discipulus.

In armeniaca Dionysii Thracis enarratione post caput de conjunctionibus legitur tractatus de aṛ-okanou*th*iun, qua voce redditur *προσῳδία*. Aṛ enim est *πρὸς*, ok-em est loqui, a radice vac, unde latine vox, ita ut vox armeniaca eodem modo ad graecam formam accedat, uti latinum nomen ac-centus, quod ad litteram graecum *προς-ῳδία* exprimit. Hinc sequitur, saeculo p. Ch. sexto in fine compendii grammaticae graecae caput de accentu exstitisse, cujus textum graecum Bekker Ancdt. 674 et Uhlig Dion. 105 exhibent. Quod caput utrum ab initio grammaticae an in fine sit tractandum inter scholiastas ambigitur. Is quem Bekker p. 676, 9

---

eorum, quae Dionysius Thrax de nomine docuit, exculta est, ubi haec leguntur: *τοῦ δὲ ὀνόματος διαθέσεις εἰσὶ δύο, ἐνέργεια* (= ʒ̊åβoδûϑå̊) *καὶ πάθος* (= ḥåšošûϑå̊), *ἐνέργεια ὡς κριτὴς ὁ κρίνων, πάθος δὲ, ὡς κριτὸς ὁ κρινόμενος*. Haec ad analogiam verbi scripta esse patet, cui tertia *διάθεσις* scilicet *μεσότης* tribuitur, quam in descriptivo genere nominum apud Barhebraeum iterum habemus, cui tribuuntur nomina qualitatem significantia uti intellegentia, castitas etc. Recentior igitur haec de qualitate doctrina est, cujus apud Dionysium prima tantum initia habemus, quae tamen in scholis solebat tractari. Legitur enim in scholio (Bekker Anecd. 880) *εἰ ἄρα τὰ ὀνόματα ἔχουσι διαθέσεις, διὰ τί* [*μὴ*] *λέγομεν ἐξ παρέπεσθαι τῷ ὀνόματι, οἷον εἴδη, γένη, σχήματα, ἀριθμοί, πτώσεις, διαθέσεις*; hanc viam iniit Barhebraeus, Splend. p. 36. 40, hac in re scholae graecae pedisequus, quacum alibi doctrinam arabicam conjunxit.

edidit, ab accentu oriundum esse censet, quem sequatur ἡ τῆς τεχνολογίας ἐξήγησις, is vero, quem Dionysii interpres armeniacus secutus est, de accentu ultimo loco egit. Eandem rationem Jacobum Edessenum iniisse eam ob caussam statuendum censemus, quia et Severus et Barhebraeus accentus in fine librorum suorum proposuerunt, quos de Jacobo pendere satis superque demonstravimus. Quae vero fuerint Jacobi de accentu curae jam videamus.

Ad ἀνάγνωσιν Graeci etiam eas distinctiones referebant, quibus singula enunciatorum membra punctorum opera dispescuntur, quae apud nostrates colon, semicolon, comma etc. vocari solent. Docent enim legendum esse καθ' ὑπόκρισιν, κατὰ προσῳδίαν, κατὰ διαστολήν. De ὑποκρίσει sive actione in grammatica nihil praecipiunt, verum de προσῳδίᾳ. Prosodiae enim partes numerantur tempore recentiore quatuor: τόνοι, χρόνοι, πνεύματα, πάθη (Bekker Ancdt. 674, 11), antiquitus vero tres: τόνος, χρόνος, πνεῦμα (ib. 703, 31)[1] Uhlig l. l. 107. Sensu latiore ad χρόνον pertinet distinctio membrorum enunciati, quae per στιγμὴν solet indicari. Tali modo distributio membrorum logica et rhetorica cum προσῳδίᾳ secundum mentem grammaticorum antiquorum est conjungenda. Rem vere sese ita habuisse Stephani (Saec. VII in.) scholion docet ad Dionysii caput de στιγμῇ, quod legitur apud Bekkerum Ancdt. 759, 26: Σκοπὸν ἔχων ὁ τεχνικὸς εἰσαγωγικὴν γράφειν τέχνην, ἀποφεύγει τῶν τόνων τὰ δυσχερῆ, τουτέστι τὸ πνεῦμα, τὸν χρόνον καὶ τὰ πάθη . . . . ἵνα δὲ μὴ παντελῶς ἀνοήτους καταλείπῃ, ὥς περ τις καλὸς τροφεὺς ἐκ παντὸς ἐδέσματος λαβὼν μεταδίδωσι παιδὶ τρεφομένῳ [ὑπ'] αὐτῷ, οὕτως οὗτος παντὸς τεχνικοῦ διδάγματος τὰ λεπτομερῆ συνάγων ἐκτίθησιν ἡμῖν, καὶ μεταβαίνει πάλιν εἰς τὴν στιγμήν, σύμφορος γάρ ἐστι καὶ αὕτη τῇ ἀναγνώσει τῆς γραμματικῆς. Et Melampus eodem modo sentiens dicit: περὶ τοῦ ἀναγκαιοτάτου τῶν προσῳδιῶν, τουτέστι περὶ τοῦ τόνου, διδάξας ἡμᾶς ὡς ἐν συντόμῳ, περὶ τῶν στιγμῶν, τουτέστι περὶ τῆς διαστολῆς διαλαμβάνει κτλ.

Quod vero adtinet ad διαστολήν, quae per στιγμὴν sive punctum indicatur, paucis hoc loco monendem videtur, antiquissimum esse systema id, quo τελεία στιγμὴ in fine periodi ponitur, ὑποστιγμὴ vero inter protasin et apodosin, μέση στιγμὴ denique illic locum habet, ubi membra enunciati nimium longa dispescenda sunt propter spiritum legenti ducendum. Melampus quidem, quo sibi videtur acutior, μέσην non recte dici στιγμὴν docet, quia non omnes eodem loco spiritum ducant, neque στιγμή dici possit, quod non unicuique conveniat (Bekker Ancd. 759, 6).

---

1) Choeroboscus l. l. τόνοι μέν εἰσι τρεῖς, ὀξεῖα, βαρεῖα, περισπωμένη· χρόνοι δύο, μακρὰ καὶ βραχεῖα· πνεύματα δύο δασεῖα καὶ ψιλή. Byzantini inter πάθη referunt: ἀπόστροφον, ὑφὲν et ὑποδιαστολήν, sed Choeroboscus Herodianum secutus haec proprie non ad προσῳδίας pertinere censet l. l. 705, 7. — Armeniaca Dionysii interpretatio Uhlig p. 107 πάθη omittit.

Exemplum *μέσης* est punctum post *ἄνακτι* in versu:
ΑΠΟΛΛΩΝΙ ΑΝΑΚΤΙ· ΤΟΝ ΗΥΚΟΜΟϹ ΤϾΚϾ ΛΗΤΩ·
exemplum *ὑποστιγμῆς* est punctum post *ἐφιείς* in hoc versu
ΑΥΤΑΡ ϾΠϾΙΤ ΑΥΤΟΙϹΙ ΒϾΛΟϹ ϾΧϾΠϾΥΚϾϹ ϾΦΙϾΙϹ. ΒΑΛΛϾΝ·

Quod si quaeritur, quomodo distinguantur *στιγμή* et *ὑποστιγμή*, respondent: *χρόνῳ*, nam post *στιγμὴν τελείαν* tacent quantum tempus volunt, post *ὑποστιγμὴν* vero statim procedendum est (Bekk. 762), quia est symbolum *κρεμαμένης τῆς διανοίας καὶ πρὸς συμπλήρωσιν ὀλίγου δεομένης.* Locus *στιγμῆς τελείας* juxta summam litteram est (*τίθεται ἐπὶ κεφαλῆς τοῦ γράμματος*) locus *ὑποστιγμῆς* juxta imam litteram, *μέσης* vero juxta mediam litteram (*τίθεται ἡ μέση ἐν τῷ μέσῳ τοῦ γράμματος, ἡ δὲ ὑποστιγμὴ μεθ' ὑποκρίσεως*[1]) *κατωτάτω τοῦ γράμματος* Bekk. 760). Cuinam vero phrasi *τελεία στιγμή* conveniat, cave ex more nostro dijudices, quo in fine periodorum tantum illud punctum ponere consuevimus, aliter enim ac nos de sententiarum perfectione judicaverunt veteres, qui quomodo egerint Friedlaenderus luculenter docuit[2]). Res eo redit, ut membra quoque longiorum periodorum *αὐτοτελῆ* i. e. perfecta esse censuerint, et *τελείᾳ στιγμῇ* distinxerint, quae nos perfecta non habemus. Exemplo sit Il. 2, 23
ϾΥΔϾΙϹ ΑΤΡϾΟϹ ΥΙϾ ΔΑΙΦΡΟΝΟϹ ΙΠΠΟΔΑΜΟΙΟ·
ΟΥ ΧΡΗ ΠΑΝΝΥΧΙΟΝ ϾΥΔϾΙΝ ΒΟΥΛΗΦΟΡΟΝ ΑΝΔΡΑ
ΩΙ ΛΑΟΙ Τ'ϾΠΙΤϾΤΡΑΦΑΤΑΙ ΚΑΙ ΤΟϹϹΑ ΜϾΜΗΛϾΝ
ubi post *ἱπποδάμοιο* ponitur *τελεία στιγμὴ, ἐπεὶ ἀσύνδετος ὁ λόγος.* Friedlaender l. l. 47. Nos signum interrogationis aut exclamationis poneremus, quo opprobrium exprimitur.

Accedit denique ad distinctivos hosce accentus etiam conjunctivus, cui nomen est *ὑφέν*, *σημεῖον συναφείας συνθέτων λέξεων ἢ σημεῖον ἑνώσεως δύο λέξεων οἷον νικόλαος* Bekker 699. Quam lineolam in vocibus *παρασυνθέτοις* addere Scholiastae p. 702 superfluum videtur, in vocibus vero synaloepha conjunctis necessaria censetur ejus appositio.

Simplex et antiquum hoc systema, ad recte legendum Homerum ut videtur excogitatum, a Syris est receptum, exstat enim in codice syriaco antiquissimo Musei britannici 12150, in quo punctum superius sententias perfectas claudit, punctum medium ad sejungenda membra adhibetur, inferius protasin ab apodosi distinguit, quae scribendi ratio posteriori Syrorum usui contraria est, secundum quem sententiae perfectae puncto inferiore in linea posito finiuntur.

---

1) Hoc quid sibi velit explicuit Friedlaender Nicanoris *περὶ Ἰλιακῆς στιγμῆς* reliquiae (Regimontii Prussorum 1850 p. 59).

2) Friedlaender l. l. p. 24.

Exempli gratia affero Titum Bostrenum II 47 ed. Lagarde: ܐܠܐ ܕܝܢ ܐܢܫ ܢܥܒܕ ܕܢܫܐܠ ܡܢܐ ܡܫܐܠ ܟܕ ܐܢܫܐ ܠܘܬ ܡܫܬܐܠܢܐ ܗܘ ܕܒܥܠܬܐ ܡܬܚܫܒܐ ܐܬܐܡܪܬ ܘܡܫܐܠ ܡܢܐ ܗܘܝܐ ܐܝܟ ܡܢܐ ܟܕ ܐܢܫܐ ܕܝܢ ܗܘܐ ܐܠܐ ܬܬܐܡܪ ܕܒܥܠܬܐ ܗܝ ܒܪܝܬܐ ܠܡܫܒܚܘ ܗܘ ܕܨܒܝܢ ܗܘ ܠܟܠܗܘܢ ܕܪܘܚܐ. Protasis sententiae ܐܠܐ ܕܝܢ ܐܢܫ ܢܥܒܕ puncto inferiore segregatur ab apodosi, quae incipit verbis ܠܘܬ ܡܫܬܐܠܢܐ et puncto superiore finitur. Quae insertae sunt quaestiones duae a verbis ܡܢܐ ܡܫܐܠ incipientes puncto medio distingui possunt sed non debent.

Simplicius hoc est exemplum II 45: ܬܬܟܣ ܗܟܢܐ ܘܬܬܟܬܒ ܒܪܘܚܐ ܐܣܟܡܐ ܐܦ ܗܝ ܡܬܐܡܪܢܝܬܐ ܕܥܠ ܥܣܒܐ ܕܡܡܝܬܝܢ ܠܒܢܝܢܫܐ ܗܠܝܢ ܕܡܬܐܡܪܝܢ ܡܫܩܠ. ܗܘ ܕܐܬܦܪܣ ܕܒܟܠ ܡܕܡ ܢܬܥܠܠ. ܗܟܢܐ ܓܝܪ ܐܦ ܥܠ ܦܪܙܠܐ ܘܥܠ ܢܘܪܐ ܡܢ ܟܠ. ܘܐܦ ܒܗܠܝܢ ܕܝܢ ܕܠܗܦܟܐ ܥܒܕ ܕܗܠܝܢ ܕܨܒܐ. Graece est *περιγραπτέον τοίνυν τοῦτον τὸν τρόπον καὶ τὴν κατὰ τῶν θανασίμων λεγομένων βοτανῶν κατηγορίαν τῷ μανέντι, πάντα διαβάλλειν ἐσπουδακότι. οὕτω γὰρ καὶ σιδήρου καὶ πυρὸς καταψεύδεται, τοὐναντίον ποιῶν καὶ ἐν τούτοις οὐ βούλεται.* Patet Syrum periodos graecas in singula membra resolvisse, et quae ipsi secundum suam linguam *αὐτοτελῆ* viderentur, puncto superiore i. e. *τελείᾳ στιγμῇ* distinxisse.

Exemplum *τελείας* et *ὑποστιγμῆς* habes II 54 (p. 74, 3) ܡܢܝ ܗܟܝܠ ܕܥܒܕ ܠܗ ܐܠܗܐ ܠܫܡܫܐ. ܐܝܟ ܕܡܢ ܟܝܢܗ ܗܘ ܕܛܒܐ. ܡܬܟܬܫ ܠܗ ܕܒܢܘܪܐ ܢܘܪܢܝܐ ܗܘ ܕܝܢ ܕܢܥܠܝܗ ܐܝܟ ܗܟܢܐ ܠܛܒܐ ܡܥܠܐ ܕܐܠܗܘܬܗ. Graece est *ὁ τοίνυν Μάνης ἐκθειάζων ὡς τῆς φύσεως ὄντα τοῦ ἀγαθοῦ τὸν ἥλιον, κινδυνεύει πυροειδῆ, μᾶλλον σαφῶς τοιοῦτον δή τινα τὸν ἀγαθὸν εἰσάγειν.* Ultima *τελεία* respondet *ὑποστιγμῇ* post ܠܛܒܐ, prima *τελεία* sententiam *αὐτοτελῆ* ܕܥܒܕ ܠܗ ܐܠܗܐ ܠܫܡܫܐ distinguit.

Addimus exemplum ex recognitionibus Clementinis syriacis p. 127, 29 quo comprobetur, post ea verba, quibus secundum nostram rationem punctum *τέλειον* apponi solet, puncta non poni a Syris (et Graecis): ܗܟܢܐ ܐܦ ܣܘܓܐܐ ܒܢܝܢܫܐ ܠܐܠܗܐ ܕܫܪܪܐ ܡܫܬܡܥܝܢ. ܘܐܦ ܟܕ ܠܐ ܚܙܝܢ ܡܕܡ ܘܠܐ ܦܠܐ ܢܬܚܙܐ. ܐܠܐ ܗܟܢܐ ܒܐܠܗܝܢ

ܘܠܐ ܡܥܒܕܝܢ ܡܛܠ ܕܐܝܠ ܗܘܐ ܡܬܦܪܥܐ. ܐܠܗܐ ܢܥܘܠ ܠܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܨܒܘ ܕܢܫܡܠܘܢܗ ܘܐܠܗܐ ܠܡܫܡܥܗ. ܐܝܢܐ ܓܝܪ ܕܠܐ ܨܒܐ ܕܢܐܠܦ ܐܝܟ ܡܟܝܠ ܘܠܐ ܢܫܟܚ ܗܘܐ ܐܝܟ ܝܕܘܥܐ ܡܬܕܝܢ. ܝܕܥ ܓܝܪ ܗܘ ܡܕܡ ܕܢܫܡܥ ܠܐ ܨܒܐ. ܠܐ ܐܝܬ ܗܟܝܠ ܨܒܬܐ ܕܡܦܩ ܒܪܘܚܐ ܠܘܬ ܐܠܗܐ ܝܕܥ ܕܟܠܒܒܬܐ ܡܟܝܠ ܗܘܐ ܘܡܣ܆. Graece legitur hom. 10, 12 extr.: *οὕτως φυσικῶς αἱ ἁμαρτίαι ἀναιροῦσι τὸν ἁμαρτάνοντα, κἂν ἀγνοῶν πράσσῃ ἃ μὴ δεῖ.* XIII. *Εἰ δὲ ἐπὶ παρακοῇ λόγων κρίσις γίνεται, πολλῷ μᾶλλον ὁ θεὸς ὀλοθρεύει τοὺς μὴ θελήσαντας τὴν εἰς αὐτὸν θρησκείαν ἀναδέξασθαι. ὁ γὰρ μὴ θέλων μαθεῖν ἵνα μὴ ἔνοχος ᾖ, ἤδη ὡς εἰδὼς κρίνεται. ἔγνω γὰρ ὃ μὴ ἀκοῦσαι θέλει· ὥστε οὐδὲν δύναται πρὸς ἀπολογίαν ἐπίνοια* (Recogn. calliditas) *πρὸς καρδιογνώστην θεόν. διὸ κτλ.* Ubi nos periodum finitam dicimus, Syrus punctum non ponit, membra *αὐτοτελῆ* puncto superiore distinguit, puncto medio hodie id respondet signum, quod comma sive virgulam dicere consuevimus. Denique punctum ultimum sub ܐܠܗܐ vim conjunctivam habet, de qua infra agetur.

Eandem rationem etiam in Eusebii Theophania deprehendimus, cujus initium ita punctis distinguitur: ܦܩܘܕ ܕܐܡܪ ܟܠ ܠܥܘܠܡܐ ܕܗܘܐ ܒܟܠܗ ܠܥܠܡܐ ..... ܕܠܐ ܐܝܬ ܠܗ ܫܘܪܝܐ ܘܠܐ ܡܫܬܪܝܢܘܬܐ. ܘܠܐ ܡܕܪܐ ܗܘ ܘܠܐ ܒܫܘܠܡܐ ܘܐܝܬܐ ܘܡܫܬܪܝܢܘܬܗ ܘܩܕܝܡܐ ܡܟܠ ܐܝܟ ܕܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ. ܗܘ ܡܢ ܢܦܫܗ ܗܘܐ. ܬܡܢ ܘܠܐ ܐܠܗܐ ܡܟܝܠܐ ܢܗܘܘܢ: ܕܡܗܝܠ ܗܘܐ ܡܢ ܒܢܝܐ ܐܠܗܘܬܐ ܢܗܘܘܢ. ܘܡܣ: Hinc denique explicatur, cur in fine capitulorum punctum superius possit scribi, ubi plerumque omnino nullum punctum ponitur. E. gr. Theoph. III, 73 ita se habet: ܘܗܟܢ ܠܐ ܡܬܐܡܪܝܢ ܒܢ ܦܫܝܢ ܟܠ ܡܕܡ. ܐܠܐ ܟܠ ܚܕܐ ܕܢܦܫܗ ܕܟܠ ܦܓܪܐ ܕܢܫܐ. ܐܠܐ ܠܡܘܬܐ ܦܪܐ ܐܠܗܐ ܕܢܚܒ ܠܡܗܘܢܘܗܝ ܕܟܠܠܐ ܡܢ ܟܠ. ܡܫܝܚܐ ܡܠܟܗ ܕܐܠܗܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܦܪܘܩܗ ܘܪܒܐ ܕܫܘܝܐ ܡܟܠܒ. .. .. .. Cum grammatica Dionysiana hoc systema etiam ad Armenios transiisse hic *ἐν παρόδῳ* monemus, qui tribus utuntur punctis, inferiore (sdoragēd) medio (mi*ts*agēd) et puncto finali, cui nomen est avardeal ged, wer*ts*agēd. Quum ex ipsis punctorum priorum nominibus intellegatur, cuinam loci illis conveniant, non potest in dubium vocari, punctum finale antiquitus super lineam fuisse positum. Hodie sententiarum finis duobus punctis: solet indicari, quae eodem modo scribuntur ut Hebraeorum Soph pasuq, quod et ipsum ex antiquo puncto superiore exortum infra videbimus, cui alterum punctum in ipsa linea adjectum est. Avedichean 1309.

Exeunte saeculo vero quinto novarum rerum studiosi doctores scholarum syriacarum hoc systemate, de quo egimus, non contenti accentuum seu potius punctorum membra orationis dispescentium et usum et formam mutaverunt, ac novos accentus invenerunt.

Quod primum ad formam adtinet, ubi punctum inferius ponendum erat, alterum illi in ipsa linea positum addiderunt, quo facto ex simplici inferiori (taḥtâyâ) processit nova haec forma [· ̣—] Deinde vero, ubi hocce taḥtâyâ posito protasis ab apodosi segregata erat, singulae partes protaseos et apodoseos vario modo designaverunt. In protasi enim adhibitis duobus punctis, quibus šᵉwayâ vel zaugâ nomen est, singulae partes separabantur, ita [·—̣— : — : —], in apodosi vero adhibito puncto superiore, cujus jam non est membra αὐτοτελῆ distinguere, uti in systemate antiquo, singulae partes dispescebantur. Cum hocce puncto superiore (ʿellâyâ) deinde alterum punctum in ipsa linea positum conjunxerunt, quo facto haec apodoseos oritur forma [·—·˙—·˙—·̣—]. Punctum finale est in ipsa linea positum, ita ut, quod antea fuerat signum spiritus ducendi causa positum (μέση), jam nunc periodos clauderet, et nomine pâsoqâ i. e. sector designaretur [1]. Totius periodi hinc procedit forma haec [·—·˙—·˙—·̣— : — : —·].

Exemplum habe ex codice ao. 688 descripto (The third part of the ecclesiat. Hist. of John bishop of Ephesus ed. Cureton Oxon. 1853 p. 3) ܘܝܘܡܐ ܕܝܢ ܠܘܬ ܡܛܠ ܕܐܣܬܚܝ ܕܡܢ ܥܠܝ ܒܐܬܐܬܐ
ܘܠܡܦܠܐܬܐ: ܐܝܟ ܕܥܡܘܕܐ ܡܥܠ ܕܒ ܡܕܒܪܢܐ ܕܡܦܣܩܘܬܐ ܠܠܡܘܗ̈ܝ
ܡܫܬܥܝܢܐ ܘܩܫܝܫܐ ܥܡ ܣܗܕܘܗܝ: ܥܠ ܐܠܗܐ ܫܡܝܢܐ ܕܥܒܕܗ ܒܝܬܐ
ܕܐܬܩܪܝ ܡܫܟܢܐ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܗܘ ܐܬܬܙܝܥ ܘܐܦ ܣܝ ܕܒܗ ܦܪܢܣܐ
ܕܒܩܘܪܒܢܐ: ܐܝܟ ܕܒܥܘܗܕܢܐ ܕܡܫܝܚܐ ܢܗܪܐ: ܐܝܟ ܗܘ ܐܚܝܕ ܡܢ ܟܠ ܟ̈ܢܫܐ
ܠܗܘܢ ܠܗ ܘܡܕܒܪ ܒܫܝܢܐ: ܘܟܠ ܕܐܝܟ ܕܡܝܐ ܐܝܟ ܒܥܒܘܕܘܬܐ
ܠܡܫܟ ܒܬܘܒܢܘܗܝ ܕܠܡܫܒܚܘܬܐ ܕܠܐܠܗܘܬܐ: ܘܐܦ ܗܘܐ ܠܐܚܪܢܐ ܠܡܫܡܫܢܘܬܗ.
Ceterum cf. Grammatica mea syriaca p. 90.

Nec tamen ita sibi satisfecisse videbantur doctores, quum quatuor hisce signis formam orationis et compositionem distinxissent, verum discipulorum inscitiae subvenientes non logicam tantum

---

1) Infra videbimus antiquioris usus vestigia exstare in šeḥîmâ et pâsoqâ šeʾîlâ, quum haec μέση in libris manuscriptis sit aliquoties servata, quae jam a pâsoqâ non potest distingui.

partitionem, sed etiam rhetoricam recitandi rationem, Graecis *ὑπόκρισιν* dictam, docendam esse putabant. Accentibus logicis (šewayyâ sive zaugâ, taḥtâyâ, ʿellâyâ, pâsoqâ) alios addiderunt, quos accentus rhetoricos liceat dicere. Jam quum primum Josephum Huzitam accentûs numero quidem novem in sacros libros imposuisse sciamus, e quibus tres, zaugâ scilicet, ʿellâyâ et taḥtâyâ [1]) accentibus logicis adnumerandi sunt, patet, ab initio numerum accentuum rhetoricorum admodum fuisse restrictum, quorum igitur posteriore tempore magnum numerum paullatim doctores (maqrєyâne) auxerunt.

Accentus rhetorici, qui a Josepho adhibiti sunt numero sunt sex:

1) mєšayyєlânâ, signum interrogandi.
2) pâqodâ, signum jubendi.
3) šamkâ, signum pausae minimae.
4) ʿeṣyânâ, signum pausae majoris.
5) mєnîḥânâ, signum, quo lector jubetur quasi desperata voce recitare [2]).
6) hau damєrakkab men tєrên zaugîn, quem eundem esse censeo, qui a Jacobo dicitur tâχsâ wєtaḥtâyâ mєšayyєlânâ.

Quibusnam signis, vel quanam punctorum positione usus sit Josephus, in loco libri masorethici, quem p. 28 dedimus, disertis quidem verbis non docetur; loci tamen auctor, quum dixit, accentus samke, ʿeṣyâne etc., qui in sacra scriptura insint, a Josepho esse certo quodam consilio appictos, satis perspicue indicavit, Josephi signa eadem fuisse, quae posterioribus doctoribus usitata erant, signa igitur eadem, quae etiam nunc habemus. Itaque

1—2) signum mešayyєlânâ et pâqodâ fuit punctum supra vocem, qua interrogatur aut jubetur: ܐܝܟܢܐ quomodo? ܙܠ vade.

3) signum samkâ fuit punctum infra ultimam vocis litteram, post quam pausa est necessaria ܙܕܝܩܐ ܥܡܪܝܢ ܒܐܪܥܐ justi, habitant terram.

1) De pâsoqâ apud Josephum nihil traditur. Cf. locum p. 28. Novem accentus disertis verbis enumerantur, inter quos non est pâsoqâ, quod tamen neglexisse Josephus nullo modo censendus est. Itaque si pâsoqâ respicimus, novem illis accentibus addendum est, quo facto decem habemus.

2) Hic accentus in systemate a Jacobo Edesseno adhibito non exstat, sed idem esse videtur qui a Jacobo ܡܬܚܢܢܐ dicitur. De natura hujus accentus dubium esse non potest, Johannes enim Bar Zuʿbi in codice Mus. Britt. Ad. 25876 fol. 164 haec docet: ܡܬܚܢܢܐ ܟܠܗ ܦܣܘܩ ܡܦܩܐ ܘܡܬܪܟܢܘܬܐ ܕܡܢ ܩܘܛܢܝܐ ܡܚܒܪܐ. ܐܝܟ ܗܘ. ܕܢܒܗ ܢܦܩܚ ܠܥܝܢܐ. ܐܡܪܗ ܠܐܠܗܘܬܐ ܡܢ ܕܢܦܠ ܒܓܒܘܒ. ܐܝܟܢܐ ܠܐܟܠ ܠܚܘܕܘܗܝ ܡܬܚܢܢܐ ܡܫܬܡܥ ܠܟܠܢܐ.

4) Ȝesyânâ est punctum supra vocem, quam sequitur pausa major, uti in hoc exemplo ܒܝܘܡܗ ܣܡܐ ܠܐܪܥܐ ܘܐܝܟ ܠܒܢ ܘܐܬܠܝܗ ܒܢ ܐܠܗܐ.

5) Signum mẹnîḥânâ in nota secunda paginae praecedentis exstat, similem formam et usum habet mẹnâḥtâ.

6) Accentus e duobus zaugîn compositus formam nomine describit. Si re vera idem est, qui a Jacobo dicitur tâχsâ wẹtaḥtâyâ mešayyẹlânâ haec est ejus forma ܠܐ ܐܣܬܢܐ ܠܟܘܢ ܠܐ ܐܬܠܐܝܬܘܢ, ejus vero usus est, ut simul opprobrium et interrogationem indicet. Signum objurgandi potest dici.

Reliqui accentus rhetorici sunt recentiores, quod eo magis probabile videtur, quo melius intellegimus, Josephi accentibus integrum proponi systema. Habet enim praeter accentus logicos signa pausae minoris et majoris, denique signa et interrogandi et jubendi et plangendi et objurgandi. Haec vero signa sufficiunt ad indicandas maxime varias animi affectiones, et ii qui accentuum numerum auxerunt, systematis simplicitatem turbaverunt, et permultis suis signis recitationis elegantiam non melius inculcaverunt. Nimius enim est accentuum numerus et maxime perplexus eorum usus [1]).

Josephi igitur systema quum a recentiore tum ab antiquiore diversum, elegantissimum videtur, quod aeque abest a nimia signorum copia recentiorum quam a jejunitate antiquiorum, quorum partiendi rationem omni modo superat. Antiquiores enim nihil fecerunt nisi membra *αὐτοτελῆ* orationis et protasin ab apodosi separaverunt, nullo modo indicantes, quaenam ratio intercedat inter ipsa membra protaseos et apodoseos, Josephi vero systema hac in re punctum tulit, quod relationes periodi internas punctis suis declarat et ita legentibus orationis dispositionem dilucidat.

Gravissimum vero secundum hoc Syrorum systema esse ad perspiciendam ultimam veteris testamenti recensionem, qua vocales et accentus addebantur, persuasissimum mihi est.

Usus accentuum hebraeorum primarius est logicus. Accentûs rhetorici apud Hebraeos nullum est vestigium, nullae enim apud eos sunt notae jubendi, plangendi, interrogandi, al. [2]). Quodsi

---

1) Quae de accentuum forma diximus e commentatione illustrissimi Phillips, cui inscripsit Syrian accents (Journal of Philology vol. IX) desumpta sunt.

2) Tamen in seligendis accentibus musicis etiam rhetoricae indolis orationis rationem habitam esse docet auctor libri Manuel du lecteur, quum scribat: ואפשר שיתחלף סדר זה [סדר הטעמים] לפי מלת הפיסוק וגדלו וקטנו אם הוא דרך ספור או יש בו אותיות קריאה או אותיות התמה או אותיות הידיעה לפי ענינו יהיה תוצאותיו ולפי תוצאותיו יהיה סימני טעמיו והמשכילים יבינו Journ. as. 1870 Vol. XVI p. 415..

accentuum usus musicus est, quo unicuique accentui certus sonorum ordo tribuitur, hoc secundarium est, pendet enim sonorum compositio de valore accentûs logico, neque vice versa usus logicus de pulchritudine compositionis sonorum.

Neque tamen impedit indoles logica totius accentuum systematis, quominus etiam euphomiae in cantillando habeatur ratio, imo leges haud paucae ponendorum accentuum explicari non possunt, quin concedamus, doctores Hebraeorum in seligendis accentibus, ubi varii adhiberi potuissent, eos posuisse, quorum melodia suavior videretur. Verum hoc cadit in accentus minores, majorum et locus et usus est firmus et sibi constans.

Quae res exemplis videtur illustranda: Accentum Zaqef qaṭon praecedit Pašṭa, Pašṭam praecedit Mahpach, e. gr. Gen. 35, 1 וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים אֶל־יַעֲקֹב. Ubi vero vox, cui competit Pašṭa est paroxytonos, non Pašṭa ponitur sed Jetib e. gr. Gen. 1, 12 עֵשֶׂב מַזְרִיעַ זֶרַע. Deinde si inter Pašṭa et Mahpach non intercedit una certe vocalis, etiamsi nihil est nisi Paϑaḥ furtivum, verum si syllaba accentu Mahpach notanda, nulla alia intercedente, ante vocem Pašṭa ornatam posita est, non Mahpach ponitur sed Mercha. Itaque scribitur quidem חַגֹּתֶם אֹתוֹ חַג לַיהוָה Levit. 23, 41, מַזְרִיעַ זֶרַע לְמִינֵהוּ, sed ubi non intercedit syllaba, scribitur הָיְתָה תֹהוּ Gen. 1, 12 et הָכֵן לִי בָּזֶה Num. 23, 1. Qua in re id imprimis notandum est, quod etiam Paϑaḥ furtivum in censum vocatur, hoc enim artificiosae lectionis, qua euphoniae musicae maxima habetur ratio, indicium est certissimum.

Accentum Tebîr, si duae syllabae intercedunt aut syllaba cum Metheg aut cum Pesîq, praecedit Darga. Gen. 6, 19 שְׁנַיִם מִכֹּל, Iob 1, 1 תָּם וְיָשָׁר, Levit. 19, 5 וְכִי תִזְבְּחוּ, Jos. 24, 32 קָנָה יַעֲקֹב. Si vero una tantum intercedit syllaba aut nulla, non Darga adhibetur sed Mercha: Exod. 12, 12 אֱלֹהֵי מִצְרַיִם, Num. 19, 6 עֵץ אֶרֶז [1]).

Tales leges qui sibi imponunt, non rationes logicas solum respicere, verum etiam animum ad euphoniam adtendere patet, quod etiam in posteriore Syrorum systemate factum esse videbimus. Simul vero nemo dubitabit, quin intricata haec de accentibus ponendis doctrina tempore procedente paullatim exculta sit, ita ut etiam hoc systema gradatim ad eam perfectionem perductum esse censeamus, qua discentium animi hodie vexantur. Jam si quaeritur, quaenam fuerint initia accentuum hebraeorum, haud aliud statui

---

1) Exempla desumpta sunt ex libro Derenbourgi Manuel de lecteur Journ. as. 1870 XVI p. 402 et ex Wolfsohnii (בן זאב) libro תלמוד לשון עברי Wien 1830 fol. 194. Accuratiora praebet Ben Ascher in Dikduke ha teamim ed. Baer et Strack Lipsiae 1879 p. 20. Quodsi in textu de numero syllabarum egimus, quas nomen conveniens apud Semitas non habere p. 56 diximus, memoriae dignum est Jehudam Chajjuǵ non syllabus sed litteras numerare. Cf. Ewald-Dukes Beiträge III p. 194.

potest, nisi processisse totam rem ex accurata membrorum distributione adhibitis accentibus maximis, quos imperatores et reges Bohlium secuti vocare consueverunt [1]). Ubi vero hodie quatuor reges enumerant, Zaqef, Rebia, Segol et Ṭiphḥa, ex nomine et natura signorum effici posse mihi videtur, Segol et Ṭiphḥa serius esse addita, antiquos et primarios accentus vero esse Zaqef et Rebia. Ita si in ipso systemate masorethico tempora distinguuntur, quod uno tempore exortum esse non potest, reconditam accentuum historiam aliqua luce illustrari putamus [2]).

Primarios vero hos accentus cum syriacis in rebus gravissimis convenire nullo modo potest negari. Accedit his Ittnâḥta, quod respondet syriaco taḥtâyâ et Soph pasûq (non Silluq [3])) Syrorum pâsoqae et nomine et re aequale. In eo tamen Hebraei a consuetudine Syrorum consulto recesserunt, quod punctum simplex superius, quod Syris šellâyâ, Hebraeis Rebîa dicitur, non in apodosi posuerunt, sed ad indicandas partitiones minores aeque in protasi atque apodosi adhibuerunt, majora vero membra in utraque duobus punctis distinguerunt, quae a Syris šᵉwayâ sive zaugâ, ab Hebraeis vero Zaqef appellantur. Syrorum accurata distinctio apodoseos et protaseos eo facilius ab Hebraeis potuit neglegi, quia enunciata plerumque simplicia neque intricata ratione composita sunt. Syriacum et antiquissimum hebraicum systema tali modo hoc fuit:

syr. . —.·—.·— . ,—:—:—

hebr. : —:—:— ‸ —:—:—

vel ubi membra accuratiorum postulant distributionem

: —:—:—.— ‸ —:—:—.—

In libris manu scriptis antiquissimis Soph pasuq in summa linea solet pingi. Quum exemplum syriacum supra proposuerimus sufficit exempla hebraica proponere, quae libris א״מת exceptis quaevis veteris testamenti pagina praebet. Itaque legas Genes. 14, 1:

ויהי בימי אמרפל מלך שנער אריוך מלך אלסר כדרלעמר מלך עילם
ותדעל מלך גוים׃

עשו מלחמה את ברע מלך סדם ואת ברשע מלך עמרה שנאב מלך
אדמה ושמאבר מלך צביים ומלך בלע היא צער׃

1) Haec nomina antiquis Hebraeorum grammaticis incognita a Bohlio inventa sunt in libro Scrutinium scr. s. ex accentibus. Gesenius Lehrgb. p. 107.

2) Cf. dissertatio mea Die Tschufutkaleschen Fragmente, eine Studie zur Geschichte der Masora in actis quibus inscribitur Verhandlungen des fünften Internationalen Orientalisten-Congresses Berlin 1882 II, I p. 213.

3) Nomen et usus, quo cum Soph pasuq conjungitur, probant Silluq non esse signum distinguendi sed signum musicum.

Hisce in exemplis legem fundamentalem videmus, alibi vero solum Rebîa i. e. ʒellâyâ adhibetur omisso Zaqef e. gr. Gen. 42, 27:

ויפתח האחד את שקו לתת מספוא לחמרו במלון וירא את כספו והנה הוא בפי אמתחתו:

Quod cur hoc in loco factum sit, in aprico est, nam verba לתת וגו' verum enunciatum non efficiunt, ita ut membrum *αὐτοτελές* orationis non sint; itaque accentus minor adhibitus est. Eandem formam habes Deut. 5, 22 b: אם יספים אנחנו לשמע את קול יהוה אלהינו עוד ומתנו: et vs. 26 a: מי יתן והיה לבבם זה להם ליראה אתי ולשמר את כל מצותי כל הימים. Cf. etiam Neh. 9, 35 [1]).

Tali modo si Hebraei rationem habent dignitatis et valoris membrorum in enunciato, vice versa Syri ad ambitum membrorum respiciunt, nam protasis brevissima ab apodosi brevissima non adhibito taḥtâyâ separatur, verum posito samkâ, uti docet post Jacobum Edessenum nostra Severi editio p. 33 l. 3.

Quae hic proposuimus sufficere putamus ad probandam non similitudinem, sed summam convenientiam systematis hebraei et syriaci in fundamentis, in sectione dicimus enunciati per taḥtâyâ (hebr. Ittnâḥta), et in distributione membrorum per šęwayâ (hebr. Zaqef) et per ʒellâyâ (hebr. Rebia). Qua in re tamen Hebraei, quum hisce fundamentis usi, artificiosum suum systema excolerent, rationem quae intercedit inter šęwayâ et ʒellâyâ ita immutaverunt, ut non alterum protasi alterum apodosi inhaereat, sed potius alterum ellâyâ i. e. Rebia adhibitum sit ad dispertiendum membrum per Zaqef distinctum. Haec vero omnia ad accentus logicos pertinent, accentuum rhetoricorum enim apud Hebraeos nulla sunt vestigia, qui signis suis cantilenam potius indicare student sibi semper simillimam et taedii plenam ac veternosam, quam pronuntiationem commodam et loci naturae convenientem [2]). At si re vera systematis hebraei initia ad instar systematis syriaci primitus fuerunt efficta, fieri potest, ut etiam nunc hic illic accentus ex antiquissimo tempore servati exstent, qui ubi hodie cum accentibus musicis conjuncti sunt, et ipsi quidem musici videntur esse et cantilenam indicant, quamvis ab initio signa rhetorica fuerint. Ita Iob 21, 18 in versibus

יהיו כתבן לפני־רוח
וכמץ גנבתו סופה:

1) De Rebia semel et bis posito consulendus est Luzzato in Baerii Thorat Emeth p. 63.

2) E. gr. in fine enunciati semper est Silluq i. e. ascensio quaedam vocis, quam praecedit aut Mercha aut Ṭiphḥa, ita ut duo tantum genera claudendi enunciati in libris biblicis occurrant, in quorum infinita repetitione non respicitur an jubeatur, an interrogetur, an exclamatio locum habeat. Ante Itthnâḥta poni solet Munaḥ aut Ṭiphḥa; ita etiam in medio enunciato eadem semper est cantilena, quae ratio legendi taediosissima est.

secundum regulam Rebia et Rebia geršatum legitur, sensus vero enunciati est interrogativus et interrogandi signum Syrorum est punctum superius. Sic et Iob 38, 18 in verbis הַגֵּד אִם־יָדַעְתָּ כֻלָּהּ׃ Rebia geršatum est subdistinctivum silluqi, at sensus enunciati est imperativus, Syrorum vero påqodå punctum est superius. Sed haec ἐν παρόδῳ.

Fundamenta doctrinae hebraeae de accentibus distinctivis graeca et syriaca esse videmus, ex eodem fonte vero et usus accentuum conjunctivorum est derivandus. Locum scholiastae supra (p. 64) attulimus, in quo voces compositae per ὑφέν distingui jubentur, a qua ratione alius scholiasta recedit, qui ὑφέν ponendum dicit 1 in vocibus synaloepha conjunctis uti κἀγώ; 2 in vocibus duabus, quibus una sententia exprimitur uti τοξότα λωβητήρ Il. 11, 385 et πύκα ποιητοῖο Il. 18, 608 et πυλάρταο κρατεροῖο Il. 13, 415, ἄγρων αἰχμητήν. Bekker Anecd. 702. Haec consuetudo apud Syros eo facilius recepta est, quo saepius in syriace enarrandis Graecorum libris duabus vocibus illis utendum erat, ubi graece vox composita legebatur. Hasce voces uti πανδύνατος = ܐܝܟ ܟܠ al. duobus punctis, quibus gårorå nomen est, insignire solebant, quorum alterum sub ultima littera prioris vocis, alterum sub prima littera vocis secundae positum erat. Rem explicat Thomas Diaconus in codice Musei Brit. Add. 12, 178 fol. 241a, qui locus etiam a J. P. Martino e codicibus Romanis [1]) editus est, qui tamen a textu Londiniensi admodum recedunt. In libro Londiniensi haec leguntur: „Gårorå. Quia in lingua graeca vocabula sunt, quae quum in linguam syriacam transferuntur non reddi possunt nisi duobus membris, uti hae negationes privativae ('apoφasis mẹrîmånyåϑå) lå îlîδå (ἀγέννητος), lå meštaḥlẹφånå (ἄτρεπτος), visum est patribus sanctis et interpretibus librorum divinorum, punctum poni sub littera ultima membri primi et sub littera prima membri secundi, eo consilio ut haec puncta doceant, unum esse membrum in graeco, licet in syriaco duo habeantur". Conjunctivus hic accentus cui gårorå (trahens) sive mẹḥayyeδånå (uniens) sive zåqorå (contexens) est nomen, eodem consilio adhiberi quo graecum ὑφὲν, comparato scholio Londiniensi cum eo quod ex Bekkeri Anecdotis p. 702 modo exscripsimus, non potest negari. Itaque apud Graecos et Syros signum conjunctivum habemus, quorum exemplum Hebraeorum doctores puto secutos esse, qui haecce aliorum initia ad maximam perfectionem perduxerunt. Jacobum deinde varios accentus distinxisse infra videbimus, ubi de gårorå et mẹḥayyẹδånå erit agendum.

Causa vero, qua ad hanc conjecturam inducimur, ut de origine syriaca accentuum hêbraeorum cogitemus haec est, quod quamvis

---

1) Jacobi episcopi Edesseni epistola cet. ed. J. P. Martin Paris 1869 p. 12, lin. 15, Phillips letter of Mar Jacob p. 74. 82.

in libris talmudicis versuum (פסוק) quidem fiat (Qiddusim 30 a) mentio, tamen libris uti, in quibus versus punctis distinguuntur, prohibentur Judaei. Hoc enim in tractatu Sopherim 3, 7 disertis verbis dicitur: ‚Liber, quem in versus distribuerunt, et in quo initia versuum punctis distinxerunt, ne legatur[1]). Qui haec scripsit nomen posteriore tempore tritissimum puncti finalis סוף פסוק nondum cognovit, loquitur enim de initiis versuum ראשי פסוקים, quae punctis indicabantur. Jam quum ante saeculum sextum ille de scribis tractatus compositus esse non possit, in quo collectio perfecta librorum talmudicorum commemoratur [2]) quorum in numerum ipse non receptus, quibus potius tanquam appendix additus est, hoc statuendum videtur, Judaeos sexto saeculo incepisse exemplaria librorum sacrorum privatae lectioni destinata in versus dispescere et versus punctis insignire, nomina vero posteriora, quibus haec puncta appellarentur, nondum habuisse [3]). Huc accedit, quod punctorum extraordinariorum in Lege catalogus Soph. 6, 3 proponitur, de reliquis vero signis sive ad vocales sive ad accentus referendis altissimum est silentium, quamvis cantillandi consuetudo (deinde ngîna appellata) commemoretur, ita tamen ut nondum totam lectionem cantillando recitatam esse appareat.

Haud enim alio modo quam de cantillando intellegi potest vox נעימה quae aliquoties occurrit. E. c. 14, 9 legitur: Statim intrat Maphṭîr et prehendit Legem et dicit שמע ישראל, versum primum cantillando. Congregatio quoque deinde ei respondet (scil. cantillando)[4]). Eodem modo 14, 13 habes: Deinde Legem elevans dicit: Unus est Deus noster etc., donec incipit cantillando et dicit: Jhvh est Deus, Jhvh est nomen ejus. Postea respondet ei con-

1) Haec sunt verba ספר שפסקו ושנוקד ראשי פסוקים שבו אל יקרא בו:

2) Soph. 15, 6 לעולם הוי רץ למשנה יותר מן הש׳ס ‚semper Mischnam magis sectare quam Talmudica etc. Ib. 15, 7: Scriptura comparanda est aquae, Mischna vino, Talmudica (הש׳ס) condimentis rel. Imo Amoraei a Tanaitis distinguuntur 13, 10.

3) Quae res eo magis mirabilis est, quia versus numeraverunt. Voces enim et litteras facilius erat numerare quam versus nondum punctis distinctos. Medium legis versum non Levit. 8, 8, quem Masora parva profert, sed Levit. 8, 15 esse, tractatus Sopherim tradit, in quo 9, 3 vox וישחט medium versum incipere docetur. Hoc וישחט punctum habet Levit. 8, 15, quod hodie Rebia esse videtur. Sed quaeritur an sit punctum antiquum, quo versus medius insignitus erat. Ben Ascher Levit. 8, 8 medium versum dicit, nulla ratione habita tractatus Sopherim. Cf. Baer-Strack Dikduke hateamim. Lips. 1879 p. 56. Derenbourg Journ. as. 1870 Vol. XVI p. 535. Strack Stud. u. Kritiken 1875 II p. 747.

4) Verba sunt: מיד נכנס המפטיר ואוחז את התורה ואומר שמע ישראל פסוק הראשון בנעימה ואף העם עונין אתו אחריו:

gregatio etc. [1]). Sic et psalmi quibus Hallel nomen est (Ps. 113. 114. 116—118) in festo Ḥanukka non canuntur sed cantillando recitari debent, צריך לקרותן בנעימות Soph. 20, 9 [2]).

Quae praecedunt si quis reputaverit, nobiscum ad eam sententiam adducetur ut statuat:

1) Constat saeculo p. Chr. sexto, quo Gemara babylonica ad finem perducta est, cujus in tractatu Sopherim saepe fit mentio, scribas incepisse singulos versus punctis distinguere, quod tamen, ne in libris publicae lectioni destinatis fieret, vetitum est.

2) Constat initia accentuum distinctivorum, imprimis usum puncti gemini superioris (Zaqef = šǝwayyå) convenire cum Syrorum ratione interpungendi, ea, quae a Josepho Huzita aut inventa aut certe adhibita est exeunte saeculo quinto vel ineunte sexto.

3) Constat tempore, quo tractatus Sopherim compositus est, artem cantillandi notam quidem, sed neque in tota lectione adhibitam neque punctis indicatam fuisse, de quibus in tractatu leges de scribendis libris sacris tradente altissimum silentium.

4) Constat Syros etiam accentum conjunctivum, gårorå, adhibuisse, quo arctissimum duarum vocum nexum designare studebant.

5) Constat Hebraeos in seligendis accentibus conjunctivis euphoniam cantillandi respexisse.

Ex his omnibus vero sequitur, Hebraeos Syrorum in scholis usum accentuum videntes artem syriacam esse imitatos, ita quidem ut signa distinctionis primaria inde desumpta aliquantum immutaverint et auxerint, signa vero conjunctionis apud Syros neglecta, qui uno tantum utebantur [3]), ad hujus normam ipsi invenerint et suae legendi consuetudini a patribus acceptae accommodaverint [4]). Quod ante saeculum sextum factum esse non potest, quia non

---

1) Soph. 14, 13 אח׳כ מגביה את התורה ואומר אחד אלהינו וגו׳ ועד מתחיל בנעימה ואומר ה׳ הוא האלהים ה׳ הוא שמו ואחריו עונין אתו העם וגו׳

2) Ita vocem נעימה de cantillando adhibitam vides in Manuel du lecteur Journ. as. 1870 Vol. XVI p. 415: זה הוא סדורן לפי הנעימה לפי שיש מהן (מהטעמים) דרך גובה ומהן דרך רום ומהם דרך נצב. Ib. p. 383 legitur כל שר או משרת יש לו ניגון ונעימה לבדו. Ib. 416 l. 2 sq. Cum cantillando conjunctus est certus manus et digitorum motus הנפה, et nomina accentuum a sono et motu sunt desumta. Ib. 398 l. 9. Hinc Zaqef est elatio vocis, quod nomen pro šǝwayyå sive zaugå introductum est, quo forma signi non sonus describitur.

3) Ex hoc uno gårorå deinde quatuor signa conjunctiva sunt formata, 1 mǝḥayyǝδånå, 2 šuḥlåφ mǝḥ., 3 gårorå, 4 šuhlåφ gårorå.

4) Ita statuendum est, quia consuetudo cantillandi, i. e. recitationis ornatioris, certis phrasibus musicis instructae (= ترتيل) necessario antiquior est, quam studium describendi hanc cantillationem adpictis in libris punctis.

antiquius Syrorum systema, quo unum punctum adhibebatur, sunt imitati verum recentius a Josepho Huzita introductum, in quo Šewayyå sive Zaugå erat receptum.

Ab altera parte vero ultra saeculum septimum medium non potest descendi, illo enim tempore Syri systema suum immutaverunt, quod eam ob causam statuendum est, quia Jacobus Edessenus uti grammaticae conditor ita et accentuum ponendorum fuit magister, cujus praecepta magna posteriorum doctorum turba est secuta. Quae enim a Thoma Diacono primum latae apud Barhebraeum et Severum de accentibus proponuntur leges, a Jacobo excultae certe et commendatae sunt, quod Severus noster p. 37 l. 7 disertis verbis tradidit. Quodsi igitur Hebraei Syros sunt secuti neque vero Thomae et Jacobi systema sed aliud illud antiquius sunt imitati, ita statuendum videtur, ut primum ponendorum signorum accentuum initium post Josephum et ante Jacobum factum esse censeamus.

Jam quum inter accentus et vocalium signa apud Hebraeos ea intercedat ratio, ut vocales in pausa productae nonnisi propter accentum pausalem producantur, hoc memoria dignum est, interdum esse discrimen inter vocales, quae legi deberent, si accentuum ratio habetur, et inter eas, quas signis indicatas invenimus, Ex. c. Athnaḥ et Soph Pasuq pausam efficiunt et vocalem longam postulant, nihilo minus vero vocalis brevis servatur uti Gen. 3, 6 ויאכַל: et ותאכַל et Jes. 16, 10: הושבַתי. Vice versa Zaqef, Segolta, Rebia et Ṭarḥa pausam non efficiunt et vocalis naturam non afficiunt, attamen haud raro vocalis longa cum Zaqef reperitur, ex. c. Gen. 12, 5 רכָשו, 24, 19 אשאָב, et cum Segolta Levit. 2, 13 תמלָח, et cum Rebia Levit. 17, 4 ילבָש, Ezech. 22, 25 אכָלו, et cum Ṭarḥa Hos. 4, 17 אפרָים. Unde concludendum videtur non uno tempore vocales et accentus esse additos, sed primum appictos esse accentus distinctivos maximos, deinde vocales secundum traditionem, quibus deinde apposita sunt signa minora accentuum, a quorum melodia vocales antea positae aliquantulum recedunt. Id enim nemo a se impetrabit, ut uno tempore tantum opus, quantum fuit appositio vocalium et accentuum, inceptum et ad finem perductum esse credat. Aetates potius distinguendae erunt, quarum tres fuisse censeo, antiquam, qua versus punctis maximis Soph pasuq, Ittnåḥtå, Zaqef, Rebia, distinguebantur, quorum usus in tractatu Sopherim vetatur, mediam, qua vocales addebantur, recentem, qua accentus minores cantilenam indicantes[1]) vocalibus accesserunt, quibuscum non semper ad amussim conveniunt. De minimis hisce signis inter veteres doctores non semper constat. Totum opus saeculo sexto in-

1) Notandum est in fine versiculorum duplex esse signum, Soph pasuq, quo versus logice distinguitur, Silluq, quo vocis modulatio praescribitur, ea ut tonum et dimidium ascendat (Ab a = la ascendit ad c = ut). Soph pasuq signis antiquis, Silluq signis musicis recentioribus adnumerandum est.

choatum, saeculo septimo medio ad finem erat perductum [1]), eo ipso tempore, quo apud Syros novum systema introduci videmus, quod Jacobi Edesseni studio esse excultum et commendatum vero est simile. Jam igitur id agendum est, ut statuamus, quid Jacobus veteri systemati adjecerit, quid mutaverit.

Praeter punctum finale, påsoqå, Josephus Huzita adhibuit accentus logicos: 1 zauga, 2 taḥtåyå, 3 ʒellåyå, et accentus rhetoricos: 4 męšayyęlånå, 5 påqodå, 6 samka, 7 ʒeṣyana, 8 męniḥånå, 9 hau damęrakkab men tęrên zaugin. Quem ultimum eundem fuisse conjecimus, quem Jacobus dixit tåχså wętaḥtåyå męšayyęlånå, ita ut nomen a Jacobo usitatum rhetoricum accentûs hujus sensum, Josephi vero nomen formam scribendi indicaret.

Cum hisce duobus accentuum generibus quum comparamus eos, quos Jacobi Edesseni esse Severus p. 31 perhibet, statim apparet principium ponendorum accentuum logicorum immutatum esse servatum, quibus accedunt accentus rhetorici aliqui novi. Deinde vero magnam partem accentuum propositorum compositam esse ex accentibus duobus videmus, ita ut catalogus ille non accentus simplices enumeret, verum etiam eorum inter sese conjunctionem exemplis illustret. Compositorum illorum accentuum nullam esse rationem habendam facile intellegitur, ubi naturam et historiam totius systematis perspeximus, quod Jacobus excoluit. Videamus igitur quid ab eo innovatum sit.

Atque hac in caussa cernitur numerum accentuum logicorum primariorum ab eo esse duplicatum additis iis quos eorum *ἀλλοίωσεις* sive vicarios appellavit. Itaque simplicibus accentibus šęwayyå (sive zaugå) ʒellåyå, taḥtåyå, adjecit šuḥlåφ šęwayyå, šuḥlaφ ʒellåyå, šuḥlåφ taḥtåyå. Vicariorum signa eadem esse quae accentuum primariorum ill. Georgius Phillips docuit, id vero inter eos est discrimen, ut vicarii pausam paullo longiorem postulent quam accentûs primarii. Exempla a Georgio Phillips proposita eadem sunt, quae apud Severum p. 34 leguntur, itaque šuḥlåφ šęwayyå est in enunciato ܒܬܪܟܢ ܟܕ ܥܠܘ: Genes. 6, 4, šuḥlaφ taḥtåyå in ܫܐܘܠ ܐܚܝ. Act. 9, 17, šuḥlåφ ʒellåyå in ܟܠ ܚܕܘܐ ܢܗܘܐ ܠܟܘܢ ܐܚܝ. Jac. 1, 2, quos locos qui accurate perpenderit, aptum judicabit, locis accentibus indicatis paullulum subsistere in recitando, ita enim orationis naturae convenit. Elegantius igitur et majorem in modum recitandi venustatis habita ratione lectores ecclesiasticos instituit Jacobus hac in caussa, nihil tamen in signis ipsis mutavit. Accentus primarii et vicarii iidem

1) Quod caussis satis gravibus effecisse mihi videor in dissertatione cui inscripsi: Die Tschufutkaleschen Fragmente. Eine Studie zur Geschichte der Masora, quae inserta est actis Congressus Oriental. Berolinensis 1882 p. 188.

sunt, ubi loci natura longiorem postulat pausam, accentum nomine vicarii appellavit.

Etiam in reliquis accentibus, quos rhetoricos diximus, non tam leges novas proposuit quam usum excoluit, variasque eorum usurpationes variis distinxit nominibus. Qui vero supra p. 68 rhetorici a nobis dicti sunt accentus non ejusdem omnes sunt notae, duo potius rhetoricorum genera videntur constituenda. Nam signa jubendi, interrogandi, desperata voce recitandi, objurgandi alius generis sunt ac signa, quae pausam indicant sive majorem sive minorem. Haec igitur signa dirimenda sunt in classes duas; alteram efficiunt signa mimetica, quae jubent voce quasi imitari animi motus, veluti voce plangente animi dolor exprimitur, — alteram efficiunt signa, quae docent, quantum temporis inter singula orationis membra debeat intercedere, ut lectio pulchra sit et argumento conveniens, quae temporalia liceat dicere. Qua in re doctrinae graecae apud Syros habemus vestigia, quum jam Dionysius Thrax docuerit: *ἀναγνωστέον δὲ καθ' ὑπόκρισιν, κατὰ προσῳδίαν, κατὰ διαστολήν*. Signa mimetica pertinent ad *ὑπόκρισιν*, quemadmodum scholiasta (Bekker Anecd. II, 744, 10) vocem *καθ' ὑπόκρισιν* explicat *κατὰ μίμησιν τῶν προσώπων*; signa temporalia pertinent ad *διαστολήν*, quae vox vario modo a scholiastis explicatur, ita tamen ut omnia eo redeant, ut *κατὰ στιγμήν* sive *κατὰ χωρισμὸν τῶν διανοιῶν* recitandum sit [1]).

Hae igitur mimeticorum et temporalium signorum classes, quae jam in Josephi Huzitae novem accentibus cernuntur, etiam apud Jacobum sunt servatae, quamvis in catalogis accentuum, quos hodie legimus, omnia sint confusa et valde perplexa. Quam confusionem ita facillime expeditum iri censeo, ut non a nominibus accentuum sed ab ipsis signis proficiscatur disquisitio. Primo loco agimus de accentibus mimeticis, non tam quia apud Dionysium lectio *καθ' ὑπόκρισιν* primo loco ponitur, quam quod eorum ratio simplicissima est et admodum perspicua. Tota res secundum positionem et numerum punctorum facillime distribuitur, quam secundum Georgii Phillips dissertationem exhibeo, cui inscripsit Syrian Accents in diario anglico Journal of Philology Vol. IX.

I. Itaque unum punctum super primam vocis litteram ponitur, quod est:

1) signum jubendi, påqoδå e. gr. ܙ̇ܠ vade!

2) signum interrogandi, mẹšayyẹlånå e. gr. ܐ̇ܝܟܐ ubi?

3) signum laudandi, yohēβ ṭuβå e. gr. ܡ̇ܒܪܟܘ Benedictus sit!

1) Hoc loco tertiae recitandi legis *κατὰ προσῳδίαν* usus est nullus. *Προσῳδία* enim referenda est ad *τόνους, χρόνους, πνεύματα* et *πάθη*, itaque ad singula pertinet vocabula, neque ad membra orationis perpetuae. Distributio membrorum per puncta indicata nonnisi sensu latiore ad *χρόνον* referri p. 63 diximus. Dionysius Thrax ed. Uhlig p. 107.

4) signum vocandi, qåroyå e. gr. ܩܪܘ ܠܝ ܠܢܬܢ vocate mihi Nathanem!

5) signum monstrandi, mȩḥawwȩyånå e. gr. ܗܐ ܐܡܪܗ ܕܐܠܗܐ En agnum Dei!

II. Punctum unum subscribitur litterae primae vocis, quod est:

6) signum admirationis, meϑdammȩrånå e. gr. ܐܝܟܢܐ

7) signum desperandi, mȩnahtå e. gr. ܐܘ ܐܝܬ ܛܐܛܐ ܐܝܟ ܛܐܛܒ

8) signum repentinae immutationis sententiae mȩβaṭṭȩlånå [1]) e. gr. ܐܠܘܗܝ ܕܝܢ.

III. Duo puncta primae voci imponuntur, quod est:

9) signum objurgandi, tåχså e. gr. ܐܝ ܢܡܠܠ.

IV. Duo puncta post ultimam phrasis vocem oblique ponuntur [2]), quod est signum:

10) recitationis flebilis, mȩβakkȩyånå e. gr. ܘܝ ܠܝ.

V. Unum punctum primae voci imponitur, duo post ultimam vocem oblique ponuntur, quod est signum:

11) precandi mȩṣallȩyånå e. gr. ܚܘܣ ܥܠܝܢ ܡܪܝ.

12) persuadendi, mȩpisånå e. gr. ܚܙܐܐ ܣܝܡ ܡܪܝ.

Mimeticorum accentuum quis est quin videat simplicissimam esse naturam perspicuamque condicionem? Punctum superpositum est signum jubendi, interrogandi, laudandi, vocandi, monstrandi, et quod addere conamur, similium affectionem, quas elatâ paullulum voce exprimendas esse patet. Quibus est cognatum signum objurgandi, tåχså, quod constat duobus punctis voci primae impositis.

Ab altera parte punctum infra primum phrasis vocabulum positum voce paullulum remissa jubet lectorem recitare, quod convenit sententiis admirandi, desperandi, et rebus, quae quasi ἐν παρόδῳ proponuntur et accentu mȩβaṭṭelånå designantur.

Accedit signum flebilis recitationis, duobus constans punctis in fine infra positis. Quod conjunctum cum signo jubendi vel vocandi id efficit signum, quo phrases precativae et ad persuadendum compositae distinguuntur, quum in precationibus aeque atque in sen-

1) Phillips: It denotes a sudden change of the subject. Exemplum exstat in Ep. ad Romanos 3, 4 ܐܠܘܗܝ ܕܝܢ ܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ Plura de hoc accentu infra dicenda sunt.

2) Alii tria punctu appingunt ita ܘܝ ܠܝ.

tentiis, quibus persuadere studemus audienti, simul aliquid insit quo jubemus et quo flebili voce conquerimur.

Totum hoc accentuum mimeticorum systema confectum est ex initiis iis, quae apud Josephum Huzitam supra invenimus.

Temporales accentus apud Josephum sunt duo, samkâ et ʒeṣyânâ, signa pausae minoris et majoris, cf. p. 68, quod monendum videtur, antequam Jacobi accentus temporales secundum positionem et numerum punctorum exhibemus. Habet enim Jacobus

I. Punctum unum vocabulo superscriptum, quod appellatur:

1) gârorâ i. e. attrahens e. gr. ܟܡܘܪܐ ܟܗܘܐ ܟܠܘܠܬܐ, quo conjunguntur membra singula disjuncta, et quod cum mẹḥayyẹδânâ ad accentus conjunctivos referendum esse infra intellegetur.

II. Punctum desuper inter duo vocabula positum, quod est:

2) šuḥlâφ gârorâ, vicarius attrahentis e. gr. ܩ̈ܘܡܐ· ܘܡܢ̈ܚܐ· et quod adhibetur, ubi inter singula membra intercedit ܘ copulativum. Hic quoque accentus est conjunctivus.

3) ʒeṣyânâ, oppositio e. gr. ܠܐܒܘܟܘܢ ܕܐܝܠܐ ܒܐܒܐ· ܘܐܝܠܘܗܝ ܟܘ ܐܝܠܘܗܝ.

4) zauʒâ, motus e. gr. ܘܒܪܘܙܐ· ܘܣܘܦܠܐ·, qui dimidiam vim (longitudinem) accentus ʒellâyâ habere perhibetur.

III. Punctum unum in ipsa linea positum, quod dicitur:

5) šẹḥîmâ, simplex e. gr. ܘܟܠܬܐ ܡܢ ܒܝܬ ܓܢܘܢܗ., quod punctum interdum in fine sententiae ponitur, ut in exemplo allato Joel 2, 16, quo facto a pâsoqâ distingui non potest.

6) šuḥlâφ mẹḥayyẹδânâ i. e. vicarius accentûs conjungentis, quem accentum conjunctivum esse infra videbimus. Exemplum est ܡܪܕܝܢ ܒܫܒܠܐ. ܡܫܝܢ ܕܠܐ ܡܚܠܐ

IV. Punctum infra lineam ponitur, quod est:

7) samkâ, fulcrum e. gr. ܙܒܢܐ ܒܥܒܪ ܕܐܬܐ ܘܡܢ̈ܬܐ ܡܚܡܣܝܢ ܡܥܝܢܘ.

8) šuḥlâφ samkâ, vicarius fulcri e. gr. ܠܐ ܡܘܬܐ. ܘܠܐ ܚܝ̈ܐ. Pausam indicat longiorem quam samkâ, verum non tam longam quam taḥtâyâ, ita ut medium locum habeat inter samka el taḥtâyâ

V. Accedunt accentus duobus punctis constantes, quae ponuntur supra lineam vel in linea.

9) râhṭâ δẹlâ pâseq, currens neque dirimeus e. gr. ܠܐ ܬܬܠܚܡ

ܚܝ ܟܠܠ ܚܝ ܐܢ̈ܬ݀ ܘܠܐ ܠܠܐܘܒܟܘܢ, quo in exemplo cernitur accentus indicans pausam minimam, qua singula membra non separantur, quae separari non possunt.

10) râhṭâ δępâseq, currens qui dirimit, e. gr. ܠܐ ܠܟܘܢ ܟܠܠ ܒܢ̈ܝ ܐܢܫܐ.. ܐܣܬܟܠܘ.

Qui praeterea huc referendi videntur accentus, 11 męḥayyę-δânâ, 12 qaumâ, 13 męhappęχânâ infra p. 83 sq. tractabuntur.

Haec puncta supra lineam, in linea et infra lineam posita, quibus varia pausarum longitudo definitur, ita composita esse ut in iis usus accentum samkâ et ʒesyânâ, quos adhibuit Josephus Huzita, magis excultus et subtilius distinctus sit, vero simile est, quum eandum rationem intercedere viderimus inter accentus mimeticos Josephi et Jacobi. Itaque in eam sententiam deducimur, ut censeamus, Jacobum antiquam samkae formam distinxisse in samka simplex et in šuḥlâφ samkâ, eodemque modo pro ʒeṣyânâ antiquo duo introduxisse nomina ʒeṣyânâ et zauʒâ. Sed gârorâ et šuḥlâφ gârorâ alius generis sunt accentus. Quam rem ut accuratius perspiciamus, necessarium est inquirere, quid sibi velit appellatio šuḥlâφ, et quid valeat šuḥlâφâ ad definiendam pausae longitudinem. Atque hac in causa monendum est, quod supra diximus, accentûs šuḥlâφâ dictos paulo longiorem postulare pausam, quam accentûs simplices. Hoc docuit Barhebraeus, qui dicit, šuḥlâφ ʒellâyâ ab ʒellâyâ distingui longitudine soni, et sic šuḥlâφ taḥtâyâ a taḥtâyâ, šuḥlâφ šęwayyâ a šęwayyâ. Cf. Phillips Letter of Mar Jac. 46, 57—59. Idemque cadit in šuḥlâφ samkâ et samkâ, Samkâ enim dimidiam pausam accentus taḥtâyâ aequiparat, suḥlâφ samkâ longior est quam samkâ, verum non ad longitudinem accentus taḥtâyâ accedit[1]). Haec igitur horum accentuum est ratio, ut puncto inter duas voces sub linea posito exprimatur pausa magna, puncto sub ipsa voce posito pausa parva, et ita quidem

1) pausa maxima = šuḥlâφ taḥtâyâ.
2) pausa magna = taḥtâyâ.
3) pausa minor = šuḥlâφ samkâ.
4) pausa minima = samkâ.

Quattuor tali modo pausarum genera distinguuntur secundum longitudinem, ubi Josephus Huzita duo tantum distinxit, taḥtâyâ et samkâ, ita ut Jacobum artem recitandi accuratius excoluisse facili negotio intellegatur. At hoc non proprio Marte ita egit, verum homo, qui alibi Graecorum pedisequum sese probavit, et hac in re Graecum magistrum imitatus est. Friedlaenderum audiamus haec de Nicanore disserentem: „tempora singulis distinctioni-

---

1) Phillips in Journal of Philology Vol. IX de samkâ dicit: In sound it equals half of taḥtâyâ . . . šuḥlâφ samkâ is distinguished from samkâ by the extension of the sound, but it is not as taḥtâyâ double of the sound.

bus danda ratione proportionis habita ita descripsit Nicanor, ut finali quatuor moras tribueret (*ἡ τελεία στιγμὴ δύναται τέσσαρας χρόνους σιωπῆς* (B 23) duas *τῇ πρώτῃ ἄνω* (B 52) unam *τῇ δευτέρᾳ ἄνω* (B 132). Hinc colligitur *ὑποτελείαν*, quae a finali proxima est tres moras valuisse, quod confirmatur scholio corrupto in Cram(eri) A(necdotis) Par(isinis) 3, 8 (B 877): *ἐν τῇ συντάξει ζητοῦμεν εἰ στικτέον ἐπὶ τὸ τηλόθεν ἐκ Λυκίης Ξάνθου ἄπο δινήεντος, ὑποτελὴς γάρ ἐστιν, ἥτις τρίχρονος δύναται εἶναι*; quod ita emendandum *ὑποτελεία γάρ ἐστιν ἥτις τρεῖς χρόνους δύναται.* „.... *Ὑποστιγμὴν* unius morae intervallum efficere dicitur (*Θ* 206)" etc. [1]).

Habemus igitur testimonium uberrimum grammaticos Graecos vim punctorum secundum proportionem temporum distinxisse, et hanc eorum rationem homo Syrus secutus systema composuit, quo minima quaeque definire conatus est. Si samkå est duarum morarum, šuḥlåφ samkå habet tres, taḥtåyå quatuor, šuḥlåφ taḥåtyå quinque. Graecus relationem definivit, quae intercedit inter *τελείαν* (påsoqå) *ὑποτελείαν* (quae esset taḥtåyå) rel., Syrum ultra progressum variam pausarum longitudinem, quae competit taḥtayae, ℨellayae rel. pro natura loci describere haud poenituit.

Quae quum ita sint in usu puncti inferioris (samkå, taḥtåyå), vix erit dubium, similem exstare rationem inter accentus quae puncto superiore designantur, qui sunt quatuor: šuḥlåφ ℨellåyå, ℨellåyå, ℨesyånå, zauℨå, nam šuḥlåφ gårorå et gårorå huc non pertinent. Longitudinem pausae maximam convenire primo, minimam ultimo conjicimus, ita ut secundum morarum numerum eos posuisse nobis videamur. Qua in re tamen, quod de Nicanore monuit Friedlaenderus etiam ad Jacobum pertinere noli neglegere, qui non id egisse putandus est, ut haec levissima discrimina accuratissime observarentur, sed qui eo consilio hos accentus distinxit, ut lectorum inscitiae, quantum fieri potest, subveniret. Ceterum accentibus Syrorum ut Hebraeorum cantilena (reχnå, n̥gîna) competit, quam nisi quis viva voce cantatam audiverit disci non posse Barhebraeus (Oeuvr. gram. ed. Martin p. 247) auctor est, qui paullo post de desperata accentuum condicione loquitur [2]). Idem denique solum Syrorum et Graecorum libros hisce signis musicis ornatos esse contendit (ll. p. 247), quod admodum mirabile videtur [3]).

---

1) Friedlaender Nicanoris *περὶ Ἰλιακῆς στιγμῆς* reliquiae Regiomontii Borussorum 1850 p. 119.

2) Oeuvr. gram. p. 248 med., Phillips Letter p. 35.

3) Quod de Graecis libris dixit ad puncta vix poterit referri, quae sunt simplicia et rara, itaque ad signa musica pertinere videtur, quorum specimina exhibent Christ et Paranikas in Anthologia graeca. Sed quomodo fieri potuit, ut filius Hebraei de Hebraeorum cantilena taceat?! Legendumne pro ܣܦܪ̈ܐ ܣܘܪ̈ܝܐ ܘܕܝܠܢ ܝܘܢ̈ܝܐ potius ܣܦܪ̈ܐ ܥܒܪ̈ܝܐ? Itaque noli hunc locum afferre, quo

Ex iis quae praecedunt de indole totius operis Jacobi licet ferre judicium, ita ut jam de š ę ḥ î m å et de š u ḥ l å φ m ę ḥ a y y ę δ å n å, qui accentus puncto in linea posito designantur, possimus paucis dicere, quae sentiamus. Nihil in libris manuscriptis antiquissimis, quos, uti ipse dixit cf. p. 49 conservare neque novis vocalium signis introductis perdere Jacobus nitebatur, tam saepe usu venit quam punctum in linea, nostro fere commati aequiparandum. Cf. p. 64 sq. Hoc punctum a påsoqå systematis novi non potuit distingui, et ubi servatum erat in libris ex antiquioribus exemplaribus descriptis, quibus scribae deinde addiderunt puncta nova distinguendis membris destinata, confusio maxima non potuit non oriri. Hinc Jacobi de šęḥîma praeceptum, quod proprie alienum est a systemate, admodum est intricatum, nam quae apud Barhebraeum (Oeuvr. gram. I 254, Phill. 50) exstare videtur Jacobi sententia intellegi vix potest. Hoc vero inde effici posse nobis persuademus, accentum šęḥimå pro ʒellåyå, taḥtåyå et šęwayyå poni, neque propriam habere cantilenam, quod facile ex ea ejus ratione explicatur, quam proposuimus. Phillips recte etiam addit šęḥimå in fine enunciati occurrere, ita ut vel pro påsoqå positum sit[1]), quo facto quae de confusa rei ratione diximus amplissimo modo confirmantur.

Quae de š u ḥ l å φ m ę ḥ a y y ę δ å n å p. 84 monenda sunt, quum de m ę ḥ a y y ę δ å n å pendeant, cum iis conjungimus, quae ad m ę ḥ a y y ę δ å n å pertinent. Itaque hoc loco de iis accentibus agendum est, quae duobus punctis constant, et quidem supra lineam positis (råhtå dę lå påseq), in linea (råhtå δępåseq) sub linea (męḥayyęδånå). Duo puncta in linea posita, r å h t å d ę p å s e q membra sejungunt, verum ita ut currente quasi voce legenda sint, e contra råhtå dęlå påseq i. e. duo puncta super lineam posita enunciati membra non dispescenda sed conjungenda esse docent, quamquam sunt membra separata. Itaque cum ʒellåyå comparari potest hic accentus, quum ʒellåyå quoque membra distinguat apodoseos, quae per se spectata una est et membrum perfectum efficit, quod ad protasin accedit. Exemplum hujus råhṭae delå påseq est Ep. Jac. 5, 9 ܠܐ ܬܬܐܢܚܘܢ ܚܕ ܥܠ ܚܕ ܐܚܝ̈ ܘܠܐ ܬܬܕܝܢܘܢ in quo rei ratio in aprico est.

Porro m ę ḥ a y y ę δ å n å, quo duo vocabula syriaca conjunguntur, quae uni graeco respondent, uti ܠܐ ܡܝܘܬܐ *ἀϑάνατος*, ܦܘܐ ܒܐܘܣܣܐ

confirmetur origo accentuum Jacobi graeca. — Vidi libros syriacos manuscriptos notulis musicis graecis instructos, qui in Bibliotheca Dresdensi asservantur. Librum aethiopicum notulis musicis instructum Wrightius commemoravit Catal. of the Ethiopic Mspts in the British Mus. p. 11 a. De Arabum notulis musicis cf. Kosegarten Liber Cantilenarum p. 39 et Land Recherches sur l'histoire de la gamme arabe in Actes du sixième Congrès des Orientalistes Leide 1885, II p. 35.

1) Phillips Journ. of Philology IX: Its mark is the same as that of påsoqå, and is sometimes found at the end of a clause.

ὁμοούσιος, nihil est nisi Graecorum *ὑφὲν*, de quo p. 73 egimus. Nomen vero mẹḥayyẹδânâ antiquitus non in usu erat, in tractatu enim de accentibus, qui Thomae Heracleensis esse putatur, hic accentus dicitur gârorâ, quo nomine Jacobus alium accentum designavit, quem supra p. 80 commemoravimus. Quae in illo tractatu leguntur addito textu hic repetimus e codice Add. Mus. Brit. 12, 178:

ܓܳܪܽܘܪܳܐ ܡܬܬܠܝܠ ܕܐܝܬ ܩܠܐ ܒܟܠܡܐ ܚܕܐ: ܕܟܕ ܠܟܠܡܐ ܦܘܫܩܐ ܢܦܩܝܢ: ܠܐ ܓܡܝܪܐ ܕܡܫܡܗܢ: ܡܢ ܬܪܬܝܢ ܗܘܕܡܐ ܢܫܬܡܠܝܢ. ܐܝܟܢܐ ܕܗܠܝܢ ܐܦܘܦܣܝܣ ܡܫܬܥܢܝܢܐ: ܐܝܟ ܗܘ ܕܠܐ ܝܠܝܕܐ. ܘܠܐ ܡܫܬܚܠܦܢܐ. ܘܕܡܢܬܐ. ܐܬܚܙܝ̇ ܠܐܒܗܬܐ ܩܕܝܫܐ ܘܡܦܫܩܢܐ ܕܟܬܒܐ ܐܠܗܝܐ. ܕܢܣܝܡܘܢ ܚܕ ܢܩܘܕܐ ܠܬܚܬ ܡܢ ܐܬܘܬܐ ܐܚܪܝܬܐ ܕܗܕܡܐ ܩܕܡܝܐ. ܘܚܕ ܐܚܪܢܐ ܠܬܚܬ ܡܢ ܐܬܘܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܕܗܕܡܐ ܕܬܪܝܢ. ܕܢܚܘܘܢ ܕܐܦܢ ܒܟܠܡܐ ܦܘܫܩܐ ܬܪܝܢ ܐܝܬ ܗܕܡܐ. ܐܠܐ ܒܝܘܢܝܐ ܚܕ ܗܕܡܐ ܐܝܬܝܗܘܢ. id est: Gârorâ. Quia in lingua graeca vocabula exstant, quae ubi syriace redduntur non nisi duabus vocibus exprimi potuerunt, sicut hae negationes (*ἀπόφασεις*) privativae, quemadmodum *ἀγέννητος* (lâ iliδâ) et *ἀμετάτρεπτος* (lâ meštaḥlẹφânâ) al. visum est sanctis patribus et librorum divinorum interpretibus punctum ponere sub litteram ultimam membri primi et aliud punctum sub litteram primam membri secundi, quae doceant unum effici (duabus vocibus) membrum in Graeco, licet in Syriaco sint membra duo [1]).

Nomen gârorâ a Jacobo ad alium accentum translatum est, res vero est servata imo exculta, nam praeter simplex mẹḥayyẹδânâ habet etiam šuḥlâφ mẹḥayyẹδânâ p. 80, 6, cujus major est vis, quod in omnibus iis accentibus vidimus, qui nomine šuḥlâφâ designantur. Itaque šuḥlâφ mẹḥayyẹδânâ non dua vocabula sed duo enunciati membra connectit, verum quum puncto simplice in linea posito designetur, uti šẹḥîmâ et pâsoqâ, in hoc quoque accentu deprehendere nobis videmur artificium Jacobi, quo punctum simplex ex antiquis codicibus servatum variis pro natura loci nominibus distinxit. Exemplum propositum est ܡܙܕܪܥ ܒܚܒܠܐ. ܡܩܝܡ ܕܠܐ ܚܒܠܐ 1 Cor. 15, 42, cujus punctum medium šuḥlâφ mẹḥayyẹδânâ dicitur.

Restant denique accentus qaumâ et mẹhappẹχânâ, a Severo p. 34 omissi, quos Barhebraeus (Oeuvr. gr. I p. 248, 6; 258 ult.) non

---

1) Cf. Martin Jacobi epist. p. 12 ubi idem de accentu ܦܣܘܩܐ dicitur; de ܓܪܘܪܐ ibidem sequente summa est confusio. Phillips Letter 82, 74.

quidem descripsit, verum tamen enumeravit. Quae habet de mẹhappẹχânâ p. 258 lin. ult. haec sunt: „Mẹhappẹχânâ. Hunc accentum, quum a doctore sene celebri Melitenensi vellem audire, dixit: Hunc (accentum) neque ipse novi neque a magistris meis audivi. Sanctus (Jacobus) forsitan a Graeco eum didicit eumque etiam Mẹqarqẹsâyâ (al. lect. Mẹqarqẹsânâ) appellavit. Et forsitan propter sonos varios verborum ejus . . . .[1]) et in regionibus nostris etiam a Graecis ignoratur" . . . . Qauma deinde a påsoqâ improprio (påsoqâ šẹ'îlâ) eo distinguitur, quod insequens membrum copulâ wẹ adnexum est, unde nobis opinio oritur qaumâ quoque esse nomen puncti simplicis quod propter rationem logicam nomine speciali distinxit uti šuḥlâφ mẹḥayyẹδânâ. Ceterum neque Barhebraeum neque ejus doctorem rem, a Graecis desumptam, intellexisse quum pateat, videamus num quid simile etiam nunc apud Grammaticos Graecos exstet. Hoc loco et ܡܚܛܠܐ p. 79, 8 explicatur.

A. Mẹhappẹχânâ est accentus invertens, exemplum quod profert Barhebraeus l. l. ex Deutr. 32, 1 desumtum a doctore cujus verba recitat non ad mentem Jacobi legi solebat, verum ratione aliena a doctrina Jacobi. Doctor itaque Melitenensis (cf. Bhbr. 249, 10) ita dispescit periodos, ut primo loco poneret râhṭâ δẹlâ påseq, deinde påsoqâ šẹ'îlâ denique taḥṭâyâ hunc in modum:

ܨܘܬܘ ܫܡܝܐ̈ ܘܐܡܠܠ܆ ܠܫܡܥ ܐܪܥܐ ܡܐܡܪܘ ܕܦܘܡܝ܀
ܢܪܣܡ[2]) ܐܝܟ ܡܛܪܐ ܡܠܦܢܘܬܝ܂ ܘܢܚܘܬ ܐܝܟ ܛܠܐ ܡܐܡܪܝ܀

Habemus post šẹmayyâ 1 râhṭâ δẹlâ påseq
post dẹφumy 2 påsoqâ šẹ'îlâ
post yulφâny 3 taḥṭâyâ

Quid sibi velint puncta reliqua ex iis intellegitur, quod dixit de Jacobi ratione legendi. Posuit enim Jacobus 1 mẹhappẹχânâ deinde 2do šuḥlâφ mẹhappẹχânâ bẹyaδ âϑwâϑâ, 3tio šuḥl. mẹhap. bẹyaδ sertonâ, ita ut omissis accentibus a doctore illo Melitenensi lectis haec supersit Jacobi distributio membrorum:

ܨܘܬܘ ܫܡܝܐ(.) ܘܐܡܠܠ܆ ܠܫܡܥ ܐܪܥܐ ܡܐܡܪܘ ܕܦܘܡܝ܀
ܢܪܣܡ[2]) ܐܝܟ ܡܛܪܐ ܡܠܦܢܘܬܝ܂ ܘܢܚܘܬ ܐܝܟ ܛܠܐ ܡܐܡܪܝ܀

Punctum post ܢܪܣܡ erit Jacobi šuḥlâφ mehappẹχânâ, per litteras, et sic post ܢܚܘܬ est inserendum šuḥl. mẹh. per lineolam, Jacobi denique mẹhappẹχânâ post ܫܡܝܐ debet poni, ubi in editione

1) Locus corruptus est, excidit aliquid quod Phillips Letter p. 60 non vidit.

2) Ita edidit Martin; Phillips scripsit ܢܪܣܡ. in versione anglica, in editione vero ܢܪܣܡ. cf. Phillips a letter of Mar Jacob London 1869 p. 60 et ܡܟ. Linea post ܢܚܘܬ a me propter nomen ܡܢ ܡܛܪܘܬܐ ficta est.

Barhebraei eam ob caussam omissum est, quia in ejus locum råhṭå ðęlå påseq est suffectum.

Haec omnia quid sibi velint explicatur ex doctrina Nicanoris, quam Friedlaenderus[1]) constituit verbis his: Duae sunt *ὑποστιγμαὶ*, quarum altera „ponitur in sententiis rectis (*ἐν ὀρθαῖς περιόδοις*), rectae autem vocantur, quae ex protasi et apodosi ita compositae sunt, ut haec sequatur, illa praecedat". Periodi tales *ὑποστιγμῇ* distinguntur.

Altera est *ὑποστιγμή*, „quae in fine interjectionum ponitur continuum sermonem dividentium. Velut Il. II 333

Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἴαχον — ἀμφὶ δὲ νῆες σμερδαλέον κονάβησαν ἀϋσάντων ὑπ' Ἀχαιῶν — μῦθον ἐπαινήσαντες

voci *Ἀχαιῶν* haec distinctio appingitur . . . . haec *ὑποστιγμὴ ἀνυπόκριτος* a Nicanore vocata est".

B. Haec de altera *ὑποστιγμῇ* dicta, qui confert cum iis, quae supra p. 79, 8 de m ę β a ṭ ṭ ę l a n a diximus, statim intelleget hos accentus esse eosdem, ac mębattęlånå, qui est „accentus abrogans", nihil esse nisi interpretationem syriacam graeci *ἀνυπόκριτος*, quae exprimit, *ὑπόκρισιν* hoc accentu abrogari. Sed haec *ἐν παρόδῳ*. Friedlaender enim p. 76 docet, *ὑποστιγμὴν ἀνυπόκριτον* ibi adhiberi, ubi continuationi sermonis medius aliquis sensus intervenit, ita ut interjectionem membri alicujus indicet. Quibus verbis illustrantur exempla accentus mę*β*aṭṭęlånå, quae exstant apud Barhebraeum (Oeuvr. gr. I, 260) ita: ܒܪܫܝܬ [ܣܡܟܐ] ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܠܬܐ. ܘܗܘ [ܡܒܛܠܢܐ] ܡܠܬܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܠܘܬ ܐܠܗܐ. Quae hic a n t e mę*β*attęlånå posita sunt membrum interpositum efficiunt. Et sic in alio exemplo: ܐܠܗܐ [ܣܡܟܐ] ܠܐ ܚܙܐ ܐܢܫ ܡܢ ܡܬܘܡ. [ܡܒܛܠܢܐ] ܝܚܝܕܝܐ ܐܠܗܐ ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܒܥܘܒܐ ܕܐܒܘܗܝ ܗܘ ܐܫܬܥܝ. Joh. 1, 18, ubi verba „nemo unquam vidit" accentu mę*β*aṭṭęlånå tanquam additamentum designantur, quo orationis nexus interrumpitur. Ex nostra scribendi ratione tales interjectiones uncinis solent includi. Addo exemplum ad Nicanoris mentem illustrandam:

ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ἵκανον, ὅθι ξανθὸς Μενέλαος
βλήμενος ἦν. — περὶ δ' αὐτὸν ἀγήγεραθ' ὅσσοι ἄριστοι
κυκλόσ'. — ὁ δ' ἐν μέσσοισι παρίστατο ἰσόθεος φώς.

Apodosis incipit a *ὁ δ' ἐν μέσσοισι*, sed inserta est sententia *περὶ δ' αὐτὸν* . . . *κυκλόσε*. Unde Nicanor *ὑποστικτέον* inquit *εἰς τὸ ἦν καὶ κυκλόσε, ὧν ἡ δευτέρα ἀνυπόκριτός ἐστιν· διὰ μέσου δὲ ταῦτα.* Itaque *ὑποστιγμὴ ἐνυπόκριτος* respondet syriaco taḥtåyå aut samkå, altera vero *ἀνυπόκριτος* syriaco mę*β*aṭṭęlånå.

---

1) Nicanoris cet reliquiae p. 59—76.

Priori illi *ὑποστιγμῇ*, quae ponitur in sententiis rectis opponitur *βραχεῖα διαστολή*, quae locum habet in sententiis inversis (*ἀνεστραμμέναις περιόδοις*), quarum apodosis praecedit protasin. Hisce de periodis Friedlaenderus p. 73 docet: „Qui ordo in rerum natura obtinet, ut causa antecedat effectum, eum etiam in elocutione naturalem censuit Nicanor, unde si sententiae primariae postponitur ea, quae a conjunctione causali (*ὅτι, ἐπεί*) incipit, hoc genus ad inversas periodos retulit".

C. Hinc ni fallor etiam Jacobi mẹhappeχânâ sive i n v e r t e n s explicatur; est accentus, qui docet periodum inversam esse, ac effectum praecedere causam, ita ut in periodo naturalis rerum ordo inversus sit. Nam si adtendimus ad exemplum ܨܘܬ ܫܡܝܐ. ܘܐܡܠܠ i. e. a u d i c o e l u m e t (ut) l o q u a r, *πρόσεχε οὐρανὸς καὶ λαλήσω* vel *ἵνα λαλῶ*, causa audiendi est oratio, quam habebit, ita ut logice dici debeat: Locuturus sum et audi coelum. Hanc igitur inversionem mẹhappẹχânâ indicat, quod respondet *βραχείᾳ διαστολῇ*, quo signo Nicanor *περιόδους ἀνεστραμμένας* distinguere necessarium putavit.

D. Ex ejusdem Nicanoris doctrina denique etiam š u ḥ l â *φ* m ẹ h a p p ẹ χ â n â i. e. mẹhappẹχânâ paullulum fortior explicatur, ita ut Jacobus iterum Graecam doctrinam excolens distinxerit, quod ante eum non distinctum erat. Adtendas velim ad exempla:

ܢܪܣܡ܆ ܐܝܟ ܡܛܪܐ ܡܠܦܢܝ. f l u a t s i c u t i m b e r doctrina mea

ܢܚܘܬ ܐܝܟ ܛܠܐ ܡܐܡܪܝ. d e s c e n d a t s i c u t r o s oratio mea.

Duas habes comparationes, in quibus praecedit similitudo quacum comparatur, sequitur res quae comparatur.

Periodis inversis Nicanor eas adnumerat c o m p a r a t i o n e s, i n q u i b u s p r a e c e d i t r e s e t s i m i l i t u d o s e q u i t u r. Friedlaender p. 73. Itaque exempla a Jacobo prolata, in quibus praecedit similitudo non inversis adnumeranda essent periodis. Ordo vero rerum logicus est inversus, quod signo quodam indicare visum est Jacobo. Simplex mẹhappẹχânâ adhiberi non potuit, quum periodis inversis sit destinatum, itaque šuḥlâ*φ* mẹhappẹχânâ excogitavit, quo haec inversio ordinis naturalis designetur.

E. Restat denique, ut de q a u m â i. e. de puncto simplice in linea posito verba faciamus, quod (p. 85, 8) a pâsoqâ improprio (pâsoqâ šẹ'îlâ) ita distinguitur, ut phrasis post qaumâ posita a copula wẹ incipiat. Quum q a u m â a Barhebraeo in recensendis accentibus cum mẹhappẹχânâ conjungatur uti *περίοδος ὀρθή* apud Nicanorem cum periodo, quae dicitur *ἀνεστραμμένη*, conjici potest, syriacum qaumâ i. e. statio esse interpretationem vocis graecae *ὀρθή*. Sed obstat quod dicitur, post qaumâ positum esse copulativum wẹ, id quod in periodis rectis non semper locum habet. Itaque de eo puncto potius cogitandum videtur, cui nomen est *δευτέρα ἄνω*, quod ante

καὶ solet poni Friedlaender p. 57. Exempla prolata sunt Genes. 8, 14 et 35, 25 ܘܚܙܐ ܘܗܐ ܢܓܒܘ ܐܦܝ ܐܪܥܐ. [ܩܘܡܐ] ܘܒܝܪܚܐ ܕܬܪܝܢ.. ܢܓܒܬ ܐܪܥܐ. Punctum post prius 'arʒâ est qaumâ et sic punctum post Dan et Naphthali in hisce verbis: ܘܒ̈ܢܝܗ ܕܒܠܗܐ ܐܡܬܗ ܕܪܚܝܠ ܕܢ ܘܢܦܬܠܝ. ܘܒ̈ܢܝ ܙܠܦܐ ܐܡܗ: cf. Phillips Letter p. 60. Cum usu puncti in utroque exemplo convenit Nicanor qui post *πλάζουσι* ponere jubet *δευτέραν ἄνω* in versu hoc Il. 2, 132:

οἵ με μέγα πλάζουσι, καὶ οὐκ εἰῶς' ἐθέλοντα
Ἰλίου ἐκπέρσαι εὐναιόμενον πτολίεθρον

in quo ante *καὶ* brevissimam pausam necessariam putavit.

His ita disputatis tandem uno conspectu systema accentuum a Jacobo compositum possumus exhibere:

A. Accentus mimetici.

I Punctum supra vocem ponit, ut efficiat:
1 qâroyâ
2 pâqoδâ
3 mešayyęlânâ
4 męḥawwęyânâ
5 yâheβ ṭuβâ
6 męqallęsânâ

II punctum infra vocem ponit, ut efficiat:
7 męnaḥtâ
8 šuḥlâφ męnaḥtâ
9 meϑdammęrânâ
10 męβaṭṭelânâ

III duo puncta oblique supra vocem ponit, ut efficiat:
11 ṭâχsâ

IV duo puncta oblique posita post vocem efficiunt:
12 męβakkęyânâ

V punctum qâroyâ et męβakkęyânâ conjuncta efficiunt:
13 męṣallęyânâ
14 mępisânâ.

B. Accentus temporales distinctivi.

I Punctum supra lineam inter duo vocabula positum est
1 šuḥlâφ ʒellâyâ
2 ʒellâyâ
3 ʒeṣyânâ } punctum supra ultimam vocabuli litteram ponitur.
4 zauʒâ }

II Punctum infra lineam inter duo vocabula positum est
5 šuḥlâφ taḥtâyâ
6 taḥtâyâ
7 šuḥlâφ samkâ } punctum sub ultimam vocabuli litteram ponitur.
8 samkâ }

III Puncta duo super lineam inter duo vocabula posita efficiunt
9 râhṭâ δelâ pâseq

IV Duo puncta in linea inter duo vocabula posita efficiunt
10 râhṭâ δę pâseq

V Puncta duo recta

11 šęwayyâ | 12 šęrây taššîϑâ | 13 šuḥlâφ šęwayyâ

VI Punctum in linea positum est
14 påsoqå
15 šȩḥimå (= påsoqå šȩʾîlå)
16 qaumå
17 mȩhappȩχånå
18 šuḥlåφ mȩhappȩχånå.

C. Accentus conjunctivi.

1 Meḥayyȩδånå i. e. ὑφὲν Graecorum, a quo Jacobus distinxit Gårorå.
2 Gårorå, quem antiquitus loco accentus ὑφὲν ponebant.
3 Šuḥlåφ Mȩhayyȩδånå, quo membra enunciati conjunguntur.
4 Šuhlåφ Gårorå inter membra quae copulativo wȩ conjunguntur.

Omnium accentuum numerus est triginta et sex, qui efficitur, ubi epistolam Jacobi a Phillips aeque atque a Martino editam cum Severi et Barhebraei de accentibus capitulis comparamus, quum apud nullum scriptorem totum systema reperiatur, quia codices omnes sunt corrupti, et Barhebraeus praeterea systema Jacobi cum aliis doctrinis conjunxit.

Itaque totius systematis natura et origine proposita accentus exhibemus, conjungentes ea, quae in epistola Jacobi habentur, quam Martinus et Phillips ediderunt, cum iis quae in Severi grammatica p. 33 leguntur, quam hoc loco secundum punctationem codicis Londiniensis proponimus, cujus varias lectiones Wrightius ad editionem nostram adnotavit. Utriusqne textus condicionem qui perquirit, statim intelleget, nullo in codice exstare genuinam Jacobi doctrinam, comparata vero utraque traditione, Severi dico opere et epistolae Jacobi codicibus, textum effici, quo genuina Jacobi doctrina exhibetur. Simul vero discimus etiam apud Syros, qui accuratorum codicum laude sunt insignes, libros quorum textus primo obtutu haud malus videtur, tantopere esse corruptos, ut medela non comparatis codicibus non possit afferri. Severi enim quattuor codices omnes sunt corrupti, Jacobi epistola nullo in codice sana et perspicua. Jam igitur vide quomodo textus sese habeant, quorum editiones lectori comparandas esse moneo:

ed. Martin p. 8,
ed. Phillips p. ܣܘ L. 9.

I Epistola ܐܝܬܝܗܘܢ ܕܝܢ ܢܘܩܙܐ ܡܫܡܠܝܢܘܬܗܘܢ ܗܘܝܐ. ܒܟܠܐ. ܐܣܟܡܐ.
II 1. 20 ܠܝ Severus in hoc libro p. ܐܢܫܐ ܕܝܢ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܡܫܡܠܝܢ ܐܢܘܢ
I ܢܩܫܐ: ܡܘܣܟ ܢܩܫܐ: ܐܘܟܝܬ ܩܪܝܐ ܕܐܬܩܢܝܐ. — — —
II ܐܟܪܐ ܕܡܘܣܟ ܢܩܫܐ — — — ܘܦܘܐ ܕܠܐ ܦܣܩܐ

I ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ.. ܩܢܘܡܐ. ܡܕܒܢܐ ܐܝܟ ܡܫܡܫܢܐ. ܡܫܠܡ ܟܠܐ.

II ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ — ܡܕܒܢܐ — — ܡܫܠܡ ܟܠܐ

I ܡܫܠܡ ܠܟܠܐ. ܫܦܝܪܐ. ܚܣܝܐ. ܠܟܠܐ˙ ܡܫܠܡܢܐ. ܪܘܚܐ˙˙ ܕܠܐ ܫܡܫ

II ܡܫܠܡ ܠܟܠܐ. ܫܦܝܪܐ. ܚܣܝܐ ܠܟܠܐ ܡܫܠܡܢܐ — — —

I ܘܕܫܡܫ: ܠܟܠܗ̇ ܪ̈ܘܚܐ.. ܡܫܡܫܢܐ ܐܝܟ ܗܘ ܕܐܬܐܡܪ: ܢܐܬܐ

II — ܠܟܠܗ̇ ܪ̈ܘܚܐ ܡܫܡܫܢܐ — — — —

I ܦܪܘܣܘܦܘܢ. ܗܘܝܘ ܕܝܢ ܕܢܦܩ ܡܫܬܡܥ ܡܢܬܐ. ܚܕ ܛܘܒܐ.

II — — — — [ܐܚܪܢܐ Phill. I] ܚܕ ܛܘܒܐ.

I ܫܪܝܪܐ. ܡܣܒܪܐ. ܡܪܟܒܐ. ܡܦܫܩܢܐ. ܡܫܠܡܢܐ. ܡܢܣܒܐ. ܡܬܕܡܪܢܐ

II ܩܪܝܪܐ. ܡܣܒܪܐ. ܡܪܟܒܐ. ܡܦܫܩܢܐ. — ܡܢܣܒܐ. ܡܬܕܡܪܢܐ.

I ܡܢ ܡܢ ܗܘ ܡܢ ܗܘ ܕܝܢ ܟܠܐ ܚܘܠܐ ܢܦܫ. ܢ̈ ܡܫܠ ܡܬܬܢܘܪܐ.

II ܡܬܒܠܒܠܐ. ܡܣܬܒܪܐ. ܡܫܠܡ ܡܣܬܒܪܐ. ܡܬܬܢܘܪܐ. ܡܫܠܡ ܡܬܬܢܘܪܐ.

I ܚܝܠܐ. ܙܘܥܐ. ܡܬܢܚܐ. ܡܫܠܡ ܡܬܢܚܐ. ܙܘܥܐ ܘܡܬܢܚܐ. ܡܬܢܚܢ ܘܡܟܬܒ

II ܚܝܠܐ. ܙܘܥܐ. ܡܬܩܢܐ. — — — — ܘܡܬܟܬܒܢܐ.

I ܡܫܠܡܢܐ ܘܙܘܥܐ ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ.. ܙܘܥܐ ܘܪܘܚܐ ܕܠܐ ܩܘܕܫܐ˙˙

II ܡܫܠܡܢܐ ܘܙܘܥܐ ܕܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ. ܙܘܥܐ ܘܪܘܚܐ ܕܠܐ ܩܘܕܫܐ

I ܘܦܪܨܘܦܐ. ܦܘܡܐ ܕܟܠ ܐ̈ܢܫܐ. ܡܘܦܩܢܐ ܐܝܟ ܡܬܪܓܡܢܐ. ܡܫܠܡܗܘ

II ܘܦܪܨܘܦܐ — — [I Phill. ܐ̈ܢܫܐ.] — — —

I ܐܝܟ ܐ̈ܢܫܐ [ܐܝܟ ܐܝܟ ܡܫܬܪܝܐ. ܐܝܟ ܡܬܪܓܡܢܐ.] ܠܟܢܫܐ˙ ܟܠܗ

II [ܟܢ ܐ̈ܢܫܐ ܐܘ ܟܢ ܡܬܪܓܡܢܐ I Phill. nihil nisi] ܠܟܢܫܐ ܟܠܗ

I ܡܢ ܠܥܠܡܐ܀ — — — ܐܠܗܘܗܝ ܕܝܢ —

II ܡܢ ܠܥܠܡܐ. ܘܡܢܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ܀ .... ܐܠܗܘܗܝ ܕܝܢ ܒܥܠܡܐ

I ܡܫܠܡ ܡܫܘܐ ܕܢܬܐ — — ܟܠ ܡܬܬܕܪܐ ܗܘܬܐ

II ܡܫܠܡ ܡܫܘܐ ܕܢܬܐ ܐܝܟ ܡܫܠܡܐ ܟܠ ܡܬܬܕܪܐ ܗܘܬܐ.

I ܒܟܝܐ: ܒܟܠ ܕܒܥܘܬܐ ܕܥܡܗ ܡܫܐܠܢܐ.

II ܒܟܝܐ. ܒܟܠ ܕܒܥܘܬܐ ܕܡܦܩܕܢܐ.

I ܬܚܬܝܐ. ܒܟܠ ܡܩܪܝܐ ܦܠܚܘܕ ܐܘ ܬܘܕܝܬܐ.

II ܬܚܬܝܐ. ܒܟܠ ܡܩܪܝܐ ܒܠܚܘܕ ܐܘ̈ ܬܘܕܝܬܐ.

I ܦܩܘܕܐ: ܘܗܝ ܡܢܐ ܕܦܩܝܕ ܒܫܡܐ ܕܐܢܫ ܒܪܢܫܐ:

II ܦܩܘܕܐ: ܘܗܝ ܡܢܐ ܕܦܩܝܕ. ܒܫܡܐ ܕܐܢܫ ܒܪܢܫܐ:

I ܦܣܘܩ ܦܩܘܕܐ: ܒܕܒܪܐ ܕܡܢ ܒܠܚܘܕ: ܗܘܐ ܐܠܗܘܗܝ ܦܪܫ ܕܐܬܦܪܫܬ.

II ܦܣܘܩ ܦܩܘܕܐ: ܒܕܒܪܐ ܕܡܢ ܒܠܚܘܕ: — ܐܠܗܘܗܝ ܦܪ̈ܫ ܕܐܬܦܪܫܬ

I [ܡܬܡܗܢܐ ܦܣܘܩ ܢܦܘܠ: ܦܘܠܚܢ ܠܦܪܫܬܐ. Deest apud Phillips]

II — — — — —

I ܦܣܘܩܐ. ܥܠ ܢܘܪܐ ܕܒܘܠܟܢ ܦܓܪܐ ܐܠܗܘܗܝ ܦܣܘܩܐ ܗܘ

II ܦܣܘܩܐ. ܥܠ ܢܘܪܐ ܕܒܘܠܟܢ ܦܓܪܐ ܐܠܗܘܗܝ ܦܣܘܩܐ ܗܘ

I ܦܣܩܘ. ܦܣܩ ܡܢ ܦܣܩܐ

II ܦܣܩܘ. ܦܣܩ ܡܢ ܦܣܩܐ.

I ܙܘܓܐ ܕܦܣܩ.. ܠܐ ܠܟܘܢ ܥܠ ܒܬܪ ܐܘܪܚܐ..

II ܙܘܓܐ ܕܦܣܩ.. ܠܐ ܠܟܘܢ ܥܠ ܒܬܪ ܐܘܪܚܐ..

I ܡܒܟܝܢܐ ܐܘܟܝܬ ܡܫܡܫܢܐ. ܐܠܗܘܗܝ ܕܐܒܘܢ ܐܒܪܗܡ. ܐܠܗܘܗܝ ܕܐܒܘܢ

II ܡܒܟܝܢܐ — — ܐܠܗܘܗܝ ܕܐܒܘܢ ܐܒܪܗܡ. ܐܠܗܘܗܝ ܕܐܒܘܢ

I ܐܡܝܢ.

II ܐܡܝܢ .

I ܦܣܘܩ ܒܟܝܐ. ܥܠ ܚܘܪܐ ܠܗܘܐ ܠܟܘܢ ܐܢܫ.

II ܦܣܘܩ ܒܟܝܐ. ܥܠ ܚܘܪܐ ܠܗܘܐ ܠܟܘܢ ܐܢ̈ܫ.

I ܦܣܘܩ ܬܚܬܝܐ. ܛܘܠܠ ܐܢܫ.

II ܦܣܘܩ ܬܚܬܝܐ. ܐܢܫ ܛܘܠܠ.

I ܩܡܘܕܐ ܢܣܡܘܢ ܣܡܠܐ ܡܢ ܡܣܛܘܪܘ.

II ܦܡܘܕܐ. ܕܣܡܘܢ ܣܡܠܐ ܡܢ ܦܣܛܘܪܘ.

I ܡܣܟܢܬܐ. ܘܟܠܬܐ ܡܢ ܒܝܬ ܚܡܘܗܝ.

II ܡܣܟܢܬܐ. ܘܟܠܬܐ ܡܢ ܒܝܬ ܚܡܘܗ̇.

I ܠܦܫܬܐ. ܐܢܫ ܢܬܦܠ ܒܩܘܣܝܗܘ ܕܡܢܝܐ ܒܪܘܐ ܘܢܒܝܐ.

II ܠܦܫܬܐ܇ ܐܢܫ܇ ܢܬܦܠ ܒܦܘܣܝܗܘ ܕܡܢܝܐ ܒܪܘܐ ܘܢܒܝܐ.

I ܠܦܫܬܐ ܡܩܫܐ. ܒܠܠ ܗܠܝܢ܇ ܠܐ ܐܣܡܘܕ ܐܡܪ ܡܢܝܐ:

II ܠܦܫܬܐ܇ ܡܢܝܐ. ܒܠܠ ܗܠܝܢ܇ ܠܐ ܐܦܡܘܕ ܐܡܪ ܡܢܝܐ.

I ܠܩܫܬܐ ܘܡܬܠܒܢܐ. ܠܐ ܐܦܪܐ ܠܟܘܢ܇ ܘܠܐ ܬܬܠܒܘܢ. [ܘܒܟܫܬܐ ܕܗܘܒܢ̈ܐ

II ܠܦܫܬܐ܇ ܘܡܬܠܒܢܐ. ܘܒܟܫܬܐ ܕܗܘܒܢܐ܇ ܠܐ ܬܬܢܣܩܘܢ ܢܩܫ. ܠܐ ܐܦܪܐ

I ܠܐ ܬܬܢܣܩܘܢ ܢܩܫ.

II ܠܟܘܢ܇ ܘܠܐ ܬܬܠܒܘܢ.

I ܠܩܫܬܐ ܘܐܣܡܐ. ܠܐܢܘܢ ܗܘܒܢܐ ܦܠܒܫ.

II ܠܩܫܬܐ܇ ܘܐܣܒܐ. ܠܐܘܢ܇ ܗܘܒܐ ܦܠܒܫ.

I ܦܟܒܝܐ ܐܘܒܫܬ ܡܣܡܣܒܝܐ. ܒܢ ܬܒܠܟܢ ܐܣܘܦܬܐ. ܒܢ ܬܟܠܒܢ

II ܡܟܒܝܐ. — — ܒܢ ܬܒܠܟܢ ܐܣܘܦܬܐ.[.:] ܒܢ ܬܟܠܒܢ

I ܒܬܒܬܐ ܕܕܗܘܒܐ.[.:] ܒܢ ܐܒܣܠܢ ܒܪܕܝܐ ܒܢܢܒܢ.

II ܒܬܒܬܐ.[.:] — ܒܢ ܐܒܣܠܢ ܒܪܕܝܐ ܒܣܒܢ.[.:]

I ܪܦܛܐ ܕܠܐ ܦܣܡܘ ܠܐ ܬܬܐܣܘܢ ܣܢ ܒܠܠ ܣܢ ܐܣܢ̈ ܕܠܐ ܬܬܕܝܢܘܢ.

II ܪܦܛܐ ܕܠܐ ܦܣܡܘ. ܠܐ ܬܬܬܐܣܘܢ ܣܢ ܒܠܠ ܣܢ ܐܢܫ̈ ܕܠܐ ܬܬܕܝܢܘܢ.

I ܪܦܛܐ ܕܠܐ ܦܣܡܘ ܘܕܣܡܘ. ܙܘܐܢ ܒܢܫ̈ ܘܡܢܢ ܒܢܒܘܐ..

II ܪܦܛܐ ܕܠܐ ܦܣܡܘ ܘܕܦܣܡܘ. ܙܘܐ ܒܢܫ̈ ܘܡܢܢ ܒܢܒܘܐ:.

I ܠܬܐ ܪ̈ܦܛܐ ܢܢ ܒܪܢ̈ ܘܢܢ ܒܪ ܒܪܡܫܢ̈ ܘܢܢ ܒܪ ܢܘܩܢ̈

II ܠܬ̈ܐ ܪܦܛܐ. ܢ̇ܢ ܒܪܢ̈ ܢ̇ܢ — ܒܪܡܫܢ̈ ܢ̇ܢ ܒܪ ܢܘܩܢ̈.

I ܡܫܠܡܢܐ ܐܘܟܝܬ ܦܐܪܐܣܛܘܡܘܣ ܐܝܟ ܡܘܬܐ ܢܘܪܓܐ ܕܐܪܐ ܡܗܘܐ.
II ܡܫܠܡܢܐ. — — — — — ܢܘܪܓܐ ܕܐܪܐ ܒܗܘܐ.
I ܢܘܒ ܛܘܒܐ. ܛܘܒܘܗܝ ܠܓܒܪܐ ܕܕܚܠ ܡܢ ܡܪܝܐ
II ܢܘܒ ܛܘܒܐ܀ ܛܘܒܘܗܝ ܠܓܒܪܐ ܕܕܚܠ ܡܢ ܡܪܝܐ.
I ܦܪܘܫܐ. [Ph. ܦܪܘ] ܡܦܪܘܫ ܠܗ ܠܟܠܗܝܢ. ܐܘ [Ph. ܠܗܘܢ] ܒܟܠܗܘܢ ܠܐܢܫܐ.
II ܦܪܘܫܐ. — ܡܦܪܘ — ܠܟܠܗܝܢ ܐܘ̈ ܠܗܘܢ ܒܟܠܗܘܢ ܠܐ̈ܢܫܐ.
I ܡܣܘܟܐ. ܗܢܐ ܐܡܪܗ ܕܐܠܗܐ ܗܘ ܕܢܦܠ ܣܘܓܐܗ ܕܒܟܠܡܕܡ. ܗܘܘ
II ܡܣܘܟܐ. ܗܘܐ ܐܡܪܗ ܕܐܠܗܐ. — — — — ܗܘܘ
I ܗܘ ܕܐܡܪܐ ܕܒܗܘܢ ܐܬܐ
II ܗܘ ܕܐܡܪܐ ܕܒܗܘܢ ܐܬܐ.
I ܡܪܟܒܐ ܠܟܝ ܬܫܒܘܚܝ ܡܟܘܡ ܠܝ ܣܩܒܝ ܡܪܝܐ. [Ph. ܡܟ̇ ܬܘܒܝ ܡ̇]
II ܡܪܟܒܐ. ܠܟܝ ܣܩܘܒܝ. ܟܒܠܐ ܐܢܐ ܡܟܝܢ ܡܪܝ.
I ܡܣܡܟܐ. ܟܠܐ [Ph. ܐܠܐ] ܡܟܝܢ ܡܪܝ.
II — — — —
I ܡܥܠܝܢܐ. ܐܢܬܘܢ ܗܘܟܝܠ ܐܣܝܪ
II ܡܥܠܝܢܐ. ܐܢܬܘܢ ܗܘܟܝܠ ܐܣܝܪ
I ܡܣܟܐ. ܐܝ ܐܝܟ ܟܐܦܐ ܐܝܟ ܟܐܦܐ ܕܒܗ ܠܟ ܡܪܝܐ.
II ܡܢܣܟܐ. ܐܝ ܐܝܟ ܟܐܦܐ ܐܝܟ ܟܐܦܐ ܕܒܗ ܠܟ ܡܪܝܐ
I ܡܛܘܡܪܐ. ܐܒܗܐ ܐܬܒܝ ܒܫܡܗ ܘܒܟܒ̈ܝ ܡܛܡܪ̈ܬܗ. ܐܒܗܐ ܗܘܘ
II ܡܛܘܡܪܐ. ܐܒܗܐ ܐܬܒܝ ܒܫܡܗ ܘܒܟܒ̈ܝ ܡ̈ܛܡܪܬܗ. ܐܢܬܐ ܗܘܘ
I ܠܡܛܘܐ ܡܢ ܫܡܝܐ
II ܠܡܛܘܐ ܡܢ ܫܡܝܐ.
I ܡܟܬܒܢܐ. ܐܬܟܬܒ ܓܝܪ ܠܗܘܐ ܫܪܝܪܐ.
II ܡܟܬܒܢܐ. ܐܬܟܬܒ ܓܝܪ ܠܗܘܐ ܫܪܝܪܐ.

I ܡܫܝܚܐ. ܥܒܪ ܕܐܘܣܬܐ. ܣܠܩ ܕܟܠܗ ܠܐ ܕܒܘܬܐ

II ܡܢܝܒܝܐ [sic]. ܥܒܪ ܕܐܘܣܬܐ. ܣܠܩ ܒܟܠܗ ܠܐ ܦܒܘܬܐ.

I ܫܘܠܡ [Ph. ܡܫܝܚܐ] ܡܫܝܚܐ. ܡܪܘܦܒܝ ܒܢܒܠܐ ܡܥܒܝ ܕܠܐ ܢܒܠܐ.

II ܫܘܠܡ ܡܢܝܚܐ. ܡܪܘܦܒܝ ܒܣܒܠܐ ܘܦܥܒܝ ܕܠܐ ܣܒܠܐ.

I ܓܢܘܪܐ. ܒܥܪܘܬܐ. ܒܪܘܡܐ. ܒܠܘܬܐ. ܒܐܬܘܪܐ

II ܓܢܘܪܐ. ܒܥܪܘܬܐ. ܒܪܘܡܐ. ܒܝܠܘܬܐ. ܒܐܬܘܪܐ.

I ܫܘܠܡ ܓܢܘܪܐ ܣܩܘܡܐ ܘܡܬܝܢܐ ܘܪܩܝܒܐ ܘܡܥܒܝܐ ܢܗܘܝܢ ܐܠܗܝ

II ܫܘܠܡ ܓܢܘܪܐ. ܣܘܡܐ ܘܡܬܝܢܐ ܘܪܩܝܒܐ ܘܡܥܒܝܐ ܢܗܘܝܢ ܐܠܗܝ.

I ܒܪܝܫܐ ܒܗܘܘ ܣܘܡܐ ܠܐܒܕܗ ܕܐܠܐ ܒܐܕܒ ܘܐܠܗܝ ܒܗ ܐܠܗܝ

II ܒܪܝܫܐ. ܒܗܘܘ ܣܘܡܐ ܠܐܒܕܗ ܕܐܢܐ ܒܐܕܒ ܘܐܠܗܝ ܒܒ ܐܠܗܝ.

I ܡܢܣܒܐ ܘܒܪܝܫܐ. ܕܐܬܐܡܪ ܣܩܘܡܐ ܒܗܘܪܐ ܗܘܐ ܡܢܝܐ ܢܣܝܐ

II ܡܢܝܣܒܐ ܘܒܪܝܫܐ. ܕܐܬܐܡܪ ܣܘܡܐ ܒܗܘܪܐ ܗܘܐ ܡܢܝܐ ܢܣܝܐ.

I ܙܘܒܐ. ܘܒܪܘܬܐ ܘܥܘܒܕܐ

II ܙܘܒܐ. ܘܒܪܘܬܐ. ܘܥܘܒܕܐ.

I ܦܥܡܒܐ. ܙܘܩܡܐ ܒܥܡܢܝ ܒܐܦܒܐ. ܘܣܗܩܐ ܡܚܡܡܢܝ ܡܣܘܦ.

II ܦܥܡܒܐ. ܕܙܘܩܡܐ ܒܥܡܢܝ ܒܐܦܒܐ. — — —

I ܫܘܠܡ ܥܥܡܒܐ. ܠܐ ܡܘܬܐ. ܘܠܐ ܣܒܝܐ.

II ܫܘܠܡ ܦܥܡܒܐ. ܠܐ ܦܘܬܐ. ܘܠܐ ܣܬܝܐ.

I ܙܘܒܐ ܘܥܥܘܡܐ. ܙܦܒܐ ܡܒܐܥܐ ܒܢܣܐ ܡܣܩܠܐ.

II ܙܘܒܐ ܘܥܥܡܒܐ. ܙܦܒܐ ܦܒܐܥܐ ܒܢܬܐ ܡܢܩܠܐ.

I ܥܥܡܒܐ ܘܡܒܗܒܠܐ. ܒܢܥܒܝ ܐܠܗܘܗܝ ܗܘܐ ܡܠܬܐ.

II ܦܥܡܒܐ ܘܡܒܓܗܒܠܐ. ܒܢܥܒܝ ܐܠܗܘܗܝ ܗܘܐ ܡܠܬܐ܀

I ܡܥܐܒܠܐ ܘܙܘܒܐ ܘܦܘܪܩܢܐ ܕܥܥܡܗ. ܐܢܒܐ ܗܘ ܙܒܘܬܝ ܡܘܬܐ..

II ܡܥܐܒܠܐ ܘܙܘܒܐ ܘܦܘܪܩܢܐ ܕܦܥܡܗ. ܐܢܒܘ ܗܘ ܙܒܘܬܝ ܦܘܬܐ:

I ܦܩܘܕܐ ܘܐܘܪܚܐ ܘܢܡܘܣܐ ܠܐ ܕܦܣܩܘܢ ܘܦܣܩܘܬܐ. ܢܫܡܗ ܙܕܝܩܘܬܐ

II ܦܩܘܕܐ ܘܐܘܪܚܐ ܘܢܡ̇ܘܣܐ ܕܠܐ ܦܣܩܘܢ ܘܦܣܩܘܬܐ. ܢܣܒܗ ܙܕܝܩܘܬܐ

I . ܕܢܡ̈ܘܣܐ ܕܐܦܝܐ.

II ܕܡܬܢ̈ܘ ܕܐܦܝܐ.

I ܡܘܡܐ. ܘܚܕܐ ܗܘܐ ܡܢܗ ܐܦ̈ܝ ܐܦܝܐ. ܘܚܢ̈ܢܘ ܕܥܠܘܗܝ ܝ ܘܢܛܠܬ.

II — — — [ܘܚܕ́ ܕܚ́ ܐܢܬܬܗ. ܕܐܢܫܠܐ ܕܠܝ ܘܢܛ́ Ph. I]

I ܡܘܩܕܢܐ ܐܘܟܝܢ ܡܡܪܡܡܢܐ. ܪܘ̈ܚܐ ܥܡܝܪܐ ܘܐܬܚܠܠ. ܘܡܢܠܗܘܢ ܟܝ

II — — — — — — — —

I ܐܬܘܬܐ[..]. ܠܥܡܝܢ ܐܦܝܐ ܡܬܡܪܐ ܕܗܘܡܝܢ. ܐܝܬܝܗ ܟܝ ܡܬܬܗܡܝܐ. ܘܢܬܡܡܘܡ

II — — — — — — — — —

I ܐܝܟ ܡܬܬܪܐ ܣܬܡܠܝܢ. ܟܠ ܐܬܘܬܐ ܕܝ ܕܡܢ ܠܗܢܐ ܕܝܠܗ. ܡܢ ܟܠܗܝܢ ܕܝ ܕܢܦܫ.

II — — — — — — — — — — — — —

I ܠܟܡܐ ܟܢܗ ܥܢܝ ܠܥܒܕܐ. ܟܝ ܠܐ ܐܬܐ܆ ܘܐܡܚܝܘ ܠܐܦܝܐ ܠܐܟܝ.

II ܠܟܡܐ ܟܢܗ ܥܢܝ ܒܥܒܕܐ. ܟܝ ܠܐ ܐܬܐ܆ ܘܐܦܣܝܘ ܠܐܦܝܐ ܠܐܟܝ.

I ܡܡܬܟܪܐ ܗܘܠܐ ܕܡܬܠܐ ܡܢܚܘܬܐ ܕܕܘܟܬܐ: ܐܘ ܟܠܡܘܬ ܦܡ ܩܕܐ:

II ܘܠܟܝ ܐܝܟ ܢܘܩܕܐ ܦܩܛܐ ܘܡܬܟܬܐ. ܕܐܝܟ ܟܢܘܢܘܬܐ ܡܡܛܐܬܐ

I ܘܕܡܘܬܐ ܕܢܘܩܕܐ ܡܚܝܐ ܕܢܠܟ ܐܝܟ ܠܗܝܟܠܐ ܕܡܢܝܐ ܕܢܘܩܡܐ. ܐܠܐ

II ܟܝ ܦܡܛܐ ܕܡܢ ܟܡܐ ܐܬܐܟܪ܃ — — — — —

I ܢܬܐܘܡܦ ܦܘܢܡܐ. ܣܝ ܓܢ ܐܠܐ ܕܢܗܘܐ ܠܟܡܐ ܕܡܢܝܐ. ܕܟܠܡܐ.

II — — — — ܘܐܪܝܡ ܠܟܡܝܢ ܕܠܟܡܐ —. ܕܟܠܡܐ.

I ܘܕܡܘܣܠܦ ܟܠܡܐ. — — — ܟܢܡ ܕܝ ܦܢܝܥ ܟܡܐܝ ܐܬܬܐ.

II ܘܕܡܘܣܠܦ ܟܠܡܐ. ܣܝ ܐܠܐ ܕܢܗܘܐ. ܟܢܡ ܕܝ ܦܢܝܥ ܟܡܐܝ ܐܬܬܐ.

I ܘܣܝ ܦܡ ܕܢܠܦ ܢܘܗܪܐ ܕܠܐ ܦܡܡܦ ܡܡܡ ܡܘܣܠܦ ܟܠܡܐ. ܐܬܐܡܡܡ

II ܘܣܝ ܦܡ. ܕܢܠܦ ܢܘܗܪܐ ܕܠܐ ܦܡܡܦ. ܡܡܝܗ ܡܘܣܠܦ ܟܠܡܐ. ܐܬܐܡܡܝܡ

I ܕܝܢ ܡܛܠ ܐܪܒܥܬܐ ܕܦܠܓܘܬܐ ܗܘܘ ܕܒܠܥܘܗܝ ܐܬܬܣܝܡ. ܕܬܪܝܢ ܕܝܢ.

II ܕܝܢ ܡܛܠ ܐܪܒܥܐ ܒܦܠܓܘܬܐ ܗ̇ܘ ܕܒܠܥܘܗܝ ܐܬܬܣܝܡ. ܕܬܪܝܢ ܕܝܢ.

I ܡܛܠ ܕܬܠܬܐ ܡܢܝܢܐ ܗܘ ܕܐܬܬܣܝܡ — ܘܬܪܝܢ ܘܬܠܬܐ ܒܬܪ ܚ̈ܕܕܐ.

II ܡ̇ܛܠ ܕܬܠܬܐ ܡ̇ܢܝܢܐ — ܕܐܬܬܣܝܡ ܚܕ ܘܬܪܝܢ — ܒܬܪ ܚ̈ܕܕܐ܀

I [.P ܗܘܐ] ܡܫܬܠܦ — ܒܟܠ ܕܝܢ. [.oP] ܡܬܦܢܝܢ ܚܫܟܐ [.oP ܘܒܬܪܗ ܚܫ́]

II ܡܫܬܠܦ ܕܝܢ ܒܟܠ. — ܡܬܦܢܝܢ ܚܫܟܐ ܘܒܬܪܗ ܚܫܟܐ܀

I [ܘܟܠܗ ܓܝܪ ܦܠܓܘܬܐ ܐܬܬܣܝܡ ܒܡܫܟܢܬܐ.] ܘܗܘܝܐ ܘܡܫܬܠܦ ܠܥܠܡ.

II — — — — — ܘܗܘܝܐ ܡܫܬܠܦ ܠܥܠܡ.

I ܡܬܦܢܝܢ ܘܒܬܪܗ ܚܫܟܐ ܘܡܬܚܠܦ ܡܫܠܡܢܘܬܗ. ܘܢܘ̈ܗܪܐ ܘܡܫܬܠܦ

II ܡܬܦܢܝܢ ܘܒܬܪܗ ܚܫܟܐ. ܘܡܬܚܠܦ ܡܫܠܡܢܘܬܗ. ܘܢܘ̈ܗܪܐ: ܘܡܫܬܠܦ

I ܢܘ̈ܗܪܐ [om. ܗܘ] ܗܘܢܐ [ܡܫܬܠܦܝܢ. ܗܟܢ ܕܢܘ̈ܗܪܐ ܡܬܚܠܦܝܢ .Ph. om]

II ܢܘ̈ܗܪܐ: ܗܘ ܗܘܢܐ ܡܫܬܠܦܝܢ. ܗܟܢ ܕܢܘ̈ܗܪܐ ܡܬܚܠܦܝܢ ܐܟ ܕܝܘܡ

I ܕܝܘܡܐ ܗܘܝ ܡܫܬܚܠܦܐ ܒܬܪ ܚ̈ܕܕܐ.. ܡܫܬܠܦ ܢܘ̈ܗܪܐ ܕܝܢ ܐܘܟܝܬ ܢܗܝܪܐ.

II ܕܝܘܡܐ — ܡܫܬܚܠܦܐ ܘܒܬܪ ܚ̈ܕܕܐ. ܡܫܬܠܦ ܢܘ̈ܗܪܐ ܕܝܢ ܐܘܟܝܬ[1] ܢܗܝܪܐ.

I ܚܕ ܠܚܘܕ ܐܬܠܘܗܝ ܒܡܫܟܢܬܐ. ܘܡܫܬܠܦ — ܒܬܪܗ. ܘܟܠܗ ܠܥܠܡ.

II ܚܕ ܠܚܘܕ ܐܬܠܘܗܝ ܒܡܫܟܢܬܐ. ܘܡܫܬܠܦ ܐܝܟ ܒܬܪܗ ܘܟܠܗ ܠܥܠܡ܀

I ܒܪܝܐ ܕܝܢ ܘܗܘܐ ܡܫܬܠܦܝܢ. ܟܕ ܕܒܪܝܐ ܠܚܘܕܝܐ ܗܘ ܒܦܠܓܘܬܐ.

II ܒܪ̈ܝܐ — ܘܗܘܐ ܡܫܬܠܦܝܢ. ܗܟܢ ܕܒܪܝܐ ܠܚܘܕܝܐ ܗ̇ܘ ܒܦܠܓܘܬܐ.

I ܙܘܥܐ ܕܝܢ ܟܠ ܡܫܬܐ ܡܬܬܣܝܡ. ܠܘܬ ܕܝܢ ܐܝܟ ܐܟ ܢܘܗ̈ܪܐ ܕܐܝܟ

II ܙܘܥܐ ܕܝܢ ܟܠ ܡ̇ܫܬܐ ܡܬܬܣܝܡ. ܠܘܬ ܕܝܢ ܐܝܟ — ܢܘܗ̈ܪܐ ܕܐܝܟ

I ܠܚܕܪܐ. ܠܥܠܡ. ܡܫܬܡܫܢܐ. ܡܬܚܠܦܐ. ܘܠܫ̈ܡܝܐ ܡܢ ܒܬܪܟܢ ܚܕܪܝܢ

II ܠܚܕ̈ܪܐ. ܠܥܠܡ. ܡܫܬܡܫܢܐ. ܡܬܚܠܦܐ. ܘܠܫ̈ܡܝܐ ܡܢ ܒܬܪܟܢ ܚܕܪܝܢ

1) Prima manus correxit ܢܘ̈ܗܪܐ, quod scripserat, in ܢܗܝܪܐ.

I ܒܡܫܡܫܬܐ. ܡܫܡܫܢܐ ܕܝܢ ܠܘܬ ܗܘ ܕܪܒ ܡܬܐܡܪ. ܕܐܝܟ ܐܡܪܝ. ܟܕܐ

II ܒܡܫܡܫܬܐ. ܡܫܡܫܢܐ ܕܝܢ ܠܘܬ ܗܘ ܕܪܒ ܡܬܐܡܪ. — — —

I ܐܝܬ ܡܢܝ ܡܢܝ ܐܬܐܡܪ ܒܟܠ. ܟܒܪܐܝܬ ܡܢܗܘܢ ܡܢܝ ܡܫܬܐ ܠܒܢܝܢ

II — — — — — — — — — —

I ܒܒܪܒܝ. ܡܒܒܥܐ ܕܝܢ ܒ ܡܣܘܐ ܠܒܢܘܢܐ ܐܘ ܠܒܣܡܬܐ ܡܒܒܠܐ.

II — ܡܒܒܥܐ ܕܝܢ ܒ ܡܒܢܘܐ ܠܒܢܘܢܐ ܐܘ ܠܒܣܡܬܐ ܡܒܒܠܐ܀

I ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܠܝܥܩܘܒ ܪܝܫ ܐܒܗ̈ܬܐ. ܐܠܗܗ ܕܐܒܝ ܐܒܪܗܡ. ܐܠܗܗ

I ܕܐܒܝ ܐܝܣܚܩ. ܡܪܝܐ ܕܐܡܪ ܠܝ: ܗܦܘܟ ܠܐܪܥܐ ܕܝܠܝܕܘܬܟ ܘܐܛܐܒ ܠܟ.

I ܠܘܬ ܡܫܠܡܢܐ. ܡܣܘܟܐ ܡܙܘܓܐ ܦܫܝܛܐ ܡܪܟܒܐ ܘܡܘܬܒ ܛܘܦܣܐ.

I ܘܡܫܠܡܢܐ ܒܠܫܢ̈ܝ ܐܢܫܐ ܡܬܐܡܪ. ܐܘ ܕܡܠܟܐ ܗܘ ܕܡܫܠܡ ܙܒܢܐ. ܐܘ

I ܡܫܡܫܢܝܬܐ ܡܫܠܡܐ. ܘܡܠܟܐ ܡܢ ܐܝܟ ܗܘ ܕܡܢ ܠܡܫܠܡܢܐ ܠܘܬ ܦܪܘܫ

I ܐܡܪܐ. ܐ̇ܡܪܢ ܗܟܝܠ ܒܗܕܝܢ. ܘܐܡܫܡܫ ܠܐܠܗܘܬܗ. ܕܗܘܐ ܟܗܢܐ ܘܡܫܡܫܐ.

I ܐ̇ܒܘ ܐܡܪܐ ܠܡܠܟܘܬܐ܀ ܕܡܫܡܫܐ ܕܝܢ ܐܝܟ ܗܘ ܕܡܢ ܡܪܝܐ ܐܡܪ̈ܐ.

I ܐ̇ܟܠ ܐܢܐ ܐܢܫ. ܘܐܒܘܗ ܗܒܠ ܐܢܫܝ. ܦܬܟܘ ܗܘܐ ܕܐܬܚܙܝ.

I ܡܣܘܚܐ ܕܝܢ ܐܝܟ ܗܘ ܕܒܪܢܫܐ ܡܣܘܐ ܗܘܐ. ܐܝܟ ܗܘ ܕܐܡܪܐ ܕܩܘܐ

I ܐܡܪܗ ܕܐܠܗܐ ܗܘ ܕܥܡܗ ܣܘܓܐܗ ܕܒܢܝܢܐ. ܘܠܘܬ ܗܘܢ ܗܘ

I ܕܐܡܪܝܢܐ ܕܒܠܗܝ ܐܬܐ. ܡܙܘܓܐ ܕܝܢ ܐܘ ܒܥܒܕܘܗܝ. ܕܐܝܟ ܦܫܝܛܐ ܕܝ

I ܗܦܘܟ ܒܟܠܗ ܠܐܪܙܐ ܕܚܒܪܐ ܐܬܐ. ܡܪܟܒܐ ܕܝܢ ܐܝܟ ܕܡܢ ܒܬܘܠܬܐ ܠܘܬ ܐܠܗܐ

I ܒܪܚܡܬܐ ܡܬܐܡܪܐ ܢܦܫܐ ܚܕܝܢ ܟܢܫ ܣܘܓܐ̈ܝ. ܚܘܒ ܦܪܨܘܦܐ ܕܝܢ ܗܘ

I ܕܒܪܐ ܒܡܫܠܡܬܐ ܦܪܨܘܦܐ. ܦܪܨܘܦܘܗܝ ܠܡܠܬܐ. ܐܝܟ ܕܝܢ ܠܘܬ ܠܟܘܬܐ

I ܒܟܢ ܥܒܕ ܠܒܣܡܬܐ ܗܘܟܢܐ. ܒܝܠܐ ܐܠܐ ܘܐܫܠܡܗ ܠܐܠܗܐ ܠܐܒܘܗܝ. ܘܡܘܘܢ

I ܘܫܘܠܛܢܐ: ܒܟܠ ܟܡܢ.— ܡܬܬܪܡܝܢܐ ܕܝܢ ܠܘܬ ܡܬܚܠܦ ܡܢ ܡܒܣܡܬܐ

II — — ܠܘܬ ܕܝܢ ܡܬܬܪܡܝܢܐ — ܡܬܚܠܦ ܡܢ ܡܒܣܡܬܐ

I ܘܡܬܦܠܓܐ — ܡܬܬܪܡܝܢܐ ܡܢ ܟܠܗ ܟܝ ܫܪܐ ܠܘܬ ܦܬܘܪܗ ܕܒܪܝܬܐ

II ܘܡܬܦܠܓܐ ܒܗܘ ܕܡܬܬܪܡܝܢܐ ܐܝܟܘ. ܡܐ ܕܫܪܐ ܠܘܬ ܦܬܘܪܗ ܕܒܪܝܬܐ:

I ܡܬܝܪܢ ܒܗ ܗܒܠܐ. ܐܝܟܢܐ ܗܘܐ ܠܬܡܗܘܬܐ ܡܢ ܥܡܠܐ. ܐܝܟܢܐ ܐܬܟܪܝ

II ܡܬܝܪܢ ܒܗ̇. — — — — — — — — —

I ܒܗܘܢ ܘܒܟܬܒ̈ ܩܕܡܝܗܘܢ. ܡܢܚܡܐ ܕܝܢ ܕܠܐ ܡܢ ܥܠܬ ܚܝܠܗ ܘܐܝܬܘܬܗ

II — — — ܡܢܚܡܐ ܕܝܢ ܕܠܐ ܡܢܥܠܬ ܚܝܠܗ ܘܐܝܬܘܬܗ

I ܢܦܪܐ. ܐܠܐ ܕܡܫܬܠܛ ܢܦܪܘܗܝ ܠܦܓܪܐ ܗܘ ܕܒܠܥܘܗܝ ܡܚܡܣ

II ܢܦܪܐ. ܐܠܐ ܕܡܫܬܠܛ ܢܦܪܐ ܠܦܓܪܐ — ܕܒܠܥܘܗܝ ܡܚܡܣ

I ܡܢܚܡܐ. ܡܚܝܢܐ ܕܝܢ ܡܡܘܬܢܐ ܗܘ ܕܗܘܐ. ܘܡܚܝܐ ܟܠ ܐܢܫ

II ܡܢܚܡܐ܃ ܡܚܝܢܐ ܕܝܢ. ܡܡܘܬܢܐ ܗ̇ܘ ܕܗܘܐ. ܘܡܚܝܐ ܟܠ ܐܢܫ

I — ܕܡܡܠܠ: ܕܗܘܐ ܗܘ ܟܕ ܡܚܝܐ ܡܚܝܢܐ. ܐܘ ܠܡܡܠܠ

II ܕܡܡܠܠ ܕܡܡܠܠ: ܕܗܘܐ ܗ̇ܘ ܟܕ. ܡܚܝܐ ܡܚܝܢܐ. ܐܘ ܠܡܡܠܠ

I ܡܬܠܟܢܐ ܡܚܝܐ ܠܘܬ ܐܝܟܢܐ ܕܐܦ ܢܘܩܪܐ ܠܐܦܝ ܗܘܢ ܕܡܘܡܐ ܡܬܐܡܪܝܢ

II ܡܬܠܟܢܐ ܡܚܝܐ܃ ܠܘܬ ܐܝܟܢܐ ܕܐܝܟ ܢܘܩܪܐ ܠܐܦܝ ܗ̇ܢܘܢ ܕܦܘܩܕܐ ܡܬܐܡܪܝܢ.

I ܘܠܡܡܠܠ ܗܘܝܐ ܘܡܡܠܠܐ ܡܡܠܠ. ܗܢܘ ܕܝܢ ܕܡܡܠܠ ܟܠ ܚܝܐ

II ܘܠܡܡܠܠ ܗܘܝܐ ܘܡܡܠܠܐ ܡܡܠܠ ܗ̄ܘ — ܕܡܡܠܠ ܟܠ ܚܝܐ

I ܕܐܬܡܢܝܐ. ܟܕ ܕܠܐ ܗܘܝܐ ܘܠܐ ܡܡܠܠܐ ܐܡܪܝܢ ܠܦܓܪܐ. ܦܘܡܐ

II ܕܐܬܡܢܝܐ. ܟܕ ܕܠܐ ܕܗܘܝܐ ܐܦܠܐ ܕܡܡܠܠܐ ܐܡܪܝܢ ܠܦܓܪܐ܃ ܦܘܡܐ

I ܕܝܢ ܠܘܬ ܘܡܚܝܐ ܡܡܚܠܨܝܢ ܒܗܘܢ ܕܟܠ ܟܠ ܢܘܡܪܐ ܐܝܟܐ ܠܡܐܡܪ:

II ܕܝܢ ܠܘܬ ܘܡܚܝܐ ܡܡܚܠܨܝܢ ܒܗ̇ܘܢ ܕܟܠ ܟܠ ܢܘܡܪܐ ܐܝܟܐ ܠܡܐܡܪ:

I ܦܘܡܐ ܡܡܠܠܢܘ ܗ̇ܘ ܕܡܚܝܐ ܒܦܘܡܗ ܦܓܪܐ. ܚܝܢܐ ܕܝܢ

II ܦܘܡܐ ܡܡܠܠܢܘ. ܗ̇ܘ ܕܡܚܝܐ ܒܦܘܡܗ ܦܓܪܐ܃ ܚܝܢܐ ܕܝܢ.

I ܠܓܘܢ ܢܐܡܪ: ܒܡܠܐ ܠܓܘܗ — ܕܒܠܫܢܘܗܝ ܡܡܠܠ ܡܢ — —

II ܠܓܘܢ ܢܐܡܪ: ܒܡܠܐ. ܠܓܘܗ ܕܗܘ ܒܠܫܢܘܗܝ ܡܡܠܠ ܡܢ ܒܒܠܐ ܐܘ

I — — ܢܘܡܪܐ ܐܝܬܐ ܐܠܗܘܗܝ ܒܦܓܪܐ. ܗܢܘ ܕܝܢ ܡܡܠܠ ܡܢ

II ܠܐܝܠܝܢ ܐܘ ܢܘܡܪܐ ܐܝܬܐ ܐܠܗܘܗܝ ܒܦܓܪܐ. — — — —

I ܠܐܚܪܢܐ ܐܘ ܒܓܒܪܐ ܘܒܐܢܬܬܐ. ܠܘܬ ܕܝܢ ܪܘܚܐ ܕܦܣܘܣ ܘܒܠܐ ܦܣܘܣ
II — — — — ܠܘܬ ܕܝܢ ܪܘܚܐ ܕܦܣܘܣ ܘܒܠܐ ܦܣܘܣ.
I ܘܗܟܢܐ ܐܦ ܠܒܪܗ ܐܡܪܝܢܢ. ܗܘܘ ܕܝܢ [ܕ]ܒܠܠ ܗܘܝܘܬܐ ܗܘ ܕܡܢܝܢ ܪܘܚܐ
II ܘܗܟܢܐ ܐܦ ܠܒܪܗ ܐܡܪܝܢܢ ܗܘ̄ — ܒܠܠ ܗܘܝܘܬܐ — ܕܡܢܝܢ ܪܘܚܐ
I ܘܐܝܟ ܐܝܟܢ ܗܘܐ ܡܢܝܢܐ̈ ܘܡܢ ܡܫܡܫܢܐ. ܦܬܡ ܒܒܠ ܡܢܝܢܐ. ܘܡܢ
II ܘܐܝܟ ܐܝܟܢ ܗܘܐ ܡܢܝܢܐ̈ ܘܡܢ ܡܫܡܫܢܐ. ܦܬܡ ܒܒܠ ܡܢܝܢܐ܀ ܘܡܢ

Postquam hucusque ipsius Jacobi systema proposuimus, graecamque disciplinam, qua nititur demonstravimus, tertiam denique accentuum ponendorum doctrinam habemus, quae medium locum occupat inter initia simplicia Josephi Huzitae et Jacobi opus artificiosum, ita ut jam penitus perspici possit, quomodo paullatim doctores artem excoluerint libros ita punctis distinguendi, ut pulchre possint recitari.

Exstat haec doctrina in catalogo accentuum a Thoma quodam diacono composito, quem Georgius Phillips Thomam Harclensem esse ideoneis argumentis comprobavit[1]). Edidit Thomae opusculum Martinus[2]), eidemque scholae, at non ipsi Thomae, tribuendus est tractatus, quem Phillips edidit p. 68. Nam hoc in tractatu viginti tres enumerantur accentus, sed deest šeḫîmâ, quod in opusculo Thomae exstat, prout a Martino editum est. Itaque Thomas ipse opusculum non scripsit, cujus accentus omnes omnino sunt viginti quatuor.

Ab initio tractatus (Phillips p. 68) scriptor tradit, esse grammaticos doctos, qui decem posuerint accentus, quorum magistrum neminem fuisse nisi Josephum Huzitam patet. Josepho enim novem accentus tribuuntur, inter quos deest pâsoqâ, quod quum deesse non possit, revera decem accentûs adhibuit, quod supra diximus[3]).

Jam igitur scriptor tractatus novit Josephi systema, Jacobus vero de doctrina pendet, quae hocce tractatu et opusculo Thomae (Martin p. 11) traditur, ita ut uno conspectu historia accentuum syriacorum possit exhiberi ita:

I. Accentus temporales.

Paulus anno c. 500.	Thomas c. 616.	Jacobus c. 670.
1 ʒellâyâ	1 ʒellâyâ	1 ʒellâyâ 2 šuḫlâφ ʒellâyâ
2 taḥtâyâ	2 taḥtâyâ	3 taḥtâyâ 4 šuḫlâφ taḥtâyâ

1) Phillips a letter of Mar Jacob p. 90.
2) Martin Jacobi Edesseni Epistola p. 11. Ewald in Ztschft für K. des Mrgl. I 205.
3) Cf. Supra p. 68 nota 1).

Paulus.	Thomas.	Jacobus.
3 zaugå	3 še̥wayyå 4 še̥råyå δe̥ϑasʒîϑå	5 še̥wayyå 6 šuḥlåφ še̥wayyå 7 še̥råy tašʒîϑå
(4 påsoqå)	5 påsoqå 6 še̥ḥîmå, quod deest in tractatu	8 påsoqå 9 še̥ḥîmå
5 ʒesyånå	7 ʒeṣyånå 8 råḥṭå δe̥lå påseq 9 zauʒå	10 ʒeṣyånå 11 råḥṭå δe̥lå påseq 12 zauʒå
6 samkå	10 samkå 11 råḥṭå δe̥påseq	13 samkå 14 šuḥlåφ samkå 15 råḥṭå δe̥påseq
Vacat	Vacat	16 qaumå 17 mehappe̥χånå 18 šuḥlåφ me̥happe̥χånå

II. Accentus mimetici.

7 påqoδå	12 påqoδå	19 påqoδå
8 me̥šayye̥lånå	13 mešayye̥lånå	20 me̥šayye̥lånå
	14 me̥ḥawwe̥yånå	21 me̥ḥawwe̥yånå
	15 qåroyå	22 qåroyå
	16 me̥qalle̥sånå sive yåheβ ṭuβå	23 me̥qalle̥sånå 24 yåheβ ṭuβå
	17 me̥ṣalle̥yånå sive meϑkašše̥φånå	25 me̥ṣalle̥yånå
9 hau dame̥rakkaβ men trên zaugîn	18 me̥pisånå 19 tåχså	26 mepisånå 27 tåχså
10 me̥nîḥånå	20 me̥naḥtå	28 me̥naḥtå 29 suḥlåφ me̥naḥtå
	21 meϑdamme̥rånå	30 meϑdamme̥rånå
Mazhe̥rånå = admonens. Cf. p. 86 B.	22 me̥βaṭṭe̥lånå sive mazhe̥rånå	31 me̥βatte̥lånå
	— — —	32 me̥βakke̥yånå

III. Accentus conjunctivi.

Vacat	23 me̥ḥayyeδånå sive zåqorå	33 me̥ḥayyeδånå 34 šuḥlåφ me̥ḥayye̥δånå
	24 gårorå	35 gårorå 36 šuḥlåφ gårorå

In praecedente catalogo accentûs quosdam pro arbitrio conjunctos esse non negamus, fieri enim potest, ut duo râhṭe non ita disponenda sint, ut alterum ad ȝeṣyânâ, alterum ad samkâ pertineat, etiam de natura accentûs hau ðamęrakkaβ men trên zaugin dubitari potest sicuti de qaumâ et męhappęχânâ, verum hoc procul dubio constituendum videtur Jacobi systema ex Thomae excultum esse, Thomae systema ex Pauli, ita ut initia ponendorum accentuum anno p. Chr. 500 sint facta, quae a Thoma Harclensi c. 610 magis exculta Jacobus denique ad summam perfectionem perduxit.

Thomam graecam doctrinam in suum usum convertisse eam ob causam certum est, quia de ὀξείᾳ et de παροξυτόνῳ verba facit (Martin p. 11 et 12, Phillips p. 83[1]), viam quam inivit, deinde Jacobus ultra prosecutus est. Cujus si leges contulimus cum Nicanoris ratione ponendorum punctorum statuere nolumus, Jacobum ipsius Nicanoris scholia vel libros evolvisse, verum id tantum dicimus, Jacobum rationem suam a schola Graeca quadam mutuo accepisse, in qua vetus doctrina Alexandrinorum antiquitus tradita servabatur.

Barhebraeus denique uti in recensendis canonibus nominum Jacobi grammaticam secutus est (p. 61), ita etiam in enumerandis accentibus Jacobi doctrinam recepit, cui pauca addidit de accentibus orientalium Syrorum et de cantilena (reχnâ), quae singulis signis competit. Qua de cantilena nemo hodie potest ferre judicium, quin Syros recitantes audiverit, quos tamen antiquam legendi consuetudinem servasse vix est credibile, quum Barhebraeus ipse de lectoribus judicium ferat satis iniquum (Oeuvr. gr. I 248 L. 14).

Haec fere de Jacobi Edesseni fragmentis ad grammaticam pertinentibus videntur dicenda. Virum vidimus pium, doctum, prudentem, instaurandis studiis clericorum omnibus animi viribus intentum, qui disciplinam ecclesiasticam, artem canendi, scripturae et patrum lectionem, graecae linguae studium restituere nitebatur. Quod ut perficeret nihil gravius habuit quam curare, ut codices recte scriberentur et pueri lingua syriaca bene instituerentur. Itaque episcopali sua de scholis sollicitudine eo perductus est, ut librum etiam grammaticum componeret, quem in scholis graecis educatus ad normam grammaticae graecae adornavit, et tanta diligentia, tanto acumine ad finem perduxit, ut omnes quotquot eum secuti sunt Syrorum grammatici hoc opere tanquam fundamento usi sint, quod in multis Barhebraei libri Splendorum locis observavimus. Tali modo Jacobus pater est grammaticae syriacae et primus homo semitica stirpe oriundus, qui grammaticam semiticam excoluit, Arabum enim et Hebraeorum grammatici certe sunt recentiores, reliqui Semiticae stirpis populi rem grammaticam paene totam intactam reliquerunt.

---

1) Haec de gârorḁ̂ Thomae observatio obscurissima est, et apud Barhebraeum (Oeuvr. gr. I 255 L 4) repetitur.

Caput VII.

De grammaticis Nestorianis ˤAnânišoˤ, Honain.

Quum Jacobus novam tractandae linguae iniret rationem, alii quoque viri docti non omiserunt libros componere in usum discipulorum, verum alieni erant a profunda et subtili Jacobi methodo. Non enim in intima linguae penetralia procedere studentes id tantum agebant, ut difficultates legendi libros vocalibus destitutos quantum fieri potest removerent, quod duplici modo sunt aggressi. Aut enim, quod simplicius erat, glossis voces difficiles explicabant secundum ordinem librorum, aut voces difficiles collectas secundum ordinem litterarum proponebant, initia conscribendi lexici tali modo facientes. Inter maximas difficultates linguae referendum est, vocabula iisdem litteris scripta vario modo pronuntianda esse pro locorum variorum significatione, quae vocabula sibi similia appellabantur dåmyåyåϑå. Primus scriptor qui de similibus opus composuisse traditur est Josephus Huzåyå (Bhbr. Oeuvr. gr. II 77) antiquissimam vero commentationem de hisce vocabulis quae aetatem tulit, libellus est ˤAnanišoˤi, quem edidit Hoffmannus [1]).

Eodem fere tempore quo Jacobus floruit ˤAnånišoˤ 650—90, scripsit praeter Paradisum et librum divisionum philosophicarum etiam emendationem vocabulorum et lectionum obscurarum in libris patrum, quae exstat in puråš ḥåšḥåϑå (i. e. in libro ita dicto) in archio hujus coenobii asservato, quae omnes punctationes (puḥåme) aliorum veritate antecellunt [2]). Quae Thomae Maragensis verba ita intellexit Hoffmannus ut statuat, ˤAnånisoˤum eis maxime providisse, qui remoti a magistro, quas auribus antea perceperint lectiones, e solo libro repetere coacti essent. Quo in negotio quum puncta diacritica tunc temporis ad vocalium divinationem nondum sufficerent, significationum diversitates adjectas esse. Deinde censet commentariolum a sese editum cum hac descriptione in universum congruere, quum scriptor sexcenties hoc utatur schemate, ut primum

1) Opuscula Nestoriana syriace tradidit Georgius Hoffmannus Kiliae 1880. — De aetate ˤAnånišoˤi cf. Assem. B. O. III. 1, 145.

1) Hoffmann l. l. V textum mutavit et ita vertit, postquam vocem d'îϑ loco movit et legit bᵒfuråš ḥašḥåϑå δ'îϑ beϑ 'arχe, pro tradito: d'iϑ bᵒfuråš ḥåšhåϑå δᵒ βeϑ arχe: scripsit etiam emendationem vocabulorum et lectionum obscurarum, quas in libris patrum repperit, per significationum distinctionem, quae exstat in archio hujus coenobii: haec omnes aliorum punctationes veritate superant. — Vocem ḥåšḥåϑå esse χρήσεις = λέξεις p. XIII compluribus exemplis prolatis comprobavit. Sed locis tribus, quos recensuit, sufficit significatio χρῆσις = usus. Ceterum haec res ad nostram disputationem hoc loco nihil facit: Cf. Payne-Smith s. v. ܚܫܚܬܐ.

š ę m â h e i. e. vocum scriptiones, deinde purâš ḥâšḥâϑâ i. e. significationum (cf. notam) distinctionem, denique locos biblicos proponat.

At missa disputatione de purâš ḥâšḥâϑâ, quod transposita voce d'îϑ cum descriptione operis ʕAnânišoʕi conjunxit, ita ut omnino incertum sit, an re vera mentem Thomae Maragensis assecutus sit, liber quem descripsit Maragensis dicitur turâṣâ δašęmâhe węδaqęrâyâϑâ ʕâmoṭâϑâ δaχęϑâβe δ â β â h â ϑ â. Vocabula in illo emendata in libris patrum exstabant, neque erant biblica, liber de quo agimus locis biblicis utitur. Praeterea Maragensis librum continuisse t u r â ṣ â docet, id est emendationem vel, si mavis, rectam scripturae vocabulorum formam, at talia in libello a Hoffmanno edito non leguntur. Itaque non credibile est librum Hoffmanni eum esse, quem Maragensis descripsit. Ex Maragensis verbis potius sequitur ʕAnânišoʕi librum similem fuisse alii libello, quem Wrightius (Catal. 114 a) enumeravit, cui inscribitur šęmâhe δęqaddîšâ Basilius. In hoc libro secundum ordinem, quo occurrunt in interpretatione syriaca Basilii, scriptura et pronuntiatio vocabulorum graecorum, syriacorumque difficiliorum definitur, quem librum is in usum suum vertere debebit, qui Basilium edendum sibi sumit. Talem librum recte turâṣâ δašęmâhe waqęrâyâϑâ ʕamoṭâϑâ δâχęϑâβe dixeris, non vero eum quem Hoffmannus publici juris factum recte quidem librum de aequilitteris (dâmyâyâϑâ) appellavit, sed falso pro eo habuit, quem Maragensis descripsit.

Agendum itaque est de ʕAnânišoʕi libro de aequilitteris sive de similibus vocabulis, quod hodie auctum exstat Honaini et alius analectae additamentis, qui etiam glossas arabicas addidit, ita ut difficile sit statuere, quamnam theoriam grammaticam scriptor secutus sit [1]). Atque hoc in negotio primum notandum videtur v o c a l i u m n o m i n a a ʕAnânisoʕ non esse adhibita. Nam quae sunt hujusmodi vocabula (pâϑaḥ 18, 6; 21, 19 trên nuqze lęϑaḥt = *e* 21, 16, šišeltâ = â 18, 10) non ad ʕAnânišoʕum pertinent sed ad Ḥonainum (Hoffmann p. XIII).

Varias verborum formas non secundum certam legem ad radicem refert, sed suo tantum loco secundum ordinem litterarum profert, ita ut sub *m* participia, sub *n* Imperfecta 3. prs. mscl., sub *t* Imperfecta 2dae personae et fem. 3tiae sint quaerenda, neque etiam de discrimine inter Peal et Pael profundiorem cognovit legem, sed iterum iterumque repetit Pael rem significare multoties factam, Peal vero semel factam. Hanc enim stirpium derivationem nemo Syrorum intellexit, quam neque recentissimi Amira, Sciadrensis, Acurensis, Ecchellensis, Timotheus Isaac Amidensis filius ʕOβeδ ḥayye Diaconi, Assyrus (Codex Berolin. Petermann. 17) in libro s i r ʕ a φ recte docere potuerunt.

1) Quae apud Hoffmannum Opusc. Nestor 38, 21 sq. leguntur in codice Berolinensi (Sachau 72) invenit Gottheil, et typis exscripsit in editione Grammaticae Eliae Nisibeni p. 61.

Quodsi inde non concludendum est, ȝAnånišoȝum in **disciplina** sui temporis grammatica fuisse rudem, ne mireris eum novisse nomina temporum, zaβnå daȝȩβar 14, 16, zaβnå hånå δȩqåyem 14, 20, et distinguere Imperativum (påqoδå'iϑ 3, 15) a forma historica (tašȝiϑånå'iϑ 3, 18). Sic et genera distinguit, masculinum et femininum (deχrå'iϑ, neqbå'iϑ 16, 15), sed adjectiva a verbo recte non distinguit, neque pronomina suo nomine ḥȩlåφ šȩmå designat. Quod ex adnotatione de båtîn et båtain, 'appîn et appain sequitur 10, 20, ubi ita dicit: båtain, 'appain et omne, quod est in hoc genere, significat n o s t r u m etc., båtîn, 'appîn et omne, quod est in hoc genere, significat a l i o r u m, cui adjicit deinde exemplum: Locutus est dominus cum Moyse 'appîn luqȩβal 'appîn. Alterum illud 40, 23 ex iis intellegitur, quae de saggî et sȩγî dicuntur: saggi, hoc est abundantia (šurtåḥå), in qua homo est constitutus, e. c. saggi (multa) fuit possessio ejus etc. (Genes. 13, 6); sȩγî hoc est, quod parvum fuit et paullatim auctum est, e. c. paullum fuit tibi coram me, wasȩγî (et auctum est) valde (Job 8, 7). Tali modo qui saggî a sȩγî distinguit discrimina inter verbum, ῥῆμα, et adjectivum, ἐπίϑετον, non bene intellexit, et doctrina grammatica imbutus esse non potest. Quanta hujus viri fuerit confusio in rebus grammaticis, cernitur in adnotatione de rȩṭan 45, 23, ubi legitur: ܪ̈ܛܢܘ hoc est multi, e. c. ܪܛܢܘ mussitaverunt contra dominum et dixerunt Matth. 20, 11? Exod. 17, 3, ܪ̈ܛܢ (Pa.) hoc est unus, e. c. ܪܛܢ mussitavit de illo. Usus pluralis et singularis cum discrimine inter Peal et Pael confunduntur!

Inusitatam vocem, quam equidem certe apud alium grammaticum ita me legisse non memini, noster adhibet 5, 18, 20 **š u m - l å y å**, quod opponitur imperativo p u q d å n å, quum 'etdaχr, 'ezdahr imperativos, 'etdȩχar, 'ezdȩhar vero šumlåyå esse doceat. Cujus vocis significationem certo definire non possum, quamvis hoc affirmare audeam, non designare p e r f e c t u m, quippe quod zaβnå daȝȩβar 14, 16 dixit [1]). Esse potest nomen indicativi, quo tamen Syri carent, vel verbi finiti (ῥῆμα ὁριστικόν), sed etiam a c t i v u m potest designare, ita ut hoc loco graecum **ἐνέργεια** respondeat sive **ἐνεργητικὸν**, quod tamen apud Dionysium mešauδȩȝånå δȩmaȝbȩδånûϑå dicitur. Quum apud Severum p. 25 åϑwåϑå δȩšumlåyå in nomine sint suffixa pronominalia et Ålaφ statûs emphatici, et in verbo terminationes personarum, equidem crediderim šumlåyå significare formam verbi finiti (**ὁριστικὸν ῥῆμα**) et respondere hoc loco graeco **ὅρος**, licet alibi sit **ἀποτέλεσμα**. Quodsi hoc loco videmus antiquam esse doctrinam a Severo traditam,

---

1) Neque etiam de Plusquamperfecto = ὑπερσυντελικὸν cogitari potest, quod apud Dionysium mešamlȩyå dicitur. Cf. p. 17.

quam jam ʿAnânišoʿ cognovit, idem fit in vocibus meϑtašyâ (occultatum) et qᵉrîḥâ (apertum), quibus 14, 10, 17 distinguitur h mutum ab h accurate proferendo, qui termini technici haud dubie magistris masorethicis Syrorum debentur.

Ceterum ʿAnânišoʿi liber potius ad initia lexicographiae syriacae quam ad grammaticam pertinet, et ultimus est, qui ante Jacobum saeculo septimo exeunte scriptus est, post Jacobum Edessenum vero per plus centum annos nemo grammaticam conficere ausus est, tanta hujus viri fuit auctoritas, operisque ab eo conditi copia.

Qui secuti sunt grammaticae syriacae scriptores ad saeculam nonum pertinent, perpauca vero eorum opuscula ad nostram aetatem usque servata sunt. Ac primum quidem Išoʿ bar Nun 824 — 828 patriarcha Nestorianorum de similibus (dâmyâyâϑâ) scripsit, qui Johannis Masawaih magister cum iis viris amicitia conjunctus fuit, qui in aula Abbasidarum operam navabant scriptoribus graecis arabice enarrandis [1]), quorum auxilio adjutus Patriarcha electus est. Fuerunt vero hi ejus amici Gabriel filius Boḥtišoʿi et Michael, Chaliphae Mamuni medici [2]).

Qui a patriarcha hoc institutus erat Johannes Masawaih, discipulum habuit Ḥonainum ibn Isḥâq, quem e schola expulisse traditur. Terras graecas petens Ḥonainus linguam graecam tam bene didicit, ut redux a medico Gabriele filio Boḥtisui receptus in aula Mamuni interpretationi librorum non modo syriacorum verum etiam graecorum vacaret. Princeps fere ac magister interpretum fuisse praeterea vero viginti quinque libros ipse composuisse traditur [3]).

Talibus laboribus occupatus non potuit studium grammatices neglegere, imo Elkhalîli lectionibus interfuisse dicitur, neque quidquam magis opus habebat quam vocabularia, syriaca, graeca, arabica, ita ut mirum non sit tribui Honaino grammaticam syriacam, cui inscripsisse videtur ܟܬܒܐ ܕܢܘܩ̈ܙܐ, et lexicon compendiosum, cujus meminit Bar Ali in praefatione sua (Hoffmann Syr. arab. Glossen 2, 5). Grammaticam citavit Bar Hebraeus in ʾAuṣar râze (Hoffmann D. M. Z. XXXII p. 741 et Elias Tirhanensis p. 32 ed. Baethgen.

Quod vero apud Casirium l. l. et in Fihristo p. 294 legitur,

---

1) De hoc Išoʿ cf. Assem. II 334, III. I. 165, 616 Nro. 49; Barhebr Oeuvr. gram. II 77. Wright Encyclop. Brit. Syriac Literature p. 847.

2) De tempore, vita, operibus horum medicorum, de quibus hodie non omnino constat, quia Barhebraeus alia tradit atque alii auctores, ad Weilium refero (Chalifen II 170. 281). Non enim hujus est loci inquirere in vitas horum virorum.

3) Casiri Bibl. Escorialensis I 288. Barhebr. Chronicon 170. Chron. eccles. III 198. Ibn Challikan I 478. Assem. B. O. III. I. 164, 211, 501, 511. De anno mortis dissidium est inter scriptores, alii ao. Heg. 263, alii 260 die Martis, sexto mensis Ṣafar, qui convenit cum primo Kanun 1185 Graecorum, eum mortuum esse dicunt. Cf. Wright. Syr. Liter. in Encyclopaedia Brittan. p. 847.

composuisse Honainum librum de legibus flexionis secundum graecam doctrinam (كتاب احكام الاعراب على مذهب اليونانيين مقالتان) non ad grammaticam syriacam sed ad arabicum pertinet, nam de lingua Syriaca vox اعراب non adhibetur, deinde etiam hunc librum commemorat Elias Nisibenus. In disputatione enim contra Alḥosainum Abu'l Qâsim (Vezirum Qirwâši † 444) de Christianae religionis veritate laudavit Honaini filii Isḥaq librum في نحو العرب Assem. B. O. III, I, 271 a. Opus sane omni numero egregium grammatica arabica est saeculo nono ad analogiam grammaticarum graecarum composita! Etiam de syntaxi egit, sed nescio num hoc libro, an alio aliquo. Elias Tirhan. Cap. 18.

Glossae Honaini haud dubie a recentioribus glossographis sunt receptae, ita ut re vera sint servatae, quod vero scripsit de similibus (dåmyåyåϑå) opusculum (Barhebr. Oeuvr. gr. II 77) id si non totum tamen aliqua ex parte exstat conjunctum cum ʒAnånišoʒi libello, de quo modo verba fecimus. Summus ejus in componendo hocce libro finis fuit studium synonymiae, in eo enim plerumque versatur scriptor, ut doceat, quid dicriminis intercedat inter voces similia indicantes et inter voces iisdem litteris scriptas sed vario modo legendas.

Utitur in hoc opusculo terminis orthoepicis, quos et apud alios grammaticos invenimus: męqaššęyå, męrakkęχå, zęqîφå, pęϑîḥå, ḥeβîṣa, gåneβ, marhęṭånå'îϑ, męhaggyånå'îϑ, 32, 3, sed exstant etiam nomina signorum orthoepicorum apud alios inusitata. Quššåyå enim verbo tęβaʒ exprimitur 31, 5, 6; 20, 19, 21; 13, 10; 6, 23 al.[1]) ubi ita dicitur: kaδ tåβaʒ at lękåφ vel kaδ tęβîʒå kåφ, quo significatur, kåφ instructum esse Quššåyå. Vocalis å signum dicitur šišeltå ʒal.... 16, 14, vocalis i signum describitur kaδ sîmîn terên nuqze lęϑaḥt men . . . 30, 22; 31, 11; 6, 20 al. Consonans Yuδ cum puncto inferiore (î) dicitur: kaδ ʒåṣe at lęyuδ 6, 14.

Denique neglegenda non videtur Ḥonaini de voce måryå observatio, quae nescio an dicenda sit cabbalistica an profecta ex sententia quadam de origine vocum, quam excogitavit. Dicit enim *m* vocis måryå indicare måruϑå i. e. dominium, *r* deinde rabbûϑå i. e. majestatem, y' denique 'îϑûϑå i. e. essentiam, quod in mentem revocat theoriam Casparis Neumanni, qui singulis litteris certum sensum inhaerere putabat, ita ut ex variâ litterarum conjunctione significatio vocum ratione logica posset derivari[2]).

1) Hoc oppositum esse voci gęnuβyå et exstare etiam apud Išoʒ bar Nun in Lexico Bahlûli et apud Eliam Catholicum Journ. asiatique VI, 19, 459 docuit Hofmannus. Opuscula Nestor. p. XIV.

2) Cf. Neumann, Caspar, Clavis domus Heber Wratislaviae 1712. J. D. Michaelis Beurtheilung der Mittel, welche man anwendet, die ausgestorbene Hebraeische Sprache zu verstehen Goettingen 1757 S. 94.

Ceterum Honainus scripsit librum de punctis, e quo locum allaturi sumus infra p. 116. Hoc in libro verba gutturalia seorsim tractavit [1]).

Quodsi de Honaini studiis grammaticis pauca quaedam frustula colligere potuimus, de coaevo ejus Johanne Stylita (Juḥannân Esṭunâyâ) praeter fragmentum a Johanne bar Zuʿbi servatum nihil restat, quem grammaticam composuisse Ebed Jesu (Assem. B. O. III. I, 256) tradidit [2]). Quod ex Johannis bar Zuʿbi grammatica desumsisse videtur Ebed Jesu, in qua Johannes Esṭunâyâ inter eos recensetur, qui grammaticam syriacam ad normam grammaticorum graecorum excoluerint. Codex Musei britt. 25, 876 fol. 54b.

Ceterum vel hoc incertum est, an re vera Honaini tempore floruerit Johannes ille, quod Assemanium secuti diximus, qui loco laudato docuit, vixisse Johannem sub Sabarjesu, Abrahamo Margensi et Theodosio Patriarchis. Quorum primus mortuus est anno 836, Theodosius vero anno 868 vita functus est (Barhebraei Chron. eccl. ed. Abbeloos et Lamy III p. 190, 198) Ass. B. O. II 435. Sed unde Assemanius hoc cognitum haberet, non dixit, itaque Schroeterus D. M. Z. 24, 262 dubia movit, censens Johannem Esṭunâyâ grammaticum eundem esse virum, quocum Jacobus Edessenus centum annos ante id tempus, cui ab Assemanio adscriptus est grammaticus, epistolarum commercio erat conjunctus.

Atque hac in causa a Schroetero dubia jure mota esse etiam propter ea vero est simile, quia Johannes bar Zuʿbi l. l. grammaticum Johannem Esṭunâyâ una cum antiquissimis grammaticis Mar Aḥudemmeh et Josepho Huzita tanquam Graecorum pedisequum recenset, quod post Jacobum Edessenum eo tempore, quo grammatica syriaca condita erat, vix quadraret, quum nemo a vestigiis Jacobi recedere posset, qui opus eximium in locum compendiorum graecorum invexit. Sed eandem ob rationem ne Jacobi Edesseni quidem coaevum puto fuisse Johannem Esṭunâyâ, sed ante eum floruisse et antiquissimis apud Syros scriptoribus de re grammatica adnumerandum esse conicio.

Medio igitur hoc tempore, de quo agimus, grammatica syriaca

1) Elias von Tirhan Gram. ed. Baethgen p. 32 l. 15.

2) Exstat hoc fragmentum fol. 65b et docet omnia nomina activi simul et passivi sensus plerumque(!) esse masculina, contra quod Johannes bar Zuʿbi longa disquisitione pugnavit. Haec sunt verba: ܡܫܠܡ ܝܘܚܢܢ ܐܣܛܘܢܝܐ:
ܟܠܗ ܕܐܡܪ. ܕܫܡܗܐ ܟܠܗܘܢ ܕܡܫܘܕܥܝܢ ܥܠ ܡܥܒܕܢܘܬܐ ܘܚܫܐ ܐܟܚܕܐ
ܐܟܢܘܢ. ܘܐܝܟ ܐܢܬܘܬܐ ܡܢܗܘܢ ܠܡܫܘܕܥܘ. ܐܝܟ ܟܠܗ ܦܘܪܫܐ.
ܕܟܪܝܐ. ܡܘܕܝܐ. ܚܫܐ. ܐܡܪ ܟܠܗܘܢ ܟܠܗ ܫܡܗܐ ܕܡܫܘܕܥܝܢ ܡܥܒܕܢܘܬܐ
ܘܚܫܐ ܐܟܚܕܐ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒܐ ܕܟܪܝܐ ܐܢܘܢ܀

exculta non est et vix ea ejus condicio servata est, quae Jacobi Edesseni laboribus debebatur, quod quum eam ob causam factum esse videtur, quia Jacobi opus illa aetate superari non poterat, qua ars linguas comparandi nondum erat inventa, tum quia viri docti, qui eum secuti sunt, magis occupati erant conscribendis glossariis et condendis lexicis[1]) quam expolienda grammatica. Quae vero illius aetatis fuerit doctrina grammatica jam videamus.

Grammaticum Syrorum studium e duobus fontibus profectum esse ex iis, quae in hocce opusculo exposuimus, intellegitur. Primum enim magistri, qui recitationem librorum sacrorum docebant, regulas scribendi et legendi condiderunt, unde profecta est doctrina de punctis et vocalibus, quae doctrina tota Syrorum ingenio debetur. Deinde vero etiam fuerunt, qui grammaticam graecam (Dionysium et Theodosii canones) in Syriam introduxerunt, e qua Syri partes orationis et flexiones verborum et nominum didicerunt, syntaxin vero, si Honainum exceperis, nemo Syrorum curavit, nisi quod observationes quasdam de particulis litteris mandaverunt. Honainus vero de praedicatis et de protasi et apodosi scripsit teste Elia Tirhanensi Cap. 18. Utramque rem, et doctrinam de punctis et vocalibus, et doctrinam de partibus orationis et de flexione conjungens Jacobus Edessenus grammaticam syriacam, quae hoc nomine digna est, condidit, nemo vero ante Johannem bar Zuʿbi circa 1210 vestigia ejus est secutus, ita ut per quinque saecula doctrina grammatica incrementum haud ceperit. De flexionibus enim nominum et verborum ii, qui Jacobum secuti sunt, non egerunt (et verbi quidem indolem nemo Syrorum unquam intellexit), sed potius quae de punctis et accentibus in scholis tradebantur iterum iterumque decantabant. Id quod ex grammaticis opusculis intellegitur, quae inde a saeculo nono exeunte usque ad tempora Johannis bar Zuʿbi composita sunt, quae jam sumus descripturi.

Tres vero sunt libri, qui tractandi videntur, 1) Codex nestorianus „masorethicus" Musei Brittanici anno 899 exaratus a Babaeo in Monasterio Mar Gabriel prope urbem Ḥarran, Wright Catal. I, 101, cui similis est Codex jacobiticus, saeculi noni vel decimi Wright l. l. 108. 2) Eliae bar Šinâyâ Nisibeni grammatica ܬܘܪܨ ܡܡܠܠܐ Cod. Mus. Britt. Add. 25, 876 Wright l. l. III 1175, 3) Josephi bar Malkon episcopi Maridinensis Rete punctorum ܡܨܝܕܬܐ ܕܢܘܩܙܐ, in eodem codice servatum Wright l. l. III 1177, 8.

1) Glossographorum hic fere est ordo: I, 567 p. Chr. Marwazâyâ; II, Saec. VI Glossarium anonymum p. 4 explicatum, Wright Catal. 802 b; III, ante annum 870 Gabriel Boḥtîšoʿ. IV, c. 880 Bar Ali. V, 900 Sgrošgwai. VI, Bar Bahlûl c. 960. — Sed quonam tempore floruit ʿAnânîšoʿ?

Caput VIII.

De Elia Nisibeno, Josepho bar Malkon et codicibus masorethicis.

Elias bar Šinâyâ natus anno 975, in conventu Sti Michaelis prope urbem Mosul monachus sub abbate Joanne claudo, presbyter consecratus est a Nathanaelo episcopo Šennae, qui deinde sub nomine Joannis V 1001—1012 catholicus factus est. Postquam in conventu Simeonis, ad Tigridem Šennae opposito, degit Elias, anno 1002 episcopus Beth Nuhadrae factus, anno 1008 exeunte ad dignitatem metropolitae Nisibeni evectus est. Catholici sequentis Joannis bar Nazol 1012—1020 amicus fuit, contra Išoʿjabum bar Ezechiel 1020—25 vero litigavit. Insequentem Catholicum Eliam I (1028—1049) vita excedens post 1049 mortuus est. Ita vitam Eliae Wrightius descripsit (Encyclop. Britannica sub Syriac. Litter. p. 850) hauriens ex Rosen Catal. Mspt. Mus. brit. p. 89 Col. 2, Baethgen Fragmente syr. und arab. Historiker p. 101, 103, 104 = 151, 152, 153, Barhebr. Chron. Eccl. II 261, 281, 283, Ass. B. O. II 444, 447, III. I 266, 272; Cardahi in libro Thesauri p. 84 Eliam anno 1056 mortuum esse dicit.

Eximium viri ingenium laudibus extulit Ebedjesu Ass. B. O. III. I 268, qui et ipse opus ab Elia de divisione haereditatis arabice conscriptum sui de eadem re operis fundamentum esse declarat, quod ex lingua arabica in syriacam translatum totum in librum suum receperit. Collectionem canonum Synodicorum Eliae, cujus pars tertia haec de divisione disputatio, edidit A. Mai in Scriptorum veterum nova collectione Vol. X et V, 54, 220.

Quibus laudibus Eliam dignissimum fuisse quum res in regenda ecclesia gestae, tum libri ab eo conscripti uberrime probant. Non enim jus canonicum tanquam homo umbratilis perquisivit, quod eum fecisse ex collectione canonum ab ipso composita intellegitur, verum etiam fortiter sed irrito ad normam juris restitit perversis Išoʿjabi conatibus, qui aulicos Bagdadenses corrumpens, Simoniacus sedem patriarchalem obtinuit inde ab anno 1020 usque ad mortem 1025 [1]). Idem etiam contra Muhammedanos christianae religionis veritatem defendens cum Abu'l Qâsim Elḥosaino septem sessionibus anno 1026 disputavit, viro illa aetate celeberrimo [2]). Neque minus gregis christiani curam gerens de symbolo Nicaeno commentatus est et librum apologeticum edidit, quo fidem christianam argumentis demonstrare conatus est (Kitâb elburhân fî taṣḥîḥ el'imân [3]).

---

1) Epistola Eliae de Jesujabi ordinatione ad Bagdadenses data exstat in codice Vaticano CXXIX (Catalog. III 191). Assem. B. O. III, I, 272.

2) Ibn el Athir IX 233, 255. Ass. B. O. III, I, 270 sq.

3) Germanice edidit L. Horst Des Metropoliten Elias von Nisibis Buch vom Beweis der Wahrheit und des Glaubens Colmar 1886.

Denique disquisitiones dogmaticas de trinitate et unitate atque commentationes ethicas de castitate (fî faḍîlet el ʿafâf) et de pellenda maestitia (Kitâb el maʿûnet ʿala dafʿ el hamm) conscripsit. Imo hymnos edidit artificiose compositos, in libros Nestorianorum liturgicos receptos [1]). V. Cardahi Liber Thesauri p. 83.

In omnibus hisce opusculis aeque syriacae atque arabicae linguae facultatem monstravit, ita ut antiquissimis Syris adnumerandus videatur, qui arabice libros ediderunt, quemadmodum et coaevus Eliae Nisibeni, Elias Tirhanensis, linguae arabicae studio delectatus est, de quo infra agendum erit. Sermones vero et Chronicon, cujus particulae quaedam ab editoribus Chronici ecclesiastici a Barhebraeo compositi typis divulgatae sunt, et cujus fragmenta Baethgen publici juris fecit [2]) syriace scripsit. Haec vero qui reputat, intelleget Eliam non esse hominem umbratilem, qui minutiis grammaticis delectetur, sed virum in rebus agendis acrem et industriosum, qui grammaticam conscribens opus tironum usui destinatum elaboravit, quibus Jacobi Edesseni liber erat nimis amplus et copiosus. Id enim episcopi officium jure habetur, scholis clericorum adjumenta litteraria exhibere, e quibus adolescentes linguam ecclesiasticam addiscant, quae vitae communis lingua esse paullatim desinebat. Quodsi enim saeculo nono glossaria compilata sunt, quibus vocabula syriaca arabice explicantur, alia hujus rei causa non esse potuit, quam desuetudo, in quam lingua Syriaca paullatim cecidit imprimis apud nobiliores homines, qui Arabum elegantiam aemulabantur. Itaque hoc fuit Eliae Nisibeni studium, ut cognitionem patriae linguae in grege suo servaret, quem in finem celeberrimum illud glossarium concinnavit, quod a Thoma a Novaria jam anno 1636 editum est [3]). Hanc rei condicionem ipse in praefatione Glossarii declarat, in qua adolescenti cuidam scribit: انك التمست ايها الولد العزيز ان اجمع لك كتابا متضمنا معرفة اللغة السريانية بالقول الوجيز فاسعفتُكَ بتاليف هذا واوردت فيه الفاظا يستعان بها على المكاتبة والخطاب الخ. Adolescens igitur ille librum ad discendam linguam syriacam optabat, et Elias hoc in negotio eum

---

1) Wright in Encycl. brit. l. l. codices enumeravit hos: Cod. Vat. XC (Catal. II, 487) Nro. 13, 15, 17, 18; Cod. Vat. XCI (Catal. II, 491) Nro. 12, 14, 16, 17; Cod. Sachau Berolin. 64, 10.

2) Baethgen Fragmente syrischer und arabischer Historiker in Abhandlungen für die Kunde des Morgenlandes Vol. VIII, 3. Lipsiae 1884.

3) Thesaurus Arabico-Syro-Latinus Romae 1636. Nuper Lagardius glossarium litteris hebraicis Syriaca reddens secunda vice expressit in Praetermissorum libris II, 1879. — Ceterum Thomae editionem multis scatere mendis, inde exortis, quod ordo columnarum in imprimendo turbatus est, Moellerus Gothanus docuit in dissertatione, cui inscripsit: Ueber den syrischen Nomenclator des Thomas a Novaria. Eine Abhandlung der Engelhardt-Reyher'schen Buchdruckerei zugeeignet von Dr. J. H. Möller Gotha 1840.

adjuturus glossarium compilavit, cujus ope et epistolae et allocutiones possent componi. Ultimo denique capite vocum significatione diversarum scriptura similium (ܕܡܫܚ̈ܠܦܐ) post priorum grammaticorum conatus amplam collectionem exhibuit. In recensendis verbis (Cap. XXVIII) Imperativos loco Perfectorum enumerat eorumque flexionem et aspirationem dissertatione grammatica explicat, quia eorum usus sit frequentissimus, atque reliquae formae ab Imperativo facili negotio possint derivari [1]), ita ut et hac in re usus practici maxime habuerit rationem. Simplicissima denique et solis discipulis destinata est ejus grammatica, de qua mox agendum.

Cum hoc opusculo vero conjungendum est Rete punctorum Josephi Bar Malkon, episcopi Maridinensis, quod cum Eliae grammatica saepissime ad litteram convenit, Gottheil Elias p. 38*, et quod Londini in Cod. Mus. Britt. 25876 servatum est (Wright Cat. III 1177 Nro. 8) et Romae in codice Ecchellensi 27 (Ass. B. O. III, I 308). Versatur enim totum fere opus in accentibus et punctis, uti et Eliae grammatica. Josephum hunc Bar Malkon eundem esse censet Martinus [2]) qui dicitur Jesujab bar Malkon,

---

1) Dicit ينبغي ان تعلم ان . . . فعل الامر انما اقتصر على ذكره دون باقي الافعال الانواع الاخر لكونه يستعمل كثيرا دون غيره وقد يمكن ان تستنبط منه ذو الفطنة الودعية باقي الافعال الانواع الاخر.

2) Martin De la métrique chez les Syriens p. 70. Sed esten Josephus idem quod Jesujab, an mutavit nomen quum ad sedem Metropolitae Nisibeni eveheretur, qui antea fuit Episcopus Maridinensis? Assemanius in notis ad Ebedjesu catalogum p. 295 Rete punctorum non attribuit Jesujabo Bar Malkon, neque locum Severi Martinus recte interpretatus est. Legitur enim in omnibus Codicibus Pluralis vocis ܕܢܘܩ̈ܙܐ etiam in iis, qui ܕܢܨܝ̈ܒܝܐ exhibent, quod metro vetatur. Itaque locus, quem edidi p. ܩܗ l. 10 non potest reddi: Quant au Filet des Points du Nisibite (Bar Malkon) sed potius: Rete Punctorum Nisibenorum, i. e. apud Nisibenos usitatorum. Ceterum re vera l. l. laudato Jacobus Tecritensis, opusculum nostrum respexit. Wrightius (Encyclop. Brit. Syriac Litt. p. 852) Martino assentitur, provocans ad notam codicis Mus. brit. Add. 25, 867 in ipsius Catalogo p. 1178 edita, ubi legitur: ܫܠܡ ܡܐܡܪܐ ܕܒܠܐ ܢܘܩܙܐ. ܕܥܒܝܕ ܠܡܪܝ ܝܫܘܥ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܢܨܝܒܝܢ. ܕܡܬܟܢܐ ܒܪ ܡܠܟܘܢ. ܗܘ ܕܗܘܐ ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ ܕܢܨܝܒܝܢ. Quodsi rectum est, Bar Malcon esset idem qui Jesujahb Nisibenus. Locum ex Rete punctorum p. ܩܗ l. 10 Wrightius legi jubet ܕܢܨܝ̈ܒܝܐ, quod vertit „episcopus Nisibenorum“. At obstat metrum.

inter cujus opera quaestiones grammaticae enumerantur, quod in medio relinquimus, hoc contenti, ut statuamus, tractatum hunc versibus conscriptum temporibus Eliam Nisibenum secutis tribuendum esse, iis scilicet quibus grammatici coeperunt discentium memoriae consulentes, res grammaticas versibus comprehendere, quo facilius possint edisci. Quod inter Syros Johannus Bar Zuɜbi et Barhebraeus Saec. XIII fecerunt, postquam apud Arabes Alḥariri † 516 Heg. et Ibn Malek † 672 Heg. grammaticam versibus composuerunt[1]). Bar Malkon, quum a Jacobo Tagritensi commemoretur, saeculo XII exeunti vel XIII tribuendus videtur.

In describenda hujus aevi grammatica Eliam secuturi sumus, cujus Grammaticam docte edidit et illustravit Ricardus Gottheil[2]). Addemus ea, quae ex aliis libris excerpsimus. Postquam de litteris disputavit loquitur de 'å𝜗wå𝜗å mettẹzîɜånyå𝜗å i. e. de consonantibus, quae vocali instructae sunt, quarum apud Arabes tria genera esse dicit (a. i. u.) Syri occidentales quinque generibus utuntur, nos vero (Nestorianus loquitur) orientales in septem genera eas distribuimus. Quae sunt:

1) zẹqîφå𝜗å i. e. vocali å instructae consonantes uti 'Åleφ et dålaϑ vocis 'ådåm.

2) rẹβîṣå𝜗å uti ḥ vocis ḥilmå.

3) pẹ𝜗îḥå𝜗å uti ɜ vocis ɜaφrå.

4) hånên daqẹδåm rẹwîḥå𝜗å sicut ' vocis 'o (ܐܘ) et k vocis 'arkona (ܐܪܟܘܢܐ).

5) hånên daqeδåm 'alîṣå𝜗å sicut n vocis nurå (ܢܘܪܐ) et š vocis šûrå.

6) hånên daqẹδåm massẹqå𝜗å uti ' vocis 'il (ܐܝܠ) et b vocis bil (ܒܝܠ).

7) hånên daqẹδåm ḥeβiṣå𝜗å uti ' vocis 'iδå et d vocis zadîqå. 'Aliṣå𝜗å et rẹwîḥå𝜗å pertinent ad consonantem waw, massẹqå𝜗å et ḥeβisåϑå vero ad Yuδ. Cf. etiam Elias p. ܠܒ. Signum zẹqåφae dicitur šišlå δalẹɜel. Signum rẹβåså dicitur šišla δalẹ𝜗aḥt. Gottheil p. ܛ, 12.

Facilius legeretur ܡܪܝܒܐ ܕܡܘܣܐ ܘܙܒܝܠܐ, at codices omnes habent Ribbui. — Jesujahb 1190 episcopus Nisibenus ordinatus intra annos 1226—1256 mortuus est. Barhebr. Chron. eccl. II 370[4] et Wright. l. l.

1) Hadji Chalfa VI, 110, I, 407.

2) ܬܘܪܨ ܡܡܠܠܐ ܣܘܪܝܝܐ A treatise on Syriac Grammar by Mar Elia of Sobha Berolini 1887.

Quo cum catalogo vocalium non convenit Josepho bar Malkon[1]), qui vocalis *i* non duo sed tria genera distinxit. Dicit enim o c t o esse signa vocalium (nuqze ðezauðâ) 1 zeqâφâ, 2 peϑâhâ, 3 ܙܠܡܐ ܕܦܫܝܩ zelâmâ ðapešîq, 4 ܙܠܡܐ ܕܩܫܐ zelâmâ ðaqeše, 5 reβâsâ, 6 rewâḥâ, 7 ḥeβâṣâ, 8 'assâqâ.

De zeqâφâ, peϑâhâ et ḥeβâsâ (î) nihil monendum est, nec de rewâḥâ, quod est o (ܘ), aliquid addendum videtur. Verum reβâṣâ apud Josephum est u (ܘ), quod Elias appellavit daqeðâm 'alîṣâϑâ. Itaque ܘ in ܟܘܪ̈ܐ est reβâṣâ, sed ܘ in ܠܒܘܫ est rewâḥâ.

Quae de vocali *i* censet, ita se habent: Si duo (puncta) infra in ordine (ponuntur), est zelâmâ pešîqâ[2]) ex. c. ܐܪ̈ܙܐ, contra exemplum zelâmae ðaqeše est ܐܬ̈ܐ, exemplum 'assâqae vero ܣܝܡ, quae vocalis etiam dicitur ܚܒܘܨܝܐ.

Ex hoc doctorum de vocali *i* dissensu explicatur confusio scribarum, qui varios sonos hujus vocalis non bene distinguunt. Cf. Grammatica mea p. 30, 2.

Pergit Elias Nisibenus exponere discrimen inter consonantes radicales (gensânâyâϑâ) et serviles (mettausqφânyâϑâ). Inter has quaedam sunt ex consuetudine additae, quarum duo genera distinxit, eas scilicet quae in universum solent addi ab omnibus (gawwânâyâϑâ), et eas quae in sacra scriptura specialiter addi solent (îḥiðâyâϑâ)[3]). Alterum genus efficitur consonante y, quae secundum mentem et consuetudinem antiquorum scribi solet in ܐܬܡܠܟ, ܐܬܛܠܡܝܢ, ܡܫܡܠܟ, ܪܗܘܡܝܢ, ܐܬܗܘܟܢ. Quae vero de altero genere dixit hoc loco transcribenda videntur: Cod. M. Brit. Add. 25876 fol. 7a

ܡܬܬܘܣܦܢܝ̈ܬܐ ܕܝܢ ܫܒܝܚܬܐ ܐܝܠܝܢ ܗܢܝܢ ܐܝܟ ܕܩܪܝܢ ܒܟܬܒ

ܒܟܬܒܐ ܕܟܠܗ ܡܬܬܘܣܦܢ. ܐܝܟ ܗܠܝܢ ܘܗܘ[4]) ܕܬܟܬܒܢܝ ܘܟܬܒܢܝ:

---

1) Cod. Mus. Britt. Add. 25876 fol. 278a.

2) Textus: ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܠܡܠܐ ܒܟܬܝܒܬܐ ܙܠܡܐ ܦܫܝܩܐ ܗܘ. Deinde de assâqâ dicit ܘܐܢ ܒܬܘܪܐ ܦܫܝܩܐ ܗܘ ܗܘܐ ܡܛܠ ܢܦܩ ܐܣܩܐ ܗܘ ❖ Deinde fol. 278b addit: ܘܐܣܩܐ ܠܘܬ ܡܕܢܚܝܐ ܗܟܢ ܒܫܪܝܪܐ ܡܬܩܪܐ.

3) Elias ed. Gottheil p. ܡܐ, l. 11.

4) Gottheilii editio praebet ܕܟܬܒܝܢ ܣܠܩ et ܪܟܒ ܣܠܩ, quibus addit exemplum tertium ܘܩܡܘ ܣܠܩ.

ܗܟܢ ܕܟܬܒܐ ܕܝܘܢܝܐ ܟܬܒ ܒܠܚܘܕ ¹)ܡܬܬܘܣܩ: ܠܟܘܠ ܚܕܐ ܕܡܦܫܩܢܐ ܚܢܢ ܦܠܣܛܝܢܝܐ: ܗܟܢ ܕܟܠܗ ܠܟܬܒܐ ܩܕܝܫܐ ܠܠܫܢܐ ܡܦܫܩܝܢ ²) ܘܐܟܬܒܘ ܗܘܘ ܠܚܝܬ ܘܠܢܘܢ ܕܐܡܪܝܢ ܗܠܝܢ ܩܠܐ. ܐܝܟ ܕܐܝܬ ܠܡܐܠܦ ܡܢ ܟܬܒܐ ܥܬܝܩܐ ܕܡܠܦܢܐ ܥܒܪܝܐ: ³)ܐܝܠܝܢ ܕܒܠܫܢܐ ܣܘܪܝܝܐ ܦܠܣܛܝܢܝܐ ܡܡܠܠܘ ܘܟܬܒܘ. Palaestinenses igitur doctores sacram scripturam syriace enarrasse putavit Elias, qui quum ḥ et n vocis ḥenan distincte pronuntiare solerent (ita enim tåβšîn vertendum videtur cf. supra p. 106, 25, ubi de pronuntiatione mutarum dura adhibetur[4])) hasce consonantes etiam scripserint, quod ex antiquis codicibus doctorum hebraeorum cognosci posset, qui dialecto syriaca et quidem palaestinensi utebantur loquentes et scribentes. Sane locus omni numero memorabilis! Primum enim de origine versionis Syriacae librorum sacrorum opinionem profert reliquis Syris inauditam[5]), qui nihil nisi fabulas aniles de interpretatione Scripturae venditant, deinde codicum testimonium in censum vocat, qua in re dubium non est, quin Saec. XI ineunte codices exstiterint longe antiquiores, quam ii quibus nostra gaudet aetas. In eo vero certe errat Elias, quod solis Scripturae sacrae codicibus scriptionem vocis ḥenan post participia tribuit, quae et in codicibus Edessenis antiquissimis (Eusebianae historiae ecclesiasticae codicem dico Petropolitanum anno 462 exaratum) usu venit, et in Talmude hierosolymitano vice versa non adhibetur. De dialecto syro-palaestinensi sive hierosolymitana Elias non agit, nam quod dixit ad antiquissimos librorum sacrorum interpretes referendum est. Potestne cogitari de Targumistis, quorum labores Syriaci veteris Testamenti interpretes adhibuerint?

Pergit deinde disserere de Jacobo Edesseno, qui eo consilio ܡܢܝܢ ܚܢܢ pro ܡܢܝܢܢ scribendum esse docuerit, ut distinguatur a

1) Gottheil ܡܦܫܩܝܢ.

2) Gottheil ܒܗܝܢ ܘܐܟܬܒܘ.

3) Gottheil ܐܝܠܝܢ ܗܘܝ ܠܘ ܕܒܠܫܢܐ ܦܠܣܛܝܢܝܐ omisso ܣܘܪܝܝܐ et ܘ.

4) De litteris pronuntiandis quidem at non necessario scribendis adhibetur tg̱βaȝ a Severo p. ܟ l. 9.

5) Repeto locum Theodori Mopsuesteni, quem in libro meo, cui inscripsi Die Prophetie des Joel und ihre Ausleger Halle 1879 p. 125 primus indicavi. Dicit enim ille Syrorum adversarius: ἡρμήνευται δὲ ταῦτα εἰς τὴν Σύρων (γλῶσσαν) παρ' ὅτου δήποτε, οὐδὲ γὰρ ἔγνωσται μέχρι τῆς σήμερον, ὅστις ποτὲ οὗτός ἐστιν. Quodsi Eliae opinio recta est, argumentum iis praebet, qui Christianis e Judaeis ad fidem conversis originem Interpretationis simplicis attribuunt.

nomine ܡܶܢܝܳܢ et a verbo ܡܰܢܝܳܢ, quam Jacobi opinonem et Severus in editione nostra p. ܘ l. 8, ܡܝ l. 6 recensuit. Ipse Elias hanc sententiam respuit. Cf. supra p. 47, 7.

Sequitur in grammatica Eliae dissertatio de ܡܦܩ̈ܬܐ, casibus, i. e. de particulis ܒܕܘܠ, de quibus Severus egit p. ܝܒ l. 6. Vocalismus harum particularum earumque vis aspirandi et indurandi discipulis Clericorum admodum difficilis videtur fuisse, nam et in Codicibus Masorethicis separatim de iis agitur (Wright Catal. I, 105). Fuse de iis agens Elias sub finem addit, esse in Scriptura voces aliquas, quae legem generalem non sequantur. Sunt vero voces hae ܒܫܦܠ, ܒܗܘܕܪܐ, ܡܛܐܐ[1], ܒܗܘܕܪܝܐ, ܕܢܓܝܐ, quae cur a lege recedant, in aprico esse confirmat. Legendum esse docet ܕܒܫܦܠ, ܘܒܫܦܠ, ܕܒܗܘܕܪܐ, ܕܒܗܘܕܪܐ, ܘܒܗܘܕܪܐ, ܕܒܗܘܕܪܝܐ, ܠܒܗܘܕܪܝܐ, ܕܒܗܘܕܪܝܐ, ܕܡܛܐܐ, ܠܡܛܐܐ, ܘܡܛܐܐ, ܕܒܢܓܝܐ, ܘܕܢܓܝܐ, ܠܢܓܝܐ. Quanta vero diligentia Syri, Rabbinorum quasi aemuli, ad has res adtenderint, docet ultima Eliae observatio, qua tradit uno loco in Scriptura ab hac lege esse recedendum Hos. 12, 2. Verba rabbinica micrologia digna haec sunt: [ܕܒܫܡܐ ܕܢܓܝܐ] ܦܣܩܝܢ ܠܡܦܩܬܐ ܕܩܕܡ ܕܠܡ ܐܠܐ ܠܐ ܟܣܝܐ ܕܩܕ: ܕܟܘܦ ܡܦܩܝܢ ܠܡܦܩܬܐ ܕܩܕܡ ܕܠܡ. ܘܐܠܗܘܦ ܟܣܝܐ ܕܐܦܟܝܐ[2] ܕܗܘܦܟܐ ܘܐܠܗܘܗܝ ܦܠܓܐ ܗܘܐ ܗܘܟܐ[3] ܘܕܢܓܝܐ ܢܩܡ ܐܠܗܘܝܐ ܟܒܝܗ ܒܝ ܡܟܐ ܗܘ[4] ܕܩܕܡ ܕܢܓܝܐ܀

Hanc micrologiam in grammatico observantes non mirabimur, lectores eorumque magistros, Syris maqrẹyâne dictos, in adnotationibus masorethicis minima quaeque curare, qui jubent, quae littera non sit proferenda, (ܦܘܟܒ) et quae sit vocali instruenda (ܗܘܝܚ), quae sine vocali legenda (ܠܐ ܬܗܘܐ) Wright Cat. I 103 sq.

1) Ceterum cum ܡܛܐܐ et ܟܛܐܐ proferri debuisset, quia ܟܛܐܠܗ legitur. Martin Journ. as. 1869 Oct. p. 247. 2) Gottheil ܕܐܦܟܝܐ. 3) Gottheil ܘܕܢܓܝܐ male. 4) Gottheil ܕܩܕܡ ܕܠܡ ܕܕܢܓܝܐ.

Quum vocalismus particularum ܒܕܘܠ aspirationem sequentium bgdktp afficiat, Josephus bar Malkon earum naturam in eo capite describit, quo de punctis rukåχa et qušåya agit, quae apud Eliam capite speciali tractantur. Ex quo haec notanda videntur: Fol. 10 a = Gottheil p. ܦ l. 13.

1) Taw quiescens ante ϑ vel δ positum post particulas ܒܕܘܠ indurescit. Itaque legendum est ܘܬܕܘܢ, ܘܬܕܘܪ, ܒܬܕܒܪܐ, ܘܬܬܘܒ. Exempla eadem sunt quae et Severus p. ܟܘ l. 5 protulit.

Taw motum vero adspiratur ܘܬܕܡܪܬܐ.

2) Dåleϑ relativi post conjunctionem w a, sive aliam Particulam ex ܒܕܘܠ positum, si sequitur ܕ vel ܬ indurescit, itaque ܘܕܕܡܐ = wadeδåme, ܘܕܬܕܥܘܢ = wadeϑedeʿon. Eadem exempla habet Severus p. ܟܘ l. 11.

Si vero prima vocis littera ܕ vel ܬ est quiescens, post Daleϑ relativi ponitur rukåχå: ܘܕܬܓܘܬܐ = weδaϑewåϑå, ܘܕܬܓܝܒܘܬܐ = weδaϑeyåβûϑå, ܘܕܕܓܝܣܐ = weδaδeyåṣå. Cf. Severum p. ܟܘ l. 14.

Quae hic Elias docet latius patent, neque restringenda sunt ad voces a *d* et *t* incipientes, totam igitur legem euphonicam non perspexit, de qua vide Grammaticam meam I p. 70.

3) Accuratius de ܬ primae personae agendum est, de cujus aspiratione in varias sententias abierunt doctores, qui analogia fallaci pellecti legem orthoepicam fundamentalem corruperunt. Docet enim Elias fol. 12 a ante suffixa positum ܬ primae personae masculinae (sic!) esse durum, ita ut legi debeat ܒܪܟܬܟ bareχtåχ, ܡܫܚܬܗ mešaḥteh. Si vero ante ܬ est vocalis î, aspirandum est ϑ, quemadmodum legitur ܣܢܝܬܟ seniϑåχ, ܣܢܝܬܗ seniϑeh. Quibus expositis ita pergit: ܣܘܢܝܐ ܕܝܢ ܐܝܬܝܐ ܒܟܬܒܐ ܕܗܘܩܪܐ[1]) ܡܠܟܐ. ܕܒܗܘܢ ܬܐܘ ܕܗܘܐ ܦܢܘܩܐ [ܡܣܝܡܐ] ܡܬܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܕܢܬܐܡܪܘܢ[2]). ܘܒܡܫܪܐ ܕܡܠܬܐ ܠܐܝܬܐ ܗܘ ܗܘܐ ܡܬܪܝܡ. ܒܗܘ ܕܡܠܐ

1) Gottheil p. ܟܘ, 15.

2) Cod. ܢܬܐܡܪܘܢ; deinde Gottheil ܡܠܬܐ ܘܒܡܫܪܐ male.

ܘܐܡܪܝܢ. ܕܝܚܝܕܐ. ܘܦܫܝܛܐ. ܘܦܫܝܩܐ ܡܬܟܬܒܝܢ ܠܗܘ. ܘܐܝܟ ܕܐܝܟ ܟܕ ܐܘܦܣܛܐ ܡܬܟܬܒܐ ܠܬܡܢܐ. ܐܟܢܐ ܕܐܝܟ ܠܗ ܕܦܬܓܡܐ ܐܣܬܐ. ܠܗܘܐ ܕܡܬܡܪܢܐ ܟܕ ܡܬܟܬܒܐ ܐܣܝܬܐ: (1) ܘܗܘܒܘܬܐ ܗܘܐ ܕܐܬܐ ܒܗܕܐ ܐܣܬܝܬܐ܀ ܐܟܘܬܐ ܕܝܢ ܦܬܓܡܐ ܢܬܟܬܒܘܢ (2) ܕܬܬܡܪܐ ܠܗ ܕܡܬܟܬܒܐ ܕܟܠ ܦܬܓܡܐ ܩܕܡܝܐ ܕܟܬܝܒܐ. (3) ܘܐܦ ܦܘܫܐ ܡܕܡ ܕܬܬܐܡܪ. ܐܟܢܐ ܕܡܬܡܪܢ ܠܒܘܩܕܢܝܢ ܕܡܬܟܬܒܐ ܟܘܬܝ: ܡܢ ܠܒܘܩܕܢܝܢ ܢܡܬܩܢܬܐ [Cod. ܢܡܬܩܢܬܐ]. ܐܝܟ ܗܢ ܕܩܒܠܬܗ ܐܢܐ. ܡܢ (4) ܘܩܒܠܬܗ ܗܝ. ܘܫܩܠܬܗ ܡܢ ܫܩܠܬܗ. ܘܢܣܒܬܗ ܡܢ ܢܣܒܬܗ. Patet in ultimis exemplis formas qušâyâ instructas ad primam personam esse referendas ܩܒܠܬܗ, ܫܩܠܬܗ, ܢܣܒܬܗ sunt accepi eum, portavi eum, sumsi eum, e contrario formae nullo signo distinctae re vera ornandae sunt rukâχâ ܩܒܠܬܗ, ܫܩܠܬܗ, ܢܣܒܬܗ accepit illa eum cet. Hanc rei condicionem etiam Josephus bar Malkon tradit versibus hisce: fol. 285 b—287

ܘܕܝܠ ܕܠܗ (5) ܕܢܣܒܐ ܠܟܠܬܐ ܒܣܪܐܗ ܠܟܠܬܐ ܐܢܬܝ܀
(6) ܐܘ ܠܐܬܐ ܗܝ ܕܝܗܒܬܗ (sic) ܘܐܡܝܢ ܡܬܟܬܒ܀
ܐܘ ܠܚܠܦ (7) ܢܩܒܐ ܗܝ ܕܦܬܓܡܗ ܕܐܬܐ ܘܟܠܐ ܡܦܩܝܢ܀
(8) ܐܘ ܠܚܠܦ ܢܩܒܐ ܗܝ ܕܦܬܓܡܐ ܩܕܡܝܐ ܘܐܢܬܘܢ ܬܐܡܪ܀

---

1) Gottheil ܗܘܒܘܬܐ ܗܘ.

2) Gottheil ܡܬܡܪܐ male.

3) Gottheil ܘܐܦ ܦܘܫܐ.

4) Hoc in exemplo Taw falso habet qušâyâ, quod delendum est. Secundum regulam propositam potius rukâχâ ponendum est, tertia enim persona feminini indicatur.

5) Gottheil p. 25*, 20 ܢܣܒܐ, deinde ܠܟܠܬܐ ܐܢܬܝ male.

6) Gottheil om. ܐܘ; deinde ܘܡܬܐܡܢ pro ܘܐܡܝܢ.

7) Gottheil ܢܩܒܐ ܠܘܬ, obstat metrum.

8) Gottheil ܐܘ ܠܚܠܦ, deinde ܕܦܩܕܬ ܦܬܓܡܐ, cui favet metrum.

ܘܠܐ ܠܗܘܐ ܠܗ ܒܚܝܪܐ ܕܡܠܬܐ ܡܢܗ ܢܬܒܥܐ. [1]

ܘܠܐ ܡܬܡܪܓܠܐ ܦܩܘܕ ܐܠܐ ܠܡ ܦܩܦܩܬܐ܀ [id est post ܝ]

ܘܗܠܝܢ ܐܝܠܝܢ ܕܢܦܩܢ ܦܘܪܩܢܗܘܢ ܒܟܝܢܝܐ [2] ܦܘܪܩܢܗ.

[3] ܦܚܡܗ ܙܘܓܐ ܕܡܩܒܠܐ ܐܘܟܠܝܗ ܡܢܝܗ܀

Hic quoque in exemplis, quae edita sunt uti in codice leguntur, confusio est, verum leges perspicuae proponuntur: 1 Taw secundae personae semper habet qušåyå, 2 Taw feminini tertiae personae semper habet rukåχå, 3 Taw primae personae post consonantes, *a* sine suffixis habet rukåχå, *b* cum suffixis habet qušaya, 4 Taw primae personae cum Suff. post î (ܠܡ ܡܣܩܬܐ) habet rukåχå.

Etiam Severus hanc rem tractavit, utramque proponens opinionem p. ܟܒ l. 5 sqq.

4) Sub finem monendum est de triplici ܦ. Est enim 1 ܦ cum rukåχå ut in ܢܦܫܐ, ܢܦܫܟܘܢ, ܢܦܫܗ, 2 ܦ paullulum et molliter induratum et (ܡܠܠ ܡܦܩܦܩܬܐ ܘܦܫܡܢܝܬܐ) uti in ܦܝܪܐ, ܦܬܘܪܐ, ܦܠܛܘܬܐ, quod genus ܦ ܦܫܝܩܐ appellat Bar Malkon, 3 est ܦ valde durum, uti in ܪܘܦܐ, ܫܪܦܐ[4], ܦܪܢܩܐ, cujus exempla apud Josephum bar Malkon sunt ܦܫܛܐ. ܦܪܢܩܐ. ܪܘܦܐ, qui hoc genus appellat ܡܦܫܬܐ. Ad hosce sonos distinguendos solam experientiam neque regulas valere ipse addit:

ܘܠܗ ܡܘܫܐ ܠܗܘܐ [5] ܒܪܘܡ ܐܢ ܝܠܦܗ ܒܡܫܡܥܬܐ.

Quae de ejus aspiratione leguntur apud Eliam haec sunt:

1) Nunquam ab initio neque in fine vocis ܦ est ܡܪܟܟܬܐ.

2) Post particulas ܒܝܕ ܘܠ eodem modo ܦ nunquam est ܡܪܟܟܬܐ nisi in paucis locis [6], uti Exod. 20, 25 ܒܦܣܠܬܐ.

---

1) Gottheil ܐܝܟ ܠܗܘܐ ܐܚܝܪܬܐ ܕܡܠܬܐ.

2) Gottheil in libro Mspt legit ܦܘܪܩܢܗ.

3) Gottheil ܦܚܡܗ ܙܘܓܐ ܡܩܒܠܗ ܐܘ ܐܟܠܗ ܡܢܝܗ.

4) Gotth. ܣܪܦܐ Seraphi (cf. p. 122, 8), quocum convenit Severus p. ܨܒ l. 18.

5) Gottheil p. 26*, 8: ܘܠܐ ܕܬܐܠܦܘܗ ܒܡܫܡܥܬܐ.

6) Legitur in codice ܐܠܐ ܐܝ ܒܪܥܬܐ ܕܢܬܐ, sed ܕܡܥܬܐ legendum esse putavi, quod re vera apud Gottheil ܟܒ l. 6 exstat.

3) Ubi ܦ est tertia radicalis, ante omnia suffixa personalia nunquam est ܡܪܟܟܐ sed semper dura in omnibus conjugationibus.

4) Nullum ܦ, quod vocali instruitur, est ܡܪܟܟܐ, sed ܦ sine vocali est ܡܪܟܟܐ.

5) Omne ܦ vocali instructum est durum et quidem aut molliter durum aut valde durum.

Quae sub 4 et 5 diximus ita expressit Elias: ܘܐܡܪ ܠܡܬܒܥ ܕܠܐ ܦܐ ܡܪܟܟܐ ܐܠܐ ܩܫܝܐ. ܘܟܠܗ ܦܐ ¹) ܡܬܬܙܝܥܢܝܬܐ ܐܠܐ ܡܩܫܝܬܐ ܦܫܝܛܐܝܬ ܐܘ ܡܩܫܝܐܝܬ, quae verba Severus p. ܟܗ l. 22, exscripsit, ubi cum Codice B secundum textum Eliae ܐ delendum est. Sed quamvis hi grammatici admodum severe hanc legem inculcent, Masorethae tamen ab ea recedunt, uti exempli causa ad textum ܒܢ̈ܝ ܩܦܪ in margine adnotant ܠܐ ܠܗܘܢܐ ܦ. Wright Cat. 104. En quam incerta et sibi opposita omnia in hac materia masorethica!

Sub finem deinde locum puncti in ܦ aspirato et in ܦ duro indicat et pergit: ܘܡܛܠ ܕܦܐ ܡܩܫܝܢܐ ܡܩܫܝܬܐ ܐܠܦܘܗܝ ܠܐܝܟ ܢܘܩܙܐ ܕܡܬܬܘܣܦܝܢ ܠܬܚܬ ܡܢܗ, quae verba in Severi textu l. l. desunt, quod ideo factum est, quia usus duplicis hujus puncti non ab omnibus recipiebatur, quum multi ܦ, ܦ et ܦ distinxerint, quod et Severus fecit.

Paucis verbis postquam tria haec ܦ distinxit, totam rem comprehendit Josephus bar Malkon:

ܘܠܐ ܡܪܟܟܝܢ ܠܗ ܐܬ̈ܘܬܐ ܕܒܘܠ ܐܝܟ ܕܠܗܘܢ܇ [ܒܢܝܓܬܐ]
ܐܠܐ ܒܡܘܬܒ̈ܐ ܐܝܟ ²) ܦܫܝܛܬܐ ܗܘܘܠܝܢ ܟܠܗܝܢ܀
³) ܘܠܐ ܡܩܫܝܢ ܠܗ ܐܬ̈ܘܬܐ ܕܐܡܝܢ ܒܒܠܘܥ ܩ̈ܠܝܢ܇
ܘܠܐ ܡܫܠܡܝܢ ܠܐܢܫ ܦܘ̈ܪܩܢܐ ܕܡܬܒܥܝܢ܀
ܦܐ ܡܪܟܟܐ ܡܢ ܟܠ ܦܘܡܗ ⁴) ܠܗܘܐ ܫܠܡܐ.
ܐܘ ܡܬܬܙܝܥܢܐ ܦܫܝܛܐ ܡܬܦܬܚܐ ܐܘ ܩܫܝܐ܀

1) Gottheil ordine inverso ܡܩܫܝܬܐ ܐܠܐ ܡܬܬܙܝܥܢܝܬܐ. 2) Gottheil ܕܦܫܝܛܬܐ male, cf. Exod. 20, 25. 3) Itaque legas ܡܩܫܝܢ, ܐܩܫܝܢ cet. Lex postulat ܐܬ̈ܘܕ cf. Gram. mea I p. 65 inf. 4) Gottheil ܗܘܐ ܠܗ ܫܠܡܐ metro postulante.

Quod de ܦܣܝܠܬܐ dicit ex notis masorethicis ad Exod. 20, 25 desumtum est, verum alii hanc pronuntiationem, quam et paucis aliis locis adhibendam esse Severus p. ܟܓ l. 21 docuit, non acceperunt, nam Barhebraeus Gram. metr. 335 contrarium commendat. Cf. Grammaticam meam p. 75. De triplici ܦ cf. Jacobum Edessenum p. 55. — Quod versu 3 docet gravissimum est.

Hic si magistrorum masorethicorum de ܦ altercationem habemus, alii et tria genera consonantis ܓ distinxerunt, et in voce ܓܐܝܘܣ id pronuntiationis genus durum adhibendum esse jubent, quod responderet ܦ durissimo in voce ܦܝܪܐ scil. *C*ajus. Sed haec lex Codici Jacobitico (Wright Catal. I, 111) debetur, et unius scholae usum inculcat, a quo aliae recedebant. Qua ex re intellegitur, hujusmodi minutias orthoepicas re vera ad grammaticam linguae syriacae non pertinere, sed scholarcharum tantum elegantias, ne dicam artificia, in iis esse quaerendas.

Sequitur apud Eliam caput de litteris occultandis, quod et apud Severum sequitur quaestionem de aspiratione. Inter utrumque prorsus convenit, nisi quod Severus quaedam addidit, ita ut singula recensenda non sint, nam qui legit Severum etiam Eliam legit. Quae p. ܟܘ Nota [3]), [4]) emendata sunt, ita apud Eliam habentur, uti scripsi, quod eam ab causam adnotavi, ut lectores etiam ab hac parte intellegant, Severi codices esse pessimos, ac non sine emendationibus edendos. — Neque etiam Josephi bar Malkon ratio est habendi, apud quem nihil me invenisse memini, quod non etiam apud Severum habeatur. Unum hoc vero ad confirmandum praeceptum Severi de puncto inferiore, quod vocalem abesse indicat p. ܡܒ l. 5, afferendum videtur, quod apud Josephum legitur hunc in modum:

ܐܠܐ ܠܐܡܝܢܐ. ܟܠܐ ܢܘܩܙ̈ܐ ܕܡܚܬܐ.

ܗܘ ܕܝܢ ܕܠܡܚܬܐ ܢܚܬ ܗ̄ܘ ܘܪܗܛ ܘܕܢܣܠ.

ܠܟܠܗ ܡܢ ܐܬܪܐ ܕܠܐ ܡܬܐܬܢܟ ܐܝܟ ܥܡ ܕܡܚܝܐ܀

Itaque inter varia puncta, de quibus agere instituit fol. 289 a, a quo quidem argumento paullulum evagatur res admiscens, quae illuc non pertinent [1]), recenset etiam:

---

1) Hoc enim loco agit, 1 de litteris radicalibus et servilibus = Elias p. 10 et Severus p. 12, 17, — 2 de litteris scriptis quidem sed non legendis, uti Olaf in ܚܝܐ, ܪ̈ܘܙܐ, quae ܡܬܛܫܝܢ dicuntur, = Elias p. ܟܓ, 6, Severus

Genus octavum: De punctis quietis. Hic vero, qui quieti (destinatus) est, unus est et locus ejus descendit [est] sub litteras non motas, uti (sub) ܫ vocis ܡܫܝܐ.

Usum hunc puncti inferioris in ipsorum codicum scriptura observatum primus docui in Grammatica mea p. 85. Fuere qui rem negaverint, jam auribus percipere possunt, quae oculi non perceperunt, indociles hac in re Herodoti discipuli, dicentis: *ὦτα τυγχάνει ἀνθρώποισι ἀπιστότερα εἶναι ὀφθαλμῶν.*

Sequuntur apud Eliam p. ܟܐ regulae orthoepicae de mutata propter varias concurrentes consonantium pronuntiatione. Idem etiam Josephus bar Malkon tradidit, ita ut utriusque grammatici leges conjunctim possint proponi, quae redeunt ad Jacobi Edesseni doctrinam p. 54 explicatam:

1) ܙ sine vocali ante ܟ et ܩ proferendum est tanquam ܣ.

Exempla: ܙܟܝܐ, ܙܩܦܐ, ܙܩܐ, ܓܙܩܬܐ.

2) ܣ sine vocali ante consonantem vocali et qušåya instructum legitur tanquam ܙ. Exempla: ܢܣܒܐ, ܐܣܓܝ, ܢܣܓܝ, ܢܣܓܘܪ, ܡܣܬܒܪܐ, ܢܣܒܠ al.

3) ܛ sine vocali ante ܫ legitur tanquam ܬ. Exempla: ܐܛܫܝܬܐ, ܢܛܫܘܢ, ܡܛܫܝܢܘܬ[1].

4) ܩ sine vocali ante consonantem vocali et qušåyå instructum legitur tamquam ܟ. Exempla: ܢܩܛܐ, ܐܩܛܦܪ, ܦܘܩܛܝܢ.

---

p. 24, 4, — 3 de litteris non scriptis sed legendis, ut Olaf ab initio vocabulorum ܒܪܟ, ܡܫܐ = Elias p. ܟܕ, 14, Severus p. 24, 15, — de litteris scriptis at non pronuntiandis, ut Olaf in ܐܢܫܝܬܐ, ܣܩܘܠܐ. quod a doctrina de furto ablatis (ܡܬܓܢܒܢ) male distinguitur, — 5 de servilibus i. e. ܡܫܬܡܫܢܝܬܐ. — Sequuntur observationes de litteris occultandis (ܡܬܛܫܝܢܬܐ) ut ܡܕܡ. ܢܢ, ܪܪ, ܬܬ, ܬܕ, ܛܬ, ܗ in ܗܘܐ. ܠ in ܐܙܠ. de quibus cf. Elias p. ܟܗ, Severus p. 24, 21.

1) Inversa ratione Hebraei הצטדק scribunt, et Syri ܐܙܕܕܩ.

5) ܕ durum sine vocali ante ܫ cum vocali legitur tamquam ܬ. Exempla: ܡܕܪܫܐ, ܡܩܕܫܢܐ [1]).

6) ܬ sine vocali ante ܦ medium cum qušāyā, quale est in voce ܟܬܦܐ, cf. p. 118, legitur tamquam ܕ. Exempla: ܢܬܦܚܘܢ, ܢܬܦܠܓ.

7) ܣ ante ܒ cum vocali legitur tamquam ܙ. Exempla: ܐܣܒܪܐ, ܣܒܪܐ, ܐܬܣܒܪܬ, ܐܬܣܒܪ, ܢܣܒܪ.

8) ܫ ante ܒ cum qušāyā forti, quale est in ܓܒܐ, legitur tamquam ܙ. Exempla: ܫܒܝܩܐ, ܫܒܝܩ ܚܛܗܐ. Hunc vero usum Josephus non agnoscit, qui non ܙ sed ܫ pronuntiari docet in ܫܘܒܩܢ ܚܛܗܐ et in ܫܒܩܬܢܝ. Alium dissensum vide in adnt. [1]).

9) ܨ sine vocali at cum rukāχā ante ܒ cum qušāyā legitur tamquam ܙ. Exempla: ܨܒܝܢܐ, ܨܒܘܬܐ.

10) ܚ ante consonantem vocali et qušāyā instructum profertur

---

1) In codice Bar Malconis exempla scripta sunt: ܡܕܪܫܐ, ܡܩܕܫܢܐ, et hoc Dolaϑ in Taw durum esse mutandum docetur. En Grammaticorum consensum! In Elia Gottheil edidit exempla ita: ܡܕܪܫܬܐ, ܡܕܪܫܬܢܐ, ܡܩܕܫܬܢܐ, quamvis codices B et C ܬ in vocibus omittant. Jam apparet, lectiones a Gottheilio propositas ex confusione duarum doctrinarum processisse, alii enim volebant ܡܕܪܫܐ, alii ܡܕܪܫܐ, unde omnium votis satisfaciens scriba fecit ܡܕܪܫܬܐ, et sic in reliquis exemplis, quod insulsum.

ut ܓ (ܐܝܟ ܓܡܠ ܕܐܪܡܝܐ). Exempla: ܢܩܛܘܠ, ܢܩܒܘܠ, ܢܩܘܦ. Hinc explicatur nota marginalis masorethica (Wright Catal. I, 104), qua ܩ in vocibus ܢܩܒܠ et ܐܬܩܛܠ tamquam ܓ, hoc est ܓ, pronuntiari jubetur.

Sequitur apud Eliam doctrina de Ribui, quod Syri ܡܪܒܝܢܐ dicunt, et observationes generales de conjungendis vocalibus cum consonantibus, quae hoc loco omittendae videntur.

Ultimo loco denique de accentibus primariis zaugâ, taḥtâyâ, ʿellâyâ, pâsoqâ agit Elias, quod hic repetere, postquam p. 71 accentus tractavimus, superfluum censeo. Ea tamen quae de samkâ addidit, quia accentus hujus naturam inlustrant, quam p. 80 descripsimus, hoc loco proponimus:

ܐܝܟ ܗܘܘܝܐ ܘܦܣܘܩܝܐ ܡܫܬܟܚܝܢ ܠܐܦܘܗܝ ܕܟܝܢܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܟܣܐ ܦܠܓܐ ܢܫܬܠܡܘܢ ܚܠܦ ܐܬܠܐ [1] ܦܣܩܬܐ ܡܬܬܣܝܡ ܒܝܢܬ ܗܘܘܝܐ ܠܦܣܘܩܝܐ. ܐܝܟ ܗܝ. ܐܒܪܗܡ ܐܘܠܕ. ܠܐܝܣܚܩ. ܘܐܝܟ ܗܝ. ܙܐܢܫ ܢܬܐܡܪ. ܒܐܦܐ܀ ܐܝܟ ܕܡܬܚܡ ܗܘܘܝܐ ܡܬܦܠܓܐ ܐܝܟܢܐ ܕܟܣܐ ܦܠܓܐ ܢܫܬܡܫ: ܘܦܣܘܩܝܐ ܒܬܪܝܢ ܦܠܓ̈ܘܬܐ ܐܘ ܒܬܠܬܐ܆ ܦܠܓܐ ܩܕܡܝܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܘܝܐ: ܡܬܦܣܩܐ ܒܣܡܟܐ ܘܡܫܡܠܝܐ ܕܦܠܓ̈ܘܬܐ ܕܒܬܪܗ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܦܣܘܩܝܐ. ܡܬܦܣܩܝܢ ܒܒܠܚܘܕ. ܘܒܡܫܠܡܢܘܬܐ ܕܟܠܗ ܦܣܘܩܐ ܡܬܬܣܝܡ ܦܣܘܩܐ. ܐܝܟ ܗܝ. ܒܪܫܝܬ ܕܝܢ ܕܡܠܬܐ. ܕܡܬܟܢܫܝܢ ܓܒ̈ܝܠܐ ܦܬܐܪܐ ܡܢ ܠܒܐ ܐܬܚܙܝܘ [2] ܚܝܝܠܐ: ܠܡܫܝܚܐ ܕܡܥܕܪ ܢܦܫܐ. ܘܐܝܟ ܗܝ. ܒܢܝܢܐ. ܥܡܗ ܕܢܘܚܐ ܡܠܐ ܥܒܕ ܝܬܝܪ܀ ܕܐܦ ܓܒܝܠ ܒܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ. ܦܐܝܐ ܡܢ ܝܘܡܐ ܕܕܡܘܬܗ ܕܡܫܝܚܐ܀

Loci initium perspicuum est, samkâ est distinctio minor quam taḥtâyâ, quae enunciata duabus vocibus constantia in protasin et apodosin dispescit ܐܘܠܕ ܠܐܝܣܚܩ vel ܢܬܐܡܪ ܒܐܦܐ. Quae porro dicuntur, cum regulis generalibus conveniunt, at haud perspicue

---

1) Gottheil edidit ܦܣܩܐ.

2) Ita codex, sed ܚܝܝܠܐ scribendum est. Sic et deinde ܕܩܘܕܫܐ restituendum est.

explicata sunt. Addo Eliam Patriacham (Tirhanensem) tradere, samkâ dictum esse ܣܘܦ ܕܪܗܛܐ ܠܡܐܡܪ ܕܗܘܢܐ ܠܡܫܡܫܢܐ ܗܘ ܣܡܟܐ ܕܟܠܗ fol. 170 b.

Reliquos accentus neque Elias nec Josephus bar Malkon curat, haec enim Josephus fol. 277 a dicit:

ܘܐܦ ܕܫܪܟܐ ܡܢ ܗܠܝܢ ܡܫܠܡܢ [1] ܢܘܩܙܐ.
ܐܠܐ ܗܠܝܢ [2] ܒܡܕܐ ܘܩܪܝܢ ܡܩܪܝܢܐ܀
ܗܘܢ ܕܝܢ ܐܝܟ ܪܘܚܐ ܘܪܥܝܐ ܕܡܩܪܝܢܐ.
ܦܣܝܩܢܐ ܘܡܫܠܡܢܐ ܘܡܦܩܢܐ ܘܡܛܪܢܐ܀
ܘܐܦ ܐܚܪܢܝܬܐ ܕܠܡܐܡܪ ܡܢ ܡܩܪܝܢ ܗܠܝܢ.
[3] ܘܠܐ ܐܫܬܡܥܘ ܥܠ ܠܡܐܡܪ ܘܐܢܫܝܢ ܪܡܘ ܡܩܕܡܘܢ܀
ܐܝܟ ܦܩܘܕܐ ܘܡܫܐܠܢܐ [4] ܘܡܬܗܪܢܐ.
[5] ܦܩܝܕܬܐ ܦܣܝܩܬܐ ܐܘ ܦܣܩܬܢܐ܀

De reliquis igitur accentibus jam veteres ipsi Syrorum doctores in varias abibant sententias, schola scholae, lector lectori non adsentiebatur, quod in re tam incerta et singulorum hominum judicio permissa factum esse nemo certe mirabitur. Nos vero ex his Josephi verbis discimus, desperandum esse de restauranda Syrorum arte, qua accentus adhibebant; restituere possumus systema unius alteriusve doctoris, quod supra fecimus p. 88, quod si vero passim adnotationes in codicibus habemus, quae unde processerint ignoramus, cautissime tractandae sunt, nec sine causis gravibus certo cuidam systemati tribuendae. Scholarum enim usus varius fuit. Doctrinam Jacobi Edesseni vero est simile a Jacobitis esse propagatam ac traditam, itaque Qarqafenses [6]) doctores et Sergius

1) Vox, quae significat „puncta", neosyriaca habetur. Sed ecce quam antiqua sint vocabula, quae a Syris hodiernis usitata recentia habentur. Cf. Gottheil Elias p. 40*.

2) Codex Petermann 9 ܐܠܡܕܐ.

3) Peterm. 9 ܕܠܐ pro ܘܠܐ.

4) Peterm. 9 ܘܡܬܗܪܢܐ.

5) Equidem p. 68 conjeci ܡܢܝܚܢܐ et ܡܢܝܚܬܐ eundem designare accentum. At hic locus aliam sententiam inculcat. Certe sibi sunt similes.

6) Martin Tradition karkaphienne in Journ. as. 1869 Octob. p. 245, 316.

quidam, et Cyrillus et Philoxenus et Sanṭa et Ṭuβânâ [1]) iis accentibus uti, quos Jacobus proposuit, credibile est.

Ab his vero distinguendi sunt doctores scholarum Nestorianarum, uti schola monasterii Mar Mari prope Seleuciam, schola Maḥuzaeorum, schola Aitilahae et Kanduqaeorum, et schola, quae Tel Dinaweri erat (Wright Catal. I 104, 53), in regione Nuhadrae, et cujus ܡܗܪܢܐ et ܡܙܠܝܐ commemoratur. Celeberrima denique erat schola Nisibena, cujus doctrina a Josepho bar Malkon tradi videtur, quem impugnat Severus. Nam quum contra Rete punctorum Nisibenorum, — id enim ex omnium codicum lectione intellegitur, non agi de viro quodam Nisibeno cf. p. 111, sed de doctrina apud Nisibenos exculta, — invehitur, quod pessimis versibus scriptum esse jure suo dicit, eum librum impugnat, ex quo excerpta dedimus, librum Josephi dico filii Malkonis, quem ideo scholae Nisibenae adnumerandum esse patet. Ceterum et in his scholis usus accentuum ita tradebatur, ut exemplis e scriptura sacra selectis varius eorum ordo et compositio loci naturae accommodota ante oculos poneretur. At ne nomina quidem eorum eadem fuerunt, quae supra ex Jacobo attulimus. Exemplum hujus systematis praebet codex masorethicus Musei Brit. Add. 12138 Wright Cat. I 104 II, unde hae accentuum compositiones sunt haustae, Fol. 304 a sq.:

ܡܫܡܫܢܐ ܘܙܘܓܐ ܘܐܣܠܟܐ ܦܫܝܛܐ ܐܝܟ ܕܠܗ ܕܫܡܥܬ ܕܒܥܒܪܐ ܠܝ.

ܐܠܐ ܐܚܪܢܐ ܕܡܪܒܝܢܐ ܘܦܣܘܩܐ ܘܐܣܠܟܐ: ܐܡܪ ܠܗ ܡܠܟܐ ܐܝܬܝ ܒܥܠܡ.

ܠܒܝܫ ܢܘܪܐ ܟܬܢܐ ܐܝܟ ܗܘ ܕܐܬܝܩܒ.

ܦܣܘܩܐ ܕܡܩܝܡܢܐ ܐܢܬ ܐܢܐ: ܠܝ ܐܝܟ ܒܥܠܐ ܕܒܝܬܐ ܠܗܘܢ ܒܒܝܬܗ ܘܡܥܠܝܗ

ܐܠܐ ܐܚܪܢܐ ܦܣܘܩܐ ܘܐܣܠܟܐ ܐܠܐ ܢܬܪܥܐ ܠܟܘܢ. ܐܠܐ ܢܥܒܕܘܢ ܠܗܘܢ.

ܒܐܘܪܚܗ ܕܝܗ. etc.

fol. 305 a ܡܪܒܝܢܐ ܙܘܓܐ ܒܠܝܠܐ ܘܦܣܘܩܐ ܠܡܬܝܠܐ ܕܡܩܝܡܢܐ:

1) De hisce duobus, in quibus eos habemus, qui in codicibus signis ܣܣ et ܛܘ indicantur, cf. Hoffmann in Stadii diario Zeitschrift für die alttestamentl. Wissenschaft I, 159. Glossa Bar Bahluli ab eo edita dubia tollit de quibus Wright Catal. I, 109 adnot. praeeunte Martino l. l. 317 disseruit.

ܘܡܬܦܬܦܬܘ ܡܬܒܬܒܢܘ. ܒܝܢܬ ܠܗܘܢ. ܕܡܢܐ: ܡܠܘܗܝ ܢܩܦܝܢ ܫܪܝܪܝܢ..
ܘܡܬܝܕܥ ܒܦܢܝܬܐ: ܘܒܡܡܠܠܐ ܒܥܕܢܗ. ܘܡܢܗܘܢ: ܡܬܚܙܝܢ ܠܬܪܬܝܢ ܕܢܩܝܦ
ܗܘܘ. ܒܡܥܒܪܗ ܕܡܢ ܝܥܩܘܒ ܡܥܝܢܐ: ܘܒܪܘܚܐ ܕܝܠܗܘܢ

ܐܠܐ ܐܚܪܢܐ ܐܘܟܝܐ ܒܟܠܐ ܘܦܣܘܩܐ ܘܡܫܚܠܦܐ ܘܐܝܟܢ: ܡܬܐܡܪܐ ܡܬܟܬܒ. ܐܠܐ ܐܚܪܢܐ
ܘܐܝܟ: ܡܥܒܪܢܐ ܘܡܬܐܡܪܐ ܟܠ ܡܬܐܡܪܐ.

ܠܡܠܐ ܘܬܠܬܐ ܡܥܒܪܢܐ ܡܥܒܪܢܐ.. ܡܫܡܠ ܒܡܫܡܠ. ܐܕܘܪܐ ܐܕܘܪܐ.

Ab hisce scholis prorsus recedit Severus, qui erat Jacobita, itaque altissimum ejus de nâgoδâ et mẹṭappẹyânâ est silentium, de quibus signis a Jacobitis non adhibitis Nestoriani fuse disserunt. Etiam Josephus hasce lineolas (nâgoδâ est linea superior, mẹṭappẹyânâ linea inferior) commemoravit, earumque usum explicuit, cujus haec sunt verba, fol. 277 b:

1 ܘܪܡܙ ܕܐܪܝܟ ܕܢܩܦ ܠܗܘܢ ܠܡ̈ܠܐ ܕܫܘܚܠܦܐ.
ܫܘܪܝܐ ܕܡܡܠܐ ܢܓܕܐ ܘܐܣܝܪ ܡܫܘܚܠܦܐ܀
2 ܘܢܓܕܐ ܫܡܫ ܠܟܠ ܙܘܥܐ ܡܢܗ ܡܠܬܐ ܕܚܕܐ.
ܡܐ ܕܢܩܦܐ ܠܗ ܠܘܬܫܡܫ ܢܓܕܗ ܕܡܐ ܠܐܚܪܢܐ܀
3 ܐܝܟ ܠܐ ܠܗܘܐ ܡܫܚܠܦܬܐ ܕܡܢܗ ܕܢܓܕܐ ܡܦܩܢܐ.
ܐܟܢܐ ܕܦܬܓܡܐ ܡܫܚܠܦܐ ܘܫܘܪܝܐ ܘܫܠܡܐ܀
4 ܘܠܐ ܠܗܘܢ ܠܗܘܐ ܡܫܚܠܦܬܐ ܚܕܐ ܚܕܐ ܡܢ ܡܠܐ.
ܕܒܗܝܢ ܡܬܕܒܪܐ ܡܫܟܚܐ 1) ܕܪܘܫܡܐ ܕܡܠܐ܀
5 ܘܝܘܡ ܐܝܟ ܝܘܢܝ ܐܝܟܢ ܕܩܠܝܢ ܟܠܗ ܚܕ ܦܣܘܩܐ.
ܘܢܦܩ ܒܟܠܡܐ ܕܡܬܟܢܫ ܒܦܠܓܘ ܡܫܚܠܦܐ܀
6 ܘܢܦܩ ܐܝܟ ܕܒܥܦܠ ܡܬܢܝܢܐ 2) ܘܐܝܟ ܐܡܪ ܠܗܘܢ.
ܘܠܗܘܢ ܐܝܟ ܕܒܡܕܒܪ ܡܬܢܝܢܐ ܘܐܝܟ ܦܬܐ ܒܗܘܢ܀

1) Rete punctorum etiam in codice Berolinensi Petermann 9 exstat = P., qui hoc loco praebet ܒܐܬܪܗ.

2) P. ܘܐܦ pro ܘܐܝܟ.

ܘܦܩܘܕ ¹) ܐܝܟ ܕܒܡܠܬܐ ܡܩܝܡܐ ܘܡܦܩ ܠܡܣܝܡ. 7
ܘܡܢ ܕܝܢ ܡܫܡܫܐ ܘܐܦ ܡܢ ܡܫܠܐ ܠܡܢܝܢܐ ²) ܕܢܣܝܡ܀
ܡܬܦܣܝܢܐ ³) ܕܝܢ ܐܝܟܐ ܕܐܦ ܢܓܘܕܐ ܙܘܥ. 8
ܠܐ ܢܝܚܝܢ ܕܝܢ ܒܡܫܠܡܘܬܐ ܠܡܦܩ ܦܘܡ܀

Quae verba obscura nemo facile intelleget, quin Joannem bar Zuʿbi legerit de eadem re disserentem, cujus commentatione tamquam commentario utimur. Lineolae mẹṭappẹyånå i. e. claudenti competit vis dirimendi, qua impedimur, quominus duas voces sese immediate excipientes conjungamus. Cui signo simile quidquam quum in systemate masorethico Hebraeorum non reperiatur, e contrario någoδå comparandum est cum Hebraeorum Maqqef, nam vis ejus est conjunctiva; ac sicut Maqqef aliquo modo cum accentibus conjungendum est, ita et hae lineae apud Syros una cum punctis tractantur [4]. Itaque dicit Johannes bar Zuʿbi lineolas hasce, quarum vis est contraria, cohaerere cum punctis magnis [5], quod primo versu etiam Josephus docet: „Sciendum est cohaerere cum punctis magnis (accentibus) lineolam, quae dicitur nåγoδå, et eam, quae dicitur mẹṭappẹyånå“.

Jam igitur videamus, quibus syllabarum compositionibus conveniat nåγoδå et mẹṭappẹyånå:

I, a. Si vox, in qua eadem consonans bis scribitur [scilicet ab initio vocis], ita comparata est, ut utraque consonans distincte pronuntianda sit, conjungitur illa vox cum praecedente [quae in vocalem exit] per lineam nåγoδå. Exemplum: ܘܠܐ ܦܠܠܐ ܠܐ̄ ܡܦܠܠܝܢ ܗܘܐ ܠܥܡܗܘܢ. Legendum est låmẹ-mallil.

b. Contra si non eadem consonans bis scribitur, voces separantur linea mẹṭappẹyånå. Exemplum: ܘܒܦܠܠܐ_ ܡܠܠܝܢ ܠܥܡܗܘܢ. Legendum est wabẹpil'åϑå | mallil.

---

1) P. ܘܐܝܟ ܗܘܝ.

2) P. ܠܡܣܝܡ, sub quo scriptum est ܠܢܣܝܡ.

3) P. ܠܘܒ pro ܕܝܢ.

4) De his lineis egit Duval Gram. syriaque p. 132, at rem non recte intellexit, quamvis Martinus (Journ. as. 1872, I 398) de ea egerit.

5) Partem de accentibus agentem ex grammatica Johannis edidit Martin in libello cui inscripsit: Traité sur l'accentuation chez les Syriens orientaux Paris 1877. Cf. p. 23 et 15 infra. Non semper textum intellexi uti Martinus, singula tamen hic percensere inutile est. — Elias Tirhanensis ed. Baethgen cap. 28 rem tetigit sed obiter tractavit.

II, a. Status determinati[1]) in å exeuntes, quos sequitur particula δȩ vel δa cum voce sequenti linea nåγoδå concatenantur. Exemplum: ܡܫܝܚܐ-ܕܡܪܝܐ, ܡܫܝܚܐ-ܕܐܠܗܐ, ܡܠܟܬܐ-ܕܫܒܐ, ܟܠܝܠܐ-ܕܡܠܟܐ[2]). Arctissima significationis conjunctio exprimitur conjunctione vocum in pronuntiando.

b. Si vero vox prior est in statu constructo męṭappęyånå adhibetur: ܡܫܝܚ_ܡܠܟܐ, ܡܫܝܚ_ܐܠܗܐ, ܡܠܟܬ_ܫܒܐ, ܟܠܝܠ_ܡܠܟܐ. Arcta formarum connexio, ne pronuntiandi claritatem perdat, lineâ dirimente tollitur.

III, a. Praepositiones suffixis personalibus instructae cum voce sequente lineâ nåγoδå connectuntur. Exempla: ܠܘܬܝ-ܐܙܠ ܐܢܐ, ܡܢܝ-ܢܦܩ ܐܢܐ al. Omnia quidem exempla suffixum primae personae Sing. habent, secundum regulam vero et post alia suffixa nåγoδå ponendum est, quamvis Joannes exemplum non dederit. Barhebraeus (Oeuvr. gr. I 201) praebet ܡܢܡܢܗܘ ܕܢܦܫ. Cf. VI, a.

b. Praepositiones sine suffixis męṭappęyånå postulant, si vox insequens non a vocali incipit[3]). Ex.: ܠܘܬ_ܓܒܪܐ, ܠܘܩܒܠ_ܥܡܡܐ. Exemplum praepositionis ante vocalem non dedit; non dubito quin nåγoδå ponendum sit. Tamen Codex Vaticanus teste Martino omittit quae de condicione vocalium in Londiniensi leguntur.

IV, a. Particula ܡܢ ante voces a vocali vel a consonante cum vocali incipientes postulat nåγoδå. Exempla: ܡܢ-ܐܝܠܦܢܘܗܝ, ܡܢ-ܦܘܡ, ܡܢ-ܢܘܗܪ, ܡܢ-ܦܠܚܐ, ܡܢ-ܓܒܪܐ ܗܘ.

b. Eadem particula ante consonantem sola semivocali ȩ in-

1) Ad litteram dicit: Si nomen (compositum) fit duo perfecta — męšamlȩye, qua de ratione dicendi cf. p. 18 Adnot. 7.

2) Ex hac ratione pronuntiandi explicatur usus Neosyrorum, qui particulam ܕ ita saepe pronuntiant, ut ad vocem praecedentem pertinere videatur. Cf. chrestomathia mea Neusyrisches Lesebuch p. 57[3]).

3) Ita legem definiendam esse patet, quam Johannes ita expressit: „exceptis nominibus quorum prima est yuδ hȩβîṣtå aut Ålaφ motum". A waw enim nulla vox incipit, cujus prima vocalis est û, quum hisce in vocabulis Ålaφ sit scribendum. Sic et in sequentibus, ubi dixi „ante vocalem", Johannes de Yuδ heβ. et Ålaφ loquitur.

structam postulat mẹtappẹyânâ. Exempla: ܦܪ ܣܢܐ, ܦܪ ܡܥܒܢܐ ܗܘ, ܦܪ ܠܒܟܐ ܗܘ.

V, a. Particulae ܡܢ, ܐܦ, ܐܘ, ܐܠ, quibus additur etiam vox ܦܪ, quamvis jam praecedente paragrapho seorsum de ea dictum sit, ante vocalem postulant nâγoδâ [1]). Exempla: ܦܪ ܐܬܐ, ܦܪ ܐܬܐ, ܡܢ ܐܢܫ, ܡܢ ܐܢܫܐ, ܐܠ ܐܝܟ [2]), ܐܘ ܐܝܟ, ܦܪ ܐܢܐ, ܐܘ ܐܝܟܢܐ, ܐܦ ܐܝܟܢܐ, ܐܘ ܐܝܟܢ, ܐܠ ܐܢܫܐ, ܐܠ ܐܢܬܘܢ.

b. Eaedem particulae ante consonantem sive sola brevissima vocali ẹ sive veris vocalibus instructam postulant mẹṭappẹyânâ [3]). Exempla: ܡܢ ܒܪܐ, ܡܢ ܩܕܡ, ܐܦ ܥܠ, ܐܘ ܥܒܕ, ܐܘ ܩܕܡ, ܐܠ ܦܠܚ, ܐܠ ܩܠܚ, ܡܢ ܩܪܐ, ܡܢ ܦܠܚܐ, ܡܢ ܡܫܚܐ, ܐܦ ܢܚܐ, ܐܠ ܡܪܐ.

VI, a. Post suffixum nominis ܗ ponitur nâγoδâ, si vox insequens a consonante incipit, quae vocali vera non est instructa. Exempla: ܒܒܝܬܗ ܕܡܠܟܐ [4]), ܒܪܗ ܕܐܢܫܐ. In hoc exemplo linea

1) Johannis textum hoc loco turbatum esse jam Martinus dixit. Sed ubi vim connectentem lineae nâγoδâ perspeximus et vim dirimentem lineae mẹṭappẹyânâ ex ipsis exemplis legem potuimus ita definire, ut dubium de ea non sit. Exempla ex meo codicis apographo desumpta sunt, quod cum Martini editione non convenit, qui codicem haud accurate transscripsit. Inter exempla unum haud recte positum est, ܦܪ ܝܘܒ enim nâγoδâ non potest habere secundum reliquorum formarum analogiam. De ܦܪ Johannes sibi contradicit. Cf. IV, a.

2) Inter haec exempla recensetur etiam ܦܪ ܝܘܒ, quod non huc pertinet, sed ex analogia formarum sub V, b propositarum mẹṭappẹyânâ postulat. Cf. notam praecedentem.

3) Joannes quattuor partes hac in regula distinxit, usum scilicet nâγoδae 1 in verbo, 2 in nomine, et usum mẹṭappẹyânae, 3 in verbo, 4 in nomine. — Nos secundum phoneticam vocum condicionem rem tractantes discrimen verbi et nominis consulto neglegimus. Inutilis haec distinctio in scholis orthoepicis Syrorum usu trita erat, nam in describendo vocalismo particularum ܡܢ ܘܠ eandem adhibuerunt cf. p. 31, 3 quamvis nihil in natura rei insit, quod ejus usum suadeat.

4) Ultimum exemplum ܒܪܗ ܕܐܠܗܐ huc non pertinet, nisi legis bẹrehdẹallâhâ, quod non credibile est, quum idem exemplum lineâ mẹṭap. uti postea dicatur.

superior in codice deest. Num haec lex soli suffixo masculino sit destinata, an etiam feminino, non dicitur, sed ex exemplo infra posito cognoscitur rem ita sese habere.

.b. Idem suffixum ante consonantes vocali motas postulat męṭappęyånå. Exempla: ܥܡܟܘܢ_ܓܢܣܗܬܐ, ܕܝܪܗ_ܕܐܠܗܘܬܐ, ܕܒܝܪܗ_ܕܡܫܝܚܐ, ܒܚܫܘܗ_ܠܐܠܗܐ, unde etiam in suffixa feminini legem cadere cognoscitur [1]).

VII, a. Si duae consonantes vocalibus non motae concurrunt in fine et in initio duarum vocum, nåγoδå competit penultimae consonanti vocis prioris, quae vocali est instructa. Exempla: ܥܠܠ ܡܢܗܘܢ, ܐܬܠ ܠܗܘܢ, ܬܥܒܕ ܒܗܘܢ, ܐܡܪ ܠܗܘܢ, ܐܬܩܛܠ ܡܫܝܚܐ ܠܚܝܠܗ [2]). Nemo est, quin recordetur hoc loco assimilationum arabicarum, de quibus egit de Sacy (Gram. ar. I § 111—117 ed. prioris), quas et in vocalismo targumico locum habere docui in dissertatione infra indicata. — Assimilationem igitur habemus omnibus Aramaeis propriam, neque Arabibus neque Hebraeis ignotam. Ex paucis versibus, quos l. l. p. 183 edidi, colliguntur assimilationes consonantium hae: *n* et *m*, *n* et *l*, *l* et *m*, *t* et *m*, *l* et *ṣ*, *ḥ* et *l*, *d* et *l*, *b* et *m*, *l* et *l*, *t* et *q*, qua in re b g d k p t omissa sunt, quibus competit Dageš, ita ut de assimilatione non possit judicium ferri. Cf. Appendix II capitis decimi.

b. Si vero consonantem ultimam vocali vacuam prioris vocis excipit in secunda voce prior consonans vocali instructa, ponitur męṭappęyånå. Exempla: ܐܡܪ_ܠܐܠܗܘܬ, ܡܛܠ_ܠܐܚܘܗܝ, ܢܦܩܕ_ܡܪܬܐ, ܚܡܪ ܓܡܬܐ. — Neosyri contractionem adhibent. Cf. Notam [2]).

---

1) Addit Johannes, eandem legem obtinere, si loco suffixi ܗ positum sit Ålaφ, de quo conferendum est II, a. Hoc loco docet, legendum esse ܕܢܠ_ܕܐܠܗܘܬ, ܕܒܝܠ_ܕܡܫܝܚܐ, ܡܢܠ_ܓܡܬܐ, quod cum lege II, a proposita non convenit. Vides quanta confusione laborent hae scholarum de rebus orthoepicis propositiones.

2) Ex hac pronuntiatione explicantur contractiones seu potius assimilationes Neosyrorum dicentium ܐܡܝܪܝ dixi (dictum est mihi), ܛܚܝܢܝ molui, ܩܛܠܝ interfeci. — Arctam hanc conjunctionem ad certas tantum consonantes referri, quemadmodum apud Arabes, Johannes non dixit. Itaque omnibus videtur propria esse, quod eodem modo secundum orthoepiam quorundam Hebraeorum factum esse ex codice Reuchliniano Caroliruhensi demonstravi in dissertatione mea, cui inscripsi Bemerkungen über die Vocalisation der Targume in actis congressus Orientalistarum Berolinensis 1880, I p. 182.

VIII, a. Quanta denique fuerit lectorum hac in re subtilitas, ultima Johannis monstrat observatio haec, qua legem propositam per accentum concurrentem inverti discimus:

Si voces ejus formae, quam modo descripsimus (sub VII, b.) post accentum reϑmå sunt positae, neque plus sunt quam duae, nåγoδå adhibetur (quamvis secundum legem mętap. locum habeat), ita ut vocalismus linea nåγoδå indicatus (ܡܠܬܐ ܚܢܘܬܗ ܕܢܩܘܕܐ) membrum unum seu unam vocem efficiat. Exemplum est ܘܚܘܒܘܗܝ ܠܝ܆ ܠܗܘ ܕܡܠܟ ܐܠܗܘܗܝ. Usus convenit cum usu Maqqefi hebraice.

Sin vero post ܐܠܗܘܗܝ aliud accedit membrum, mętappęyånå locum habet: ܘܚܘܒܘܗܝ ܠܝ܆ ܠܗܘ ܕܡܠܟ_ܐܠܗܘܗܝ ܚܫܒܐ.

b. Deinde in carminibus metricis hasce lineolas secundum hanc regulam adhibendas esse jubet: ܠܡܫܝܚܐ. ܡܗܡܢܐ. ܕܡܫܝܚܐ ܕܝܢ ܢܒܝܐ.

c. Denique id notandum est, Joannem non omnes condiciones enumerasse, sub quibus nåγoδå et mętappęyånå adhibentur, sed exemplis potius rem dilucidasse. Nam ita varios casus introducere solet: ܚܕܐ ܐܚܪܢܐ, ܚܕܐ ܚܝ indicium unum, aliud, ex qua dicendi ratione intellegitur, non omnia indicia, i. e. condiciones, ponendi nåγoδae et mętappęyånae esse enumerata, sed partem tantum.

Quibus praemissis verba Josephi bar Malkon intellegi poterunt, quae supra p. 126 proposuimus, et respicit quidem versus secundus et tertius ad legem Johannis septimam, quae secundum Josephum ita est augenda, ut non reϑmå tantum verum et alii accentus usum lineae mętappęyånå (VIII, a.) invertant. Dicit enim: Vs. 2 Nåγoδå apponitur ad vocalem, quae praecedit ultimam vocis consonantem vocali vacuam, ubi sequitur alia vox, cujus prima consonans vocali non utitur. Vs. 3 Quod tamen tunc solum locum habet, quum consonans praecedens, vocali carens, (accentûs) puncto non distinguitur, uti accentu samkå, męzîßånå, rahṭå, reϑmå. Vs. 4. Praeterea etiam consonans ultima vocali carens alia esse debet quam Waw, Yud et Ålaφ, quae suo proprio sono [i. e. sono u, i, å] instruunt consonanantem praecedentem [1]). Vs. 5 Nåγoδå adhibe, si consonantes, quae vocali carent, ex eodem oris loco pro-

1) Quae regula e scripturae semiticae indole explicanda est, vocalium signis carentis. E. gr. in ܗܘܘ ultimum ܘ consona esse videtur vocali carens, quae proprium suum sonum praecedenti ܘ tribuit.

ficiscuntur [1]), sed Mętappęyånå locum habet, ubi quod sine vocali (intercedente) concurrit, facile est [facile coalescit].

Versus 6 et 7 exempla exhibent, et pertinent quidem exempla ܢܩܘܠ-ܡܫܝܚܐ et ܐܡܪ-ܠܗܘܢ ad legem VII, a. Contra exempla ܗܘܘ_ܡܫܝܚܐ et ܡܪܝ_ܒܗܘܢ ab hac contractione excipienda sunt propter vocalem finalem cf. Vs. 4.

Exemplum insequens ܡܠܟܐ-ܡܫܝܚܐ cum II, a et VI, a conjungendum videtur, quamvis Johannes bar Zuʒbi mirum in modum taceat de hac duarum vocum appositione tritissima. In ܗܘܘ-ܢܬܒܣܡ denique assimilatio et contractio VII, a, locum habet, quam et inter ḥ et š et inter n et š in his exemplis occurrere crediderim: ܒ ܪܘܚ-ܫܡܫܐ et ܡܢ-ܫܡܝܐ-ܠܥܠܡܐ-ܢܬܒܣܡ, in quibus praeterea ܒ ܪܘܚ etiam ad contractionem consonantium eorundem organorum pertinet. De ܫܡܝܐ-ܠܥܠܡܐ et ܠܥܠܡܐ-ܢܬܒܣܡ cf. p. 130, [1]).

Vs. 8 denique docet: ‚Mętappęyånå i. e. obturator, clausor, denique segregatio, ubique adhiberi potest, ubi nåγoδå i. e. attractor, denique conjunctio, locum habet, non vero conjunctione (nåγoδå) utuntur in locis qui, quamvis conveniant quiescentes consonantes, faciles sunt pronuntiatu'. Quod conferendum est cum versu 5. Itaque secundum Josephum omnes textuum voces distincte pronuntiare licet, et contractio ibi tantum adhibenda est, ubi aliqua difficultas legendi concurrentibus consonantibus vocali vacuis exoritur. Quae lex scholae Nisibenae consuetudo videtur fuisse, cui nescio an Johannes bar Zuʒbi prorsus adstipulatus sit. Cf. excursum de vocalismo targumico codicis Reuchliniani in App. II ad Cap. X.

Sed in has scholarum differentias inquirere non solum inutile est, verum etiam hodie earum consuetudines certo constitui non possunt, quia codices signis orthoepicis ex vario usu scholarum instructi editi non ad manus sunt [2]).

Supplementum grammaticae sunt schemata flexionum nominum et verborum, quibus inscripsit Elias ܡܫܘܚܬܐ ܕܫܡܗܐ ܥܡ ܪܘܟܒܐ ܕܡ̈ܠܐ, rukåβå enim, quo graecum *συζυγία* redditur, conjugationem verborum designat. Hunc usum scribae codicum Severi ignorantes ܪܘܟܒܐ et ܪܘܟܒܐ perversissime confunderunt, unde locus in editione

---

1) Id est: eorundem organorum sunt soni, ܡܦܩܐ est idem quod Arabum orthoepici dicunt مخرج, locus originis. Vult المتجانسون Sacy Gr. § 116.

2) De origine harum linearum egit Baethgen (Elias Tirh. p. 48).

nostra ܟ l. 7 emendatione egebat accuratissima. Ex hoc usu denique explicatur, cur ܦܪܰܥ significet derivare, quemadmodum etiam Josephus bar Malkon et Johannes bar Zuʿbi hoc verbo utuntur. Ille enim dicit ܡܢ ܓܒܠ ܘܚܦܪ ܐܢ ܡܬܪܥܝܢ (fol. 284 a) i. e. si a gĕbal, ḥĕfar derivamus, ille loquitur secundum Eliae theoriam de ܡ̈ܠܐ ܡܬܪܥܢܝܬܐ ܘܡܫܬܠܡܢܝܬܐ i. e. de verbis derivatis secundariis (fol. 108 b)[1].

In tractandis verbis Elias Nisibenus, cujus catalogos Gottheil p. ܟܠ sq. exhibet, graeca doctrina nititur, formasque recenset ut Theodosius in canonibus verbi. Josephus vero flexionem conjungit cum positione punctorum fol. 279a, qua in re discipulum magistrorum (ܡܪ̈ܫܕܢܐ) sese praebet. Tres classes distinguit Josephus:

1) verba duabus consonantibus composita cum å et cum ă ܣܡ et ܪܳܙ. Cf. Severum p. ܝ l. 12.

2) verba trilitteralia cum prima quiescente, a) ܫܩܠ, b) ܣܦܰܩ, c) ܣܐܪ, cf. Severus p. ܝܘ l. 1.

3) verba trilitteralia cum *a* primae syllabae a) ܥܒܰܕ, b) ܪܦܰܣ, ܢܦܫ, quibus addit formas aφʿelicas uti ܐܘܡܝ. Cf. Severus p. ܝܘ l. 13.

Fundamentum dispositionis positum est in numero consonantium, subdistinctiones vocalium opera efficiuntur, ordine graeco *ā*, *ă*, *e*, *i*, qua de ratione etiam in nominibus adhibita p. 58 disputavimus. Idem fundamentum et apud Eliam invenimus, quod ad Jacobum Edessenum referendum esse vix negari poterit. Itaque Elias hunc ordinem proposuit, in quo confusio quaedam introducta est:

1) ܟܬ, ܟܪ, cui adnumeravit ܗܦܰܟ.

2) ܟܐܢ, ܟܘܢܐ, ܟܠܠ (quod invertendum est) ܟܠܒ, et ܟܒܬ, quod non post ܟܪ ponendum erat, quia tribus consonantibus constat.

3 a) ܪܘܪ, ܢܦܫ (invertendum) ܢܦܫ.

b) ܐܬܐ, ܐܟܪ.

c) ܐܢܐ, ܐܟܠ, ܐܟܠ, quae cum ܪܘܪ, ܢܦܫ conjungenda sunt.

1) Pertinet ad schemata verbi, mĕrakkĕβå est syntheton.

d) ܐܢ̈ܬ, quod re vera post ܐܟ̈ܝ positum erat, et in cod. C. omissum est(!)

e) ܢܦܠ, ܢܒܥܐ, ܢܥܠ quod invertendum.

4 a) ܐܘܟܠ, ܐܘܪܝܢ (inverte), ܐܘܪܕ.

b) ܐܬܥ̈ܒܕܬ, ܐܬܥ̈ܒܕ etc.

Verbis pertractatis Bar Malkon fol. 282a disserit de pronomine suffixo, cui intermiscentur terminationes personarum verbi, et de derivatione nominum a verbo (ܡܢܝܢܐ ܕܫ̈ܡܗܐ ܡܫܬܩܠܐ ܡܢ ܡ̈ܠܐ), ac derivatorum quattuor constituit genera 1) ܫܡܐ ܡܡܘܠܟܢܐ nomen actionis, 2) ܕܥܒܘܕܐ actoris, 3) ܥܒܝܕܐ nomen facti et 4) ܚܫܘܫܐ nomen patientis. Qua in re eundem ordinem etiam apud Severum p. ܥܒ invenimus, qui tamen nomen actionis et patientis neglexit.

Sed haec hactenus; restat ut harum grammaticarum dispositionem demonstraturi ordinem capitum recenseamus, quibus scriptores totam materiam distribuerunt. Et Elias hunc servavit ordinem: I de litteris, II de litteris motis et quiescentibus, III de litteris radicalibus et additis, IV de casibus i. e. de b d w l. V de litteris qušåyå et rukåχå afficiendis, VI de litteris furto auferendis, dᵉmeϑgannᵉβån, VII de litteris occultandis, VIII de litteris, quae inter sese commutantur. IX de sᵉyåme, signo Pluralis, X de hugåyå vocis, XI de punctis accentuum quattuor primariorum, XII demonstratio nominum una cum derivatione (flexione) verborum. Haec sunt capita grammaticae sive turåṣ mamlå Eliae Nisibeni.

Alia est dispositio Retis punctorum Josephi bar Malkon, cujus hic juvat exscribere prooemium, ut lectores cognoscere possint, haud injuria Severum p. ܩܘ l. 15 vituperasse versus, quibus opusculum hoc compositum est. Dicit igitur:

ܒܫܡܗ ܕܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܡܩܕܫܐ ܠܐܠܗܐ.
ܚܕܐ ܐܘܣܝܐ ܕܝܢ ܐܠܗܘܬܐ ܚܕܐ ܐܝܬܘܬܐ܀
ܩܢܘܡ ܟܠ ܚܕ ܩܢܘܡ ܐܝܬ ܒܡܫܠܡܘܬܐ ܦܠܚ.
ܘܠܐ ܐܪܒܥܝܢ ܡܢ ܬܠܬܐ ܟܠ ܒܩܝܐ܀
ܡܫܠܡܐ ܠܫܠܡ ܡܫܝܚܐ ܡܠܟܐ ܟܠ ܕܗܘ ܠܫܠܝܛ.
ܫܪܝܪ ܠܡܫܡܫ ܡܫܡܫܢܘܬܐ ܕܟܠܗ ܠܐ ܢܫܠܝܠ܀

ܘܡܠܡܕܢܐ ܠܟܘܪܐ ܕܡܫܡܫܡܫܬܐ ܚܙܪ.

ܘܢܡܘܣܘܗܝ ܡܙܝܓܐ ܕܢܘܩܙܐ ܘܡܫܠ ܢܬܪܐ ܘܐܠܡܕ܀

ܘܦܘܪ̈ܫܢܘܗܝ ܢܘ̈ܩܙܐ ܕܒ̈ܬܐ ܡܫܬܟܚܝܢ.

ܡܫܬܡܥܝܢ ܐܝܟ ܡܐ ܕܡܫܬܚܠܦ ܒܬܚܘܡܐ ܐܢܝܢ܀

ܟܠܗܝܢ ܢܘܩܙܐ ܐܘ ܦܠܓ ܗܘ̄ ܘܡܢ ܕܪܗܘܛܐ ܗܘ̄.

ܐܘ ܠܟܘܪܐ ܗܘ̄ ܘܗܘܐ ܡܢ ܕܐܘ̈ܚܠ ܗܘ̄ ܐܘ ܕܡܫܬܒܚܐ ܗܘ̄܀

ܐܘ ܕܡܢܘܬܐ ܗܘ̄ ܐܘ ܗܘ ܕܡܬܩܪܐ ܦܬܚ ܘܡܩܡܨ.

ܐܘ ܗܘ ܕܠܥܠܝܬܢܘܬܐ (sic) ܗܘ̄ ܐܘ ܕܦܫ̈ܝܛܐ܀

ܐܘ ܗܘ ܕܠܥܠܝܬܐ ܡܬܩܪܐ ܘܡܠܠܠ ܗܘ ܠܟܘܪ.

ܘܡܢ ܒܬܪܗ ܕܡܢܗ ܢܦܩ ܢܘܩܙܐ ܘܡܬܦܪܫ܀

Secundum hunc ordinem agit I de punctis accentuum quattuor primariorum, II de punctis quibus vocales designantur, atque horum usum docens flexiones proponit, quibus recensitis de Męhaggęyânâ et Marhętânâ disserit, III de punctis sęyâmâ i. e. quibus pluralis indicatur, IV de punctis canonis, ܟܠ ܢܘ̈ܩܙܐ ܕܡܢܝܢܐ, quibus comprehendit puncta, quae hodie dicuntur diacritica verbi, V de punctis rukâχâ et quššâyâ, VI de punctis feminini generis, quod hic ܕܡܬܚܬܝܢܘܬܐ dicitur, ita enim punctum in ܒܚܪܬܗ conspicuum appellavit. Postquam hoc capite de flexione femininorum egit, addit:

ܘܐܝܬ ܗܘ̄ ܕܦܢܐ ܒܒܘܢܝܐ ܡܫܠܡ ܠܡܫܡܫܘ.

ܐܘܚܕܐ ܡܫܠܡ ܘܐܦܩܦ ܐܬܩ ܘܗܘܠܡ ܒܠܗܘܢ܀

ܡܛܠ ܩ̈ܠܐ ܢܫܐ ܢܩ̈ܫܐ ܡܫܩ̈ܢܝܬܐ.

ܢܩ̈ܠ ܐܝܬܐ ܙܡܪܐ ܝܠܕܐ ܦܬܝܚܬܐ܀

ܚܬܢܐ ܒܬ̈ܐ ܦܘܪܝܐ ܦܘܪܐ ܦܫܩܘܬܐ.

ܡܫ̈ܠܐ ܡܢܬܐ ܚܙܪܐ ܠܐܦܬܐ ܢܩܡܬܐ܀

ܡܝܣܪܐ ܘܪܗܛܐ ܘܡܢܗ ܕܠܐ ܟܪܝܗ ܠܐܘܪ ܡܫܠܡܐ.

ܒܡܣܘܪܒܦ ܒܪ̈ܝܬܐ ܘܠܐ̈ܬܐ ܕܒܗܘܢ ܘܡܫܠܡ܀

Capite deinde VII de ܢܘܩܙܐ ܡܦܪ̈ܫܢܐ ܕܐܬ̈ܘܬܐ agit, id est de puncto quo Riš et Dålaϑ distinguuntur. Cui per miram confusionem conjungit litteras furto ablatas et alia hujusmodi. Capite denique VIII de punctis quietis (dȩšalyûϑå) disserit, ita ut hoc demum loco de litteris occultatis, et de orthoepicis permutationibus loquatur, quas p. 121 proposuimus.

En quae fuerit grammaticae a Nestorianis tractatae condicio, antequam maximus illorum grammaticus Johannes bar Zuʿbi adhibitis omnibus adminiculis librum composuit, quo eis, qui ante eum fuerunt, palmam eripuit. Haec enim, quae supra congessimus, de antiquioribus grammaticis fere supersunt, reliquorum nihil nisi nomina servata sunt. Inter quos fortasse referendus est Johannes bar Pinkåye i. e. „filius figulorum seu urceariorum incertae aetatis scriptor“. Monachum Nestorianum eum fuisse allato loco ex Barhebraei libro Ethicorum et ex Ṣobensis libro Margaritarum probavit Assemanius B. O. III. I 189, II 306. Inter opera ab eo composita recensetur praeter marduϑå δaṭȩlåye i. e. de puerorum institutione, quod ad studia paedagogica pertinet, et praeter deråš melle w'egråϑå, quod artem bene scribendi epistolas tractasse videtur, etiam liber d'esåre waδȩsumlåyå. Qua de libri inscriptione aliud alii senserunt. Mihi tamen 'esåre significare videtur particulas et šumlåyå litteram ܐ status determinati et Suffixa pronominalia nominum et affixa personas indicantia in verbis, quemadmodum de nomine ܫܘܡܠܝܐ supra p. 104 egimus. Itaque vertenda est inscriptio: Liber de particulis et nomine determinato et verbo personarum affixis instructo.

Alius, cujus grammatica ab Ebedjesu recensetur, est Johannes bar Kamis, arabice Ibn el ḥaddâd dictus, quod syriace redditur Bar qardåḥe i. e. filius fabrorum ferrariorum. Floruit sub Patriarcha Makîχå 1092—1108, episcopatu urbis Ṯamanûn prope Amadiam sitae functus est, et carminibus compositis laudem sibi comparavit, quae hodie in codicibus Vaticanis servata sunt, grammatica vero hodie non superesse videtur. Ass. B. O. III. I 296, Barhebr. Chron. eccl. III 309. Grammaticis denique adnumerandus est Isoʿyahb bar Malkon Nisibenus episcopus anno 1190 p. Chr. ordinatus, cujus Quaestiones grammaticae ab Ebedjesu nominantur Ass. III. I 295. Hunc virum scriptorem Retis punctorum nuper Martinus esse docuit, sed cf. p. 111.

Haec fere de Nestorianis grammaticis eorumque studiis cognita habemus, qui artem legendi potius quam grammaticam ad philosophiae normam colendam auxerunt, ac toti in Graecorum doctrina

substiterunt. Nihilo minus vero exstant vestigia quaedam, quibus monemur, inde a saeculo nono usum linguae arabicae ita paullatim auctum esse, ut vel in scholis clericorum ejus ratio haberetur. Quibus adnumeranda est observatio de š ante medias tamquam ǵ pronunciando, quam p. 123 commemoravimus. Etiam id in censum vocandum est, quod vocales interdum ܙܘܥܐ dicuntur, quo arabicum حركات exprimi vero est simile. Usum linguae syriacae diminutum fuisse etiam ex praefatione Nomenclatoris Eliae Nisibeni cognovimus p. 110 proposita. Jam si Syrorum Nestorianorum Patriarchae in aulis Chalifarum Arabum nobilium quaerebant favorem, qui illecebris artis rhetoricae et poeticae maximopere delectabantur, mirum non est, Syros quoque grammaticae arabicae operam navasse, a qua proficiscendum erat omnibus, qui litteras humaniores (ادب) colebant. Quod non potuit non afficere etiam studia grammatica Syrorum, qui systema grammaticae arabicae cognoverant, atque haec exspectatio non fallitur, nam saeculo undecimo ineunte lingua syriaca ad normam grammaticae arabicae coepit tractari. Primus hoc fecit Elias Ṭirhanensis.

Caput IX.

De Elia Tirhanensi et scholae arabizantis initiis.

Facile quis sibi persuadebit, Arabes Syrorum finibus occupatis a magistris Syris litteris imbutos etiam artem grammaticam a Syris accepisse, quum jam Jacobi Edesseni tempore inter clericos christianos quaesitum sit, an liceret filios Muhammedanorum litteras docere, quod Jacobus ipse non illicitum habuit, cf. p. 36. At fallitur qui in grammatica Arabes Syrorum fuisse discipulos putat, et jam eo refutatur illa opinio, quod Arabes de septem partibus orationis nihil habent, quae apud Syros totius systematis grammatici efficiunt fundamentum. Quodsi magistris Syris usi Arabes grammaticam excoluissent, haud dubie non tribus contenti plures partes orationis distinxissent, nam cur adjectiva, pronomina, adverbia, praepositiones, imo participia et articulum non tanquam orationis partes proposuerint, si Syrorum scholas frequentassent, id nemo facile explicabit. Itaque grammatica apud Arabes aliis superstructa est fundamentis, neque Syrorum ars ab illis est recepta. Rem ita sese habere jam Hadji Chalfa docuit I p. 97, cujus haec sunt verba, a Fluegelio latine reddita:

„Prospectus secundus, in quo gravissima scientiae columina inter Mohammedanos magnam partem Persas fuisse probatur. —

Mirum hoc quidem videtur, nec tamen minus est verum. Fuerunt enim utique sectae Islamicae doctores in doctrinis et legalibus et rationalibus, admodum parva et rara earum portione excepta, magna ex parte Persae, et quamquam gente [1]) fuerunt Arabes, lingua tamen Persae fuerunt. Neque hoc temere factum. Secta enim prophetae cum originem caperet, omni doctrina et arte caruit, quae necessaria fuit vitae campestris [2]) conditio. Viri legis praecepta non nisi in memoria tenebant, eorumque argumentum ex Corano et Sunna cognoscebant, praeterquam quod illa ex ipso legis auctore [et sociis ejus] audiverant. Multitudo autem tum temporis ex Arabibus Nomadibus erat composita, qui neque artem instituendi neque doctrinas literis mandandi callebant, neque, ut supra demonstravimus, ulla necessitate ad ultima tempora, quibus Tabiûn floruerunt, ad has artes exercendas excitabantur, eosque, quorum munus erat proprium illa praecepta sustinere et propagare, lectores (قُرّاء, Sing. قارِئ) appellabant, lectores dico libri divini et effatorum propheticorum auctoritate probatorum, quae illi in plurimis locis explicationi et commentario sunt. Cum vero a traditionis tempore ad imperium Khalifae Reshid satis longum spatium abiisset, ut commentarios Corani literis mandarent, effataque illa metu ne interirent, calamo contra omnem injuriam munirent necesse fuit. Tum cognitio auctoritatum necessaria fuit, et eorum, qui illa propagarunt, approbatio. Varia deinde rerum vicissitudo effecit, ut statutorum ex Corano et Sunna eliciendorum copia major fieret, et praeterea lingua corrumperetur. Erant igitur praecepta grammatica perscribenda, legisque doctrinae omnes in promtas et paratas facultates in praeceptis deducendis, in rebus ad omnem eventum dispiciendis et per analogiam constituendis sunt mutatae, eoque minus supersederi potuit aliis doctrinis, utpote quae aditum illarum patefacerent, ut sunt praecepta linguae arabicae etc. . . . doctrinis illis non nisi urbes perfugium praebuerunt, qui autem urbes incolebant, Persae erant, vel his similes [3]) . . . Qui primi artis grammaticae auctores exstiterunt, Siboweih, Faresi et Zeǵǵâǵ fuerunt, omnes origine Persae, qui linguam Arabicam in mutuo cum Arabibus commercio addidicerunt eamque ad artis formulam posteris suis redegerunt." Exscripsit haec fere omnia ex Ibn Chaldûni Prolegomenis Vol. III p. 272, 279, 281 sq.

---

1) Arabice في نسبته, adnumerabantur enim genti cuidam arabicae ad quam tanquam liberti = maula pertinebant.

2) Accurate: vitae Scenitarum condicio. Arabice لمقتضى احوال البداوة.

3) Arabice والحضر هم العجم او من في معناهم.

Quae praecedunt probant studium grammaticae arctissimo vinculo cohaerere cum studio Corani et traditionis Islamicae, eodem modo, quo apud Syros grammatica tractabatur tanquam praeparatio ad studia theologiae christianae. Unde facile explicatur, cur Arabes spreta institutione Christianorum Grammaticam a Syris non mutuati sint. Sed quaeritur, quomodo grammatica arabica condita sit, quod non repetito catalogo grammaticorum in Fihristo exhibito potest constitui, in quo nomina habemus permulta, res vero perpaucas. Missa igitur disquisitione de grammaticis antiquissimis [1]), uti Abu'laswad eddu'alio, Ettaqafio † 149 H. = 766 p. Chr. Elhalîlo † 170 = 785, Jezîditis, Quṭrubo † 206 = 821 Abu Obaida † 210 = 825, Elaṣmaʿî † 213 = 828 Elaḥfaš elmugâšiʿi † 221 = 835, ipsos libros inspiciamus, qui hodie servati sunt, ex quibus solis poterunt elici grammaticae arabicae origines. Habemus vero librum ipsius Sibawaihii † 177 = 793 et Almubarradi † 285 = 897 Kamilum cum opusculis quibusdam Ibn Doraidi † 321 = 932. Duae res horum librorum in argumento distinguendae sunt, m a t e r i a scilicet i. e. collectio sententiarum et phrasium, proverbiorum et versuum, facetiarum et acute dictorum, deinde r a t i o, qua haec materia non tam in varia capita est distributa, quam ad normam n o t i o n u m quarundam g r a m m a t i c a r u m explicata et commentario instructa. Materiam ipsam congerere Arabum erat sive Persarum eorum linguam addiscentium, itaque antiquissimos philologos id ante omnia curasse ex librorum ab illis compositorum titulis cognoscimus, uti linguam ipsam in Corano et traditione, in carminibus, in ore hominum usitatam litteris mandarent. Hinc collectanea illa sunt exorta, quibus inscripserunt liber proverbiorum (kitâb elamṯâl), liber dictorum singularium (k. elnawâdir), liber vocum in dialectis popularibus adhibitarum (k. ellugât), liber quo enumerantur nomina membrorum hominum, camelorum, equorum, pecorum, siderum (k. halq el insân, el ibil, el hail, el šât, el anwâ'). Huc etiam referendi sunt libri de plurali, de duali, de masculinis et femininis, nam harum classium formae non tam ad grammaticam pertinent quam ad etymologiam et ad usum lexicalem. Quales hi libri fuerint intellegitur ex Ibn Doraidi libello de ephippio et fraeno et ex libello de nube et pluvia [2]), in quibus variam iniit rationem. Nam in libello de ephippio et fraeno nomina partium ephippii et fraeni, quas descripsit enumerat, et adjectis versibus confirmat, in altero vero descriptiones nubium et pluviae a propheta traditas et ex Scenitarum ore collectas, seu potius, ut quid censeam addam, ad eorum dicendi consuetudinem artificiose compositas, vocibus raris ornatas, proponit ac deinde explicat. Priorem rationem iniit etiam in libro

1) Basrenses solum curamus, nam Kufenses sunt recentiores. Eorum primus, Arru'âsi, coaevus erat Alhalîli. Fihrist I, 66.

2) Wright Opuscula arabica Leyden 1859 p. 1—46.

Kitab elilḫân inscripto, quem edidit Thorbekius in libro, cui inscribitur Festschrift zur XXXVI. Philologenversammlung. Heidelberg, Winter 1882 Eandem fere rationem sequitur Mubarrad in componendo Kamilo, qui nullo ordine servato omnis generis dicta elegantia et gravia, cum oratione soluta tum pedestri, una cum proverbiis, admonitionibus, sermonibus, epistolis comprehendere eaque commentariis illustrare studuit, nam et hic primum totum textum exhibet, quem deinde commentarius sequitur. Raro capitibus inscriptum est, qua de re agant, uti capiti 50, in quo lâm el istiġâṯ tractatur.

At, qui commentarium componit, notionibus grammaticis opus habet, uti Mubarrad jam ab initio explicationem iʕrâbi i. e. Arabismi pollicetur, et hae notiones grammaticae alteram rem efficiunt, quae in his libris distinguenda est, quam paucis adumbrare nostrum hoc loco est negotium.

Jam in libro Sibawaihiano notiones grammaticae fere omnes cum terminis technicis, quibus nominantur, inveniuntur, ita ut saeculo octavo medio artem grammaticam apud Arabes amplissime excultam esse videamus, quod eo certius dici potest, quia Sibawaihius saepissime laudat magistros suos, Elḫalîlum † 170 = 785 p. Chr., qui septuaginta quatuor annos vixit et 711 natus est, et Jûnusum ibn Ḥabîb † 183 = 799, qui octoginta octo annos vixit et anno 95 Heg. = 713 p. Chr. natus est. Qui viri quum saeculo Hiǵrae secundo ineunte studia grammatica Bassorae excoluerint, ante quos jam Isa ibn Omar eṯṯaqafî † 149 = 766 p. Chr. grammaticam tractavit, quaeritur unde notiones illas generales didicerint, quarum ope analysis sententiarum et formarum verborum efficitur.

Duo vero sunt genera harum notionum, aliae enim ad orthoepiam pertinent, ut qalb i. e. permutatio litterarum, waqf i. e. lectio pausalis, tarḫîm i. e. lenior vocis pronuntiatio, tašdîd i. e. pronuntiatio fortior, atque has quidem non nisi ipsi grammatici arabici potuerunt constituere. Quibus adnumerandae sunt notiones ad scribendi artem pertinentes, de qua libros egisse censeo, quibus inscribitur kiṭâb el-nuqaṭ waššakl i. e. liber punctorum et figurae scilicet vocalium, quae apponebantur, (Fihrist I p. 58 l. 6, De Sacy Chrest. ar. I p. 234) et quas Abu'laswad eddu'ali primus tempore Chalifae Ali apposuisse dicitur. De Sacy in Notices et Extraits VIII 306. Flügel, Die grammat. Schulen initio. Qua in re Abu'laswad ille scripturam syriacam imitatus est, quod punctorum et positio et nomen comprobant[1]).

---

1) Quum de fatḥ dubium non sit, et ضمّ compressio nihil sit nisi syriacum حزرا compressio, de خَفْض monendum est, quod vocalem *i* designat, non vero Genetivum. Hoc خَفْض, depressio, simul est imitatio et interpretatio syriaci

Nomina igitur ad orthoepiam et artem scribendi pertinentia si non curamus, restant eae notiones grammaticae, quae non nisi studio logices potuerunt repperiri, quas Arabes, quum a Syris eas non mutuati sint, e sola graeca schola haurire potuerunt. Ipsos enim id, quod graeci philosophi inde a Platone usque ad Stoicorum tempora plus quam ducentis annis constituerunt, brevi illo spatio, inter Alium et antiquissimos grammaticos intercedente, nullo auxilio usos invenisse, nemo facile credibile censebit. Sed doctrina graeca, qua Arabes instituti sunt, non ex grammaticis est hausta, quippe qui septem orationis partes distinxerunt [1]), de quibus apud Arabes altissimum est silentium. Quod si rectum est, nihil restat nisi conicere, ex ipso Aristotele profluxisse notiones grammaticas Arabum, quem ad mentem commentatorum in compendium redactum Persae illi legerunt, quibus initia grammaticae Arabicae debentur. Inter Persas enim studia philosophiae graecae inde a tempore Chosrois Anošarwân c. 570 p. Chr.[2]) floruisse hodie inter omnes constat, habemus enim librum ipsum, quo Paulus Persa syriace philosophiám regi exposuit in Landii Anecdotis syrr. IV, quo confirmatur testimonium Johannis Ephesini (ed. Cureton p. 388), qui regem per totum vitae tempus studio philosophiae deditum fuisse perhibet.

Ex hujusmodi itaque compendiis, post deletam anno 482 p. Chst. scholam Edessenam inter Persas lectitatis, haustae videntur notiones logicae, quibus usi sunt grammaticae arabicae conditores, quamvis et ipsum Aristotelem illos non legisse, demonstrari nequeat, quocum in rebus summis conveniunt [3]).

Ea vero, in quibus Grammatici notionibus ab Aristotele propositis usi sunt, haec sunt:

1) distinguuntur partes orationis tres 'ism, nomen — fiʿl, verbum — ḥarf, particula, Aristoteli σύνδεσμος dicta [4]). — Quae distinctio apud Aristotelem aeque uti et apud posteriores Arabes additis definitionibus illustratur. Sibawaihi vero definitiones non proposuit [5]), unde sequitur totam distinctionem aliunde arcessitam

---

مجرا, cujus loco deinde كسر est usurpatum. Cum Abu'laswad, in historia de eo relata, voce كسر utatur, totam enarrationem ad posterioris temporis morem aut inventam aut mutatam esse censeo.

1) In memoriam revocanda est Ḥonaini grammatica arabica ad normam graecae composita, quam p. 106 commemoravimus. Potuitne fieri ut Honainus septem partes distinxerit?

2) Cujus de tempore cf. Nöldeke Geschichte der Perser und Araber zur Zeit der Sasaniden p. 428.

3) In tota hac disquisitione definitiones posteriorum grammaticorum, qui post Ma'mûni Chalifae tempora exstiterunt, curari non debent, nam post Ma'mûnum et ipsi Arabes Aristotelem habuerunt.

4) Cf. Aristoteles fragm. 126. Editio Berolin. V p. 1499.

5) Hanc rem jam Ibn Jaʿiš in commentario ad primum caput libri Almufaṣṣal observavit.

ab Arabibus esse receptam, neque ab ipsis excogitatam. Itaque Sibawaihi nominum exempla tantum proponit: Vir, equus, septum (ḥâ'iṭ) sunt nomina. Deinde verbi varia genera ('amṯilatū) esse contendit, quae desumta sint a vocibus (lafẓ' = *φωνή*) accidentium nominis [1]), et formatae (buniyat = aedificatae) ad describendum praeteritum, futurum et praesens. Potuitne Arabs, qui duas tantum formas in lingua sua invenit, de tribus temporibus cogitare, et contendere, verba formata esse ad designandum id quod fuit, est, erit? Et jam vide, quae exempla proposuerit: ḏahaba, samiʒa, makuṯa, ḥumida sunt perfecta, yaqtulu, yaḏhabu, yaḍribu, yuqtalu, yuḍrabu sunt futura, seu potius, ut dicit Sibawaihi, formata sunt ad designandum id quod erit, nec jam accidit, — *at addit Imperativos* iḏhab, uqtul, iḍrib, quae eidem fini inservirent, nec potest distinguere praesens (mâ huwa kâ'inū lam yanqatiʒ) a futuro (mâ yakûnu walam yaqaʒ). En quomodo linguae, quae praesentis formam non habet, formae non sufficiant ad explendum schema temporum, quod inde explicatur, quod schema aliunde mutuo acceptum grammaticus adhibuit, quod non ex observatione formarum ipsius lingua arabicae derivatum est. Fontem habebis in philosophorum compendiis, in locis similibus ei, quem praebet Pauli Persae caput 19, ubi legitur: Quoniam . . . omnis propositio cum tempore enunciatur, tempus vero in tres varietates dividitur: praeteritum .. praesens .. futurum rell. — quem locum ex Ammonii commentario libri Periherm. (Arist. Opp. ed. Berolinensis IV p. 113b l. 17) fluxisse Landius docuit. Ancd. IV 15, 112.

Tertio loco commemorat حرف جاء لمعنى ليس باسم ولا فعل i. e. litteram sive particulam, quae ad sensum aliquem accedit, neque est nomen nec verbum. Cujus generis exempla dicit esse ṯumma, saufa, wa jurisjurandi, lâm relationis (iḍâfet), alia. — Ecce habes definitionem, quae etsi negatione efficitur — scilicet, quae nec nomina sunt nec verba, — tamen id docet, has particulas ad sensum accedere. Dubito enim, num جاء لمعنى recte a De Sacyo [2]) explicatum sit, quum interpretetur: employé pour exprimer un sens, Aristoteles enim, ex quo distinctio trium ora-

1) Qui locum Periherm. 3 (Berol. 16 b) comparaverit, intelleget cur doceat, verba desumta esse (uḫidat) a vocibus accidentium nominis. Haec enim dicit Aristotoles: *ῥῆμά ἐστι τὸ προσσημαῖνον χρόνον . . . λέγω δὲ ὅτι προσσημαίναι χρόνον, οἷον ὑγίεια μὲν ὄνομα, τὸ δὲ ὑγιαίνει ῥῆμα· προσσημαίνει γὰρ τὸ νῦν ὑπάρχειν, καὶ ἀεὶ τῶν καθ' ἑτέρου λεγομένων σημεῖόν ἐστι κτλ.* Hic *ὑγιαίνει* derivatum videtur ab *ὑγίεια*, unde fecit Arabs, verba desumta esse ab accidentibus nominum, nam الضرب, القتل appellat accidentia, a quibus procedunt verba ḍaraba, qatala.

2) Anthologie grammaticale p. 361. Quem De Sacy phrasi sensum tribuit, arabice expresseris ğâ'a bimaʒnā.

tionis partium profluxit, *σύνδεσμον* dicit *φωνὴν ἄσημον*. (Poet. Cap. 20 p. 1456 b) Itaque Arabs contrarium docere videretur. Quodsi vero ḥarfũ ǵâ'a lima3nã reddi potest: „particula sive littera, quae ad sensum aliquem accedit", quo simul indicatur ipsas sensu proprio carere, ac sensum enunciatorum vario modo definire atque immutare, — Sibawaihius rem eandem respicit, de qua Ammonius (Arist. Berol. IV 99 a) docet: „Quae in neutro horum (nominum et verborum) loco adsumuntur, — etsi alio modo protasibus accedunt, quum esse vel non esse indicent, vel quando, quomodo, quoties praedicatum subjecto conveniat, exprimant, vel alium quendam habitum inter illa intercedentem doceant, principaliter Aristoteles *μέρη τοῦ λόγου* dicere dedignatur. . . . haec igitur non *λόγου μέρη* sunt, sed *λέξεως μέρη*, cujus *λέξεως* et ipse *λόγος* est pars . . . . Sed invenies, Aristotelem aliquando videri concedere, omnia communiter *μέρη λόγου* dicenda esse, quia in sequentibus dicit, quaedam *μέρη τοῦ λόγου* sensu esse instructa, ac si alia essent, quae sensu carerent (*ὡς ὄντων τινῶν καὶ ἀσήμων*), nisi accuratior illius sententiae explicatio adesse nobis videretur, quae non contraria est eis, quae hoc loco dicit". Non est dubium, quin verba Sibawaihii ita sint intellegenda: Particula, quae accedit ad sensum, neque est nomen, nec verbum.

2) I3râb, nomen verbi 'a3raba i. e. ad normam linguae arabicae convenientibus vocalibus recitare, nihil est nisi pronuntiatio vocum ad normam Arabismi, sive ipse Arabismus purus putus. Itaque 'a3raba est *ἀραβίζειν*, 'i3râb est *ἀραβισμός*, quae voces sunt formatae ad normam usus verborum *ἑλληνίζειν* et *ἑλληνισμός*, quem docuit Aristoteles Rhetor. III, 5.

Hellenismus quinque constat rebus: 1 dicendum est recta concatenatione membrorum enunciati (*τὸ εὖ ἐν τοῖς συνδέσμοις*), 2 usu aptorum vocabulorum, rebus accurate convenientium, 3 evitanda est amphibolia, 4 servanda est congruentia in genere, 5 adtendendum est ad usum rectum numerorum. Hellenismo opponitur *σολοικισμός* et *σολοικίζειν* i. e. *τῇ λέξει βαρβαρίζειν*, quam vocem Arabes formâ سَلِيقِيّ receperunt, cui Lane attribuit sensum hunc: كلام سليقى naturalis vel indocta elocutio, elocutio in qua vocalismus flexionum finalium non respicitur, ita ut kalâmũ selîqiyyũ oppositum sit elocutioni secundum Arabismum sive secundum i3râbum perpolitae. — Vox in Zamaḫšarii Asâs al balâġat occurrit in versu:

ولَسْتُ بنحوى يلوك لسانه ولكن سليقى اقول فاعرب

i. e. Non sum grammaticus, qui linguam suam rodit, sed idiota, loquor et hoc est ac sie I3râbo uterer. — Fieri tamen potest ut ab arabico سليقة, natura, derivatum vocabulum proprie significet naturalis. At quaero, num Arabibus non fuerit „naturale" Arabismo uti? Si etymologia non probat vocem esse arabicam, relatio, quae

est inter ἑλληνισμός et σολοικισμός et inter اعراب et سليقى contrarium suadet. Hellenismus est ratio linguam graecam tractandi, ut legibus grammaticae et logicae respondeat, neque quidquam aliud est Arabismus sive Iʿrâb, qui eam ob causam ad usum vocalium finalium solet restringi, quia hisce terminationibus nexus grammaticus et logicus membrorum exprimitur, quarum usu justo Arabismus purus efficitur.

Jam quaerimus, num temere in voce Iʿrab recognoscatur imitatio rationis, qua apud Aristotelem vox Ἑλληνισμός adhibita est?

3) Genus nobis quidem est notio grammatica tritissima, sed consuetudo, qua generum in lingua distinctionem putamus esse rem facillimam et ex ipsa quasi natura rerum procedentem, non debet confundere judicium rectum, quo statuitur, generum distinctionem rem esse artificiosam neque omnino necessariam, quae non ex prosopopoeia poetica processit, neque imaginationi vividae hominis debetur res naturales inanimatas cum animalibus sexu distinctis comparantis.

Qui censent, animum linguam a principio creantem naturam quasi animatam sibi imaginasse, vereor ne aetati creatrici pro imaginatione vim meditationis tribuant ab ea alienam, siquidem distinctio generum in lingua opus meditationis est philosophae posteriori tempori conveniens, neque opus imaginationis nativae. In lingua enim variae formae quidem exstant, quas collectas in varias classes distribuere et certo nomine designare opus philosophi vel grammatici fuit, sed si philosophus hasce classes viros dixit et mulieres et res, ex comparatione arteficiosa principium denominandi desumsit, quod in variis formis in lingua usitatis non necessario cognoscitur. Eodem jure poterat adhibere nomen formarum fortium, debilium, mediarum, vel aliud pro lubitu, quod si comparationem cum familia humana instituit suam rationem secutus est nec naturam rerum.

Et re vera Aristoteles tradidit, quinam primus genera in lingua distinxerit, — Protagoras sophista. Sophisticae igitur meditationi, cujus fundamentum erat theoria, ἄνθρωπον πάντων εἶναι μέτρον, Arist. Metaph. X, 1, debetur comparatio variae indolis rerum inanimatarum cum oeconomia hominum. Verba Aristotelis Rhetor. III, 5 de Hellenismo loquentis, ad quem pertinet usus rectus earum formarum, quas jam genera dicere consuevimus, haec sunt: τέταρτον, ὡς Πρωταγόρας τὰ γένη τῶν ὀνομάτων διῄρει, ἄρρενα καὶ θήλεα καὶ σκεύη· δεῖ γὰρ ἀποδιδόναι καὶ ταῦτα ὀρθῶς· „ἡ δὲ ἐλθοῦσα καὶ διαλεχθεῖσα ᾤχετο". Posteriores pro σκεύη dixerunt οὐδέτερον = neutrum, quo facto comparationem cum sexu introduxerunt, quam Protagoras ne voluit quidem, qui in rebus omnibus ad modum hominis tractandis, ἄνθρωπον et κτῆσιν et in homine marem et femininam distinguens, easdem distinctiones ad naturam inanimatam adhibuit. Itaque tunc demum de genere grammatico jure potuit agi, postquam

nomen οὐδέτερον adhibitum est, quod factum est, postquam notio sexus tanquam principium distributionis est recognita. Aristoteles distinguit ἄρρενα, θήλεα et τὰ μεταξύ. Poet. 21. Hoc vero ubi constitutum est, duae classes vocum distinguebantur, nomina neutra, sexu carentia, et nomina sexu instructa, quae dispertiuntur in masculina et feminina.

Neutra sexu carentia Arabes in sua lingua non recognoverunt itaque masculina et feminina tantum distinxerunt, quod Graecum exemplum secutos eos fecisse eam ob causam conicio, quia in adhibendo feminino, quod dicunt, in praedicatis subjectorum eorum, quae efficiuntur pluralibus fractis, notio generis proprie locum non habet, ita ut ex usu frequentissimo horum „femininorum", quae nobis collectiva videntur, alia ratio debuerit procedere, secundum quam eae formae, quae feminina solent dici, forent tractandae. Postquam notionem feminini a Graecis mutuati sunt Arabes, dici potuit: kullu ǵamʿĩ mu'annaṯũ i. e. omnis pluralis est femininus (Kâmil 781), sine illa notione rem non ita tractassent. Sed accedit et alia causa: Arabes enim in lingua sua nomen non habent, quod designat sive sexum sive genus grammaticum [1]), ǵins enim, quod hoc sensu adhibetur, ipsum γένος est, ita ut qui notionem generalem a Graecis acceperint, etiam notiones speciales masculini et feminini grammatici ab ipsis desumsisse censendi sint.

4) ظرف. Inter notiones grammaticorum arabicorum, quae maxime memorabiles videntur, referenda est notio vasis, quo continentur res, quo nomine designantur definitiones loci et temporis, quas accusativo exprimunt. Tali modo iis mafʿulũ fîhi i. e. id in quo aliquid agitur, videtur esse ṭ'arfu'lmakâni i. e. vas, quod est locus, et ṭ'arfu'lzamâni i. e. vas, quod est tempus. Ita rem tractavit jam Sibawaihius p. 170, cum dicat: „Caput de iis, quae ad locos et tempus pertinent et accusativo ponuntur. Quod eam ob causam fit, quia (locus et tempus) vasa sunt, in quae res incidunt et in quibus sunt".

Conjunctio notionum temporis et loci et tota ratio qua secundum ideam universalem loci et temporis constructio grammatica examinatur, quae permultis relationibus apta tali modo in formam simplicissimam redigitur, philosopham institutionem prodit, qua imbutus fuit is, qui varios hujus accusativi usus uno verbo comprehendit. Nec difficile est fontem invenire, unde hic rivulus processit. Qui hanc legem syntacticam ita composuit, Aristotelis de tempore et loco disquisitionem (Physic. Ausc. IV 1, 10) cognovit, quae eo redit, ut locus nec sit materia nec forma, quae a re non

1) Idem cadit in Syros, Hebraeos, Aethiopes, omnibus deest vocabulum sexum designans. Itaque Semitis categoria haec deest omnibus, non enim magna ad derivandas notiones generales gaudent facultate.

separantur, quum locus a re, quam continet, separari possit, ubi enim antea fuit aer postea habetur aqua, loco manente. Quare neque pars est rei neque habitus ipse locus, sed a quaque re separabilis est, etenim quale est vas (τὸ ἀγγεῖον) tale quid ipse locus esse videtur. Vas enim locus est, qui potest transferri. Ita locus ipse in loco est, et cogitari debet etiam locus loci. Arist. Berol. 208 sq.

Ac de tempore quidem docet Aristoteles: „Res in tempore sunt ut in numero. Quodsi ita est, res tempore continentur ut numero, quemadmodum loco continentur ea quae in loco sunt". Pergit deinde: διὸ ἀνάγκη πάντα τὰ ἐν χρόνῳ ὄντα περιέχεσθαι ὑπὸ χρόνου, ὥσπερ καὶ τἆλλα, ὅσα ἔν τινί ἐστιν, οἷον τὰ ἐν τόπῳ ὑπὸ τοῦ τόπου. Denique quae praecedunt comprehendens ait: φανερὸν ὅτι πᾶσα μεταβολὴ καὶ πᾶσα κίνησις ἐν χρόνῳ ἐστίν. Physic. Ausc. p. 221a, 17; 223a, 14.

Quodsi tali modo cum tempus tum locus, quia omnia continet quae sunt, tamquam vas videtur, comprehendi possunt ideae locales et temporales una notione vasis, ac potuit sermo esse de vase loci seu potius, quod est locus, et de vase temporis seu potius, quod est tempus, ita ut tota haec doctrina superstructa sit disquisitioni philosophae de loci et temporis natura, sine qua nec mente concipi nec elaborari potuit. Habes igitur grammaticos, qui Aristotelis fuerunt discipuli.

5) Terminis e philosaphia desumptis adnumerandus est status, ḥâl, quod graeco ἕξις et διάθεσις respondet. Notionem hanc adhibet Sibawaihius Cap. 82, 87, 92—97 sine definitione, quod probat notionem fuisse aliunde receptam et in scholis usitatam [1]).

Ἕξις et διάθεσις apud Aristotelem inter qualitates referuntur, eo tamen discrimine, ut ἕξις, sive habitus, sit qualitas per longum tempus subsistens, διάθεσις sive dispositio vero qualitas brevi tempore cessans. Habitûs semper sunt dispositiones, at dispositiones non necessario sunt habitûs (Categr. 8). Logicorum posteriorum apud Arabes usus est is, ut ḥâl designet qualitates cito transeuntes, uti calorem et frigus, humiditatem et ariditatem, quae repente accidunt (Lane s. v.), unde intellegitur ḥâl magis cum διαθέσει convenire quam cum ἕξει, quod etiam in usum grammaticum vocis ḥâl cadit, qua non tam ἕξεις quam διαθέσεις sensu Aristotelico designantur. Ceterum inter Graecorum philosophos lis est de ἕξει et διαθέσει, de qua agit Simplicius ad locum Categoriarum (Arist. Berol. IV p. 70), in censum vocans Metaph. IV 19, 20, grammaticis vero διάθεσις est genus verbi activum et passivum et medium. Apollonius Dysc. (Sylb.) p. 242. 273. 281. 297. — Cf. Dionysium supra p. 17.

---

1) Zamahšari Mufaṣṣal p. 27 statum, ḥâl, cum vase ẓ'arf similitudinem habere dicit, et adhiberi docet ad indicandam condicionem (hai'atū) agentis et patientis.

Non operae pretium est singulis exemplis demonstrare dispositionem indicari in enunciatis, quae per ḥâl exprimuntur, et ita quidem ut vox, quae dispositionem indicat, ad simplicem enunciati formam per se non pertineat sed accedat [1]). Facile enim in enunciatis omnibus haec natura notionis ḥâl intellegitur, cum nemo dubitet, quin in enunciatis uti: udḫulû 'lbâba suǵǵadã = intrate portam adorando Accusativus suǵǵadã = adorando dispositionem aliquam denotet transeuntem, quae ad enunciati per se perfecti sensum accedit [2]).

6) Tota ratio, qua enunciata composita censent ex fâ'il, fi'l et maf'ûl, cujus varia genera distinxerunt, nec tamen notione subjecti (*ὑποκείμενον*) utuntnr [3]), sola notione praedicati (= *τὸ κατηγορούμενον* = ḫabar) contenti, probat grammaticam superstructam esse studio logices. Atque hac in causa maxima confusione laborat notio praedicati (ḫabar), quod non est praedicatum sensu grammatico sed praedicamentum sensu logico, quia tota enunciata efficiunt praedicamentum, quod in praedicato grammatico fieri nequit. Nam si in enunciato: Zaidũ ḥasanũ ǵulâmuhu = Zaidus pulcher servus ejus vox Zaidũ est inchoativus, accedunt verba ḥasanũ ǵulâmuhu = pulcher servus ejus, quae grammatice composita sunt ex subjecto ǵulâmuhu et praedicato ḥasanũ, tanquam praedicamentum (ḫabar) ex mente Arabum ad vocem Zaidun, quae re vera non est subjectum grammaticum.

Vides ex hoc exemplo, non curari structuram grammaticam sed enunciati sensum, quoad in rerum natura est, et tractandi rationem non esse formalem, quae decet grammaticum, sed res ipsas enunciato narratas respici, quod est logici, physici, metaphysici, uno vocabulo philosophi. In usu notionis inchoativi (mubtada'ũ) elementa quaedam meditationis grammaticae cognoscuntur, sed confusa est haec meditatio, quia cum subjectum tum praedicatum potest esse inchoativus, unde efficitur categoriam inchoandi ad formandas notiones grammaticas esse ineptam. Quod eo magis est certum, quia particulae (negationis et interrogationis), a quibus

---

1) Hinc grammatici ḥâl referunt inter faḍalât i. e. superfluas enunciati partes. De Sacy Gram. ar. II p. 336 primae edit. Alfiyya ed. Dieterici p. 170.

2) In aliis exemplis, quae ab Arabibus ad ḥâl referuntur, jam De Sacy Gr. II 64 usum Accusativi alio modo explicandum esse docuit.

3) Grammatici graeci interdum notionem subjecti habent; *ὑπούσης θηλείας* Apollon. Dyscol. III, 4 p. 199 (Sylburg) significat, si subjectum est femininum. Ammonius (Arist. IV 104 b, 42) distinguit *κατηγορούμενον* et *ὑποκείμενον*. — Non ignoro philosophis *τὸ ὑποκείμενον* esse el mauḍû', at haec notio grammaticis non est usitata. Proxime ad notionem subjecti accedit inchoativus, el mubtada'u, sed haec notio, quemadmodum ab Arabibus tractatur, confusa est, primum quod inchoativus non semper primum locum occupat, ita ut non sit verus inchoativus; deinde quia et praedicatum (ḫabar) interdum pro inchoativo habetur, uti in enunciato: 'aqâ'imũ ulriǵâlu = num stant homines, in quo qâ'imũ = stant est inchoativus.

enunciatum re vera incipit, omnino non curantur, tamquam quae sunt *φωναὶ ἄσημοι* = ḥarfũ ǵâ'a limaʿnã.

Philosophus ille modus procedendi, quo res in enunciato narrata neque vero forma ipsa enunciati respicitur, luce clarius cernitur in notionibus agentis (fâʿil), actionis (fiʿl) et patientis (mafʿûl), quae processerunt ex distinctione *ἐνεργείας* et *πάθους*; atque adeo haec ratio invaluit, ut ipsum nomen fiʿl, quo *ῥῆμα* [1]) exprimitur, non sit interpretatio vocis graecae, sed vocabulum ab Arabibus ipsis inventum ad prosequendam hanc rationem. Quatenus vero in hac ratione processerint, qua non tam structuram vocum in lingua quam rerum in natura relationem curaverunt, optime intellegitur ex ipsorum de passivis doctrina, quae jam apud Sibawaihium (Cap. 9) traditur. In passivo enim y u ḍ r a b u Z a i d ũ = caedetur Zaidus, vocabulum Zaidus est mafʿulũ i. e. objectum actionis, ad quod non transit verbum ejus (fiʿluhu = ejus actio) nec transit ad illud (= disertis verbis exprimitur) actio a g e n t i s (fiʿlu fâʿilĩ) [2]). Posteriores [3]) intricatam hanc rationem simpliciorem reddiderunt, quum docuerint objectum (mafʿûlũ bihi) loco agentis vicario modo poni (yanûbu ʿan ilfâʿili, qâma maqâma 'lfâʿili), quae est ratio grammatica sanior, at non sana, quia notio subjecti, quae est formalis, nondum est exculta, ac grammatici haeserunt in tractanda ratione, quae est in rebus, neglecta relatione grammatica, quae est in verborum et nominum formis. His omnibus longe praestant ea, quae de intransitivis et passivis exposuit Apollonius Dyscolus III, 31 Sylb.

Quae praecedunt satis superque probant, doctrinam grammaticorum arabicorum a studio logices profectam esse, eosque in rebus gravissimis, inter quas referenda est distinctio subjecti et praedicati sensu grammatico, nunquam viam meliorem invenisse. Quod eam ob causam non potuerunt, quia non intellexerunt, syntaxin re vera esse perfectionem doctrinae formarum, atque ita esse adornandam, ut ex recte cognita vi formarum singularum earum usus in oratione definiatur. Syntaxin vero eam ob causam sanae de formis doctrinae superstruere non potuerunt, quia eam non habebant, quum neque verborum neque nominum naturam grammaticam perspexerint. Quae dico contra vulgatam hodie opinionem peccant, qua viri docti admirari solent grammaticorum arabicorum

---

1) Longe alio modo egerunt Syrorum grammatici, Severus p. ܚܐ. Ceterum et Graeci *τὸν ἐνεργῶντα* et *τὸν ἐνεργούμενον* noverunt. Apoll. Dysc. Sylb. p. 241 al.

2) Verba arabica sunt: والمفعول الذى لم يتعدّه فعله ولم يتعدّ اليه فعل فاعل كقولك ضُرِبَ زيدٌ ويضرب عمرو.

3) Alfiyya p. 129. De Sacy Gr. ar. II p. 405, 99 prim. edit.

theorias, quas non sine sudore addidicerunt, ea enim est natura hominis, ut magni aestumet id, quod magno pretio sibi paravit. At adsunt testes haud spernendi, qui grammaticorum rixas non pluris aestumaverint quam quod valent, Ibn Chaldûnum dico et ipsum De Sacyum. Ibn Chaldûn enim inter grammaticos syntaxin excolentes dixit multos fuisse, qui ipsi arabice bene scribere non didicissent, iisque crimini dedit, quod linguae priscae tantum curas impenderent ac neglegerent studium linguae ipsorum tempore usitatae, quae nullo modo linguae priscae praestantia superaretur[1]). Quo facto inter illos ars grammatica eo redacta Ibn Chaldûno videbatur, ut potius regulas quasdam dialectices et logices traderet, quam ad addiscendam linguam aditum patefaceret. Imo id potius egerunt, ut explicationes theoreticas inter se compararent ac dijudicarent, utra earum esset praestantior, non vero secundum usum sed secundum rationem logicam[2]).

Quod vero adtinet ad doctrinam formarum, ipse De Sacyus non diffitetur, Arabes non intellexisse naturam formarum verbi: Les grammairiens Arabes ne me paroissent point avoir établi clairement la distinction des modes dans leurs verbes, ni en avoir bien exposé la nature et la destination. Ils ne distinguent dans le verbe que trois modifications principales, dont deux sont des temps (zamân) et la troisième un mode particulier. Ce mode est l'impératif, qu'ils nomment 'amr c'est à dire commandement. Gr. arabe I § 273 prim. ed. Cf. supra quae ex Sibawaihi proposuimus p. 142.

Supra vidimus hanc distinctionem profluxisse ex imitatione Graecorum, ac nunquam potuisse constitui inter Arabes ipsos, qui nullo modo ad distinguendas tres formas suae linguae natura compellebantur. Tria tempora a Graecis distincta quum viderint, Imperativum in auxilium vocaverunt, ut numerum ternarium explerent, sed sibi non constiterunt nec constare potuerunt in adhibenda temporis notione. Perfectum enim, cui mâḍī i. e. *παρ-*

1) De Sacy Anth. gram. p. 411: Gardez-vous bien de prêter l'oreille au bavardage de certains grammairiens, tout occupés de la syntaxe des désinences, mais dont les esprits étroits ne sauraient s'élever jusqu'à la connaissance réelle des choses, et ne les croyez pas, quand ils vous disent, que l'éloquence est perdue aujourd'hui et que la langue arabe est dégénérée, et cela uniquement à cause du changement qui est survenu par rapport aux désinences, désinences dont l'emploi régulier et systématique fait l'objet capital de leurs leçons. C'est là un discours que leur a suggéré la partialité, et une idée qui s'est emparée de leur esprits à cause de leurs vues très bornées.

2) Res cum sit maximi momenti, interpretationem francogallicam De Sacyi affero: Ils se sont contentés d'appliquer à un exemple quelconque les règles de la syntaxe des désinences, ou bien de démontrer la préférence due à une explication sur une autre d'après ce qu'exige le bon sens et non d'après les conventions de la langue arabe et la phraséologie. Ainsi l'art de la grammaire arabe s'est réduit chez eux à n'être, pour ainsi dire, que certaines règles théoriques de logique et de dialectique, et s'est tout à fait éloigné de ce qui fait la langue et la faculté d'en faire usage. Anthol. gram. p. 422.

ἐληλυθός nomen est, proponere potuerunt, at ubi vim alterius suae formae, cui muḍâriʿu est nomen, definire tentabant, notio temporis non apta erat, quia hac formâ designatur aeque praesens indefinitum et definitum ac futurum ac futurum praeteriti ac praesens praeteriti. Itaque ejus naturam nomine apto designare omnino non tentaverunt, sed propter similitudinem flexionis finalis cum flexione nominum secundum comparationem cum nomine institutam, hanc formam dixerunt muḍâriʿu i. e. nomini similem seu, sit venia verbo, nominascentem.

In doctrina de formis verbi notiones profundiores desunt, nihil habent nisi genus, numeros et personas, notio modi deest. Simile quid cadit in nomina, quorum casus distinguuntur, neque vero notio casus exstat, quae una cum voce eam designante Arabibus deest. Quod eo magis est mirum, quia varii nominis casus et variae Imperfecti formae tam sibi sunt similes, ut usus Aristotelicus vocis πτῶσις optime conveniat his formis, et posterior Grammaticorum graecorum usus, — quos Arabes non cognoverunt, — eos non impedire poterat, quominus Aristotelem sequerentur. Usus vero Aristotelis is est, ut non solum varias nominis formas dicat casus (πτώσεις) verum etiam adverbia ab adjectivis derivata (Top. VI. 10 = 148 a, 10 Berol.) et verborum formas. De quibus dicit: πτῶσις δ'ἐστὶν ὀνόματος ἢ ῥήματος ἡ μὲν τὸ κατὰ τοῦτον ἢ τούτῳ σημαίνουσα καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἡ δὲ τὸ κατὰ τὸ ἑνὶ ἢ πολλοῖς οἷον ἄνθρωποι ἢ ἄνθρωπος, ἡ δὲ κατὰ τὰ ὑποκριτικά, οἷον κατ' ἐρώτησιν ἢ ἐπίταξιν· τὸ γὰρ ἐβάδισεν ἢ βάδιζε πτῶσις ῥήματος κατὰ ταῦτα τὰ εἴδη ἐστίν. Poet. 20. — Nescio, num in alia lingua haec ratio aristotelica facilius possit adhiberi quam in lingua arabica, sed scio aptissimam esse, quae adhibeatur arabicae linguae. Si antiqui grammatici hanc rationem tractandorum verborum non adhibuerunt, concludendum est, Aristotelis poeticam [1]), ubi legitur locus, illis ignotam fuisse, alios vero locos minus insignes, in quibus de casibus verbi est sermo (Peri herm. 3. 5), ab iis fuisse neglectos.

Ac tali modo ad ultimam disquisitionis partem deducimur. Studii grammaticorum vel graecorum vel syriacorum in syntaxi vestigia nulla cerni vidimus, quum notiones generales Iʿrâbi i. e. Arabismi, generis, vasis, status, patientis, agentis, actionis, quarum ope syntaxin excoluerunt, e philosophia processerint neque ex grammatica. Restat ut de doctrina flexionis pauca addamus, quae probant, Arabes Graecorum institutione carentes, in parte etymologica ipsos haud multum profecisse. Locum ex poetica supra allatum praecedit conspectus partium dictionis (λέξεως μέρη) adeo copiosus, ut ex hoc solo loco elementa grammaticae potuissent derivari, nisi Arabibus ignotus fuisset.

1) De Poeticae interpretatione cf. Il commento medio d'Averroe ed. Lasinio Pisa 1872.

Distinguit Aristoteles 1 *στοιχεῖα*, litteras, et tria constituit genera, *φωνῆεν* = vocales, *ἡμίφωνον* = semivocales uti *s* et *r*, *ἄφωνον* = consonantes. Tota distinctio Arabibus ignota est, qui deinde etiam de *δασύτητι* et *ψιλότητι* nihil habent, et quibus notio vocalis [1]) prorsus deest. Arabum de natura et processu sonorum sententiae graecam originem non produnt, sed ipsorum observationibus debentur.

Addit 2 *συλλαβὴν*, Jacobo Edesseno šeqâlâ dictam cf. p. 56 quae notio Arabibus deest. Sequitur 3 distinctio *συνδέσμου*, *ὀνόματος* et *ῥήματος*, quam Arabes e libris logicis cognoverunt. Cf. supra p. 141. Proponit 4 *ἄρθρον*, articulum, qua notione Arabes aegre carent, quum articulum suum nomine litterarum Alif-Lâm designent, quibus componitur. Agit 5 de casibus, quem locum supra exscripsimus, denique 6 de *λόγῳ*, quem Arabes ex libris logicis cognoscentes kalâmŭ dixerunt [2]). Vides notiones orthoepicas, inter quas est summa notio syllabae, Arabibus deesse, qui hanc ob causam etiam Grammaticos graecos non legisse censendi sunt, ita ut notiones grammaticas, quibus utuntur, ex logicis scriptis solum mutuati sint, ea vero, quae de orthoepia tradunt, ipsi invenerint.

Nulla in re vero melius cernitur, Arabes grammaticam graecam non cognovisse, quam in parte grammaticae etymologica. Omnes enim fere definitiones, quibus utuntur Graeci, ignorant. Notionem verbi commutaverunt in notionem actionis (fiʿl), notiones *ἐγκλίσεως*, quo nomine Graeci modos designant, *διαθέσεως* i. e. activi, passivi, medii, *εἴδους*, *σχήματος* et *συζυγίας* non habent, notionem *χρόνων* ex logica desumserunt, restant notiones *προσώπων* et *ἀριθμοῦ*, quibus addere debebant genus Graecis in verbo ignotum. Sic et in nomine non habent notiones *εἰδῶν*, *σχημάτων*, *πτώσεων*, quamvis casus ipsos habeant, et omnes notiones, quibus utuntur, sunt genus et numerus.

Itaque notiones generales, in doctrina de formis adhibitae, sunt: notio personarum, quas tamen non numero primae, secundae, tertiae designant, generis et numeri, quibus accedit notio universalis flexionis, ṣarf. Atque hac in causa conjecerim vocem ṣarf esse interpretationem vocis graecae *κλίσις*, uti ǵins est ipsum *γένος*, notiones vero numeri et personarum, quamvis eis utantur, nomine tamen proprio non designant, عدد enim et شخص hoc sensu apud grammaticos non adhibentur [3]).

---

1) Vix monendum est vocem ḥarakat huc non pertinere, quam Hebraei tgnûʿa, Syri zauʿâ reddiderunt.

2) Ita definitio Alfiyyae: kalâmuna lafṭ'ŭ mufidŭ graece reddenda est *ὁ λόγος ἡμῶν λέξις σημαντική*.

3) Hoc dico, quia in indicibus librorum Almufaṣṣal et Alfiyyae haec nomina non commemorantur. De Sacy gr. ar. p. 116 prim. edit. ea proposuit

Restat ut de nominibus casuum singulorum pauca addamus, quae etsi non in Aristotele ipso tamen in commentariis veterum occurrunt. Tradit Ammonius (Arist. Berol. IV, 104), inter Peripateticos et Stoicos disputatum esse, num nominativus sit casus nec ne, qua in re Stoici casum esse contendebant. Opponunt Peripatetici, quoniam casus (*πτῶσις*) a cadendo (*πίπτειν*) sit nominatus, unde ceciderit nominativus, ad quod respondent Stoici, cecidisse a cogitatione in anima existente. Utrique nominativum appellant *εὐθεῖαν* sive *ὀρθήν*, quod nomen pro diversa eorum de natura nominativi sententia diverso modo explicant, haec vero est Peripateticorum opinio, ut statuant reliquos quidem casus veros esse casus *διὰ τὸ πεπτωκέναι ἀπὸ τῆς εὐθείας*, nominativum autem non esse casum, quam opinionem Ammonius alteri praeferendam esse dicit. Jam si nominativus est forma nominis unde aliquid decidit, sive quae recta stat, quum reliqui casus sint *πλαγίαι πτώσεις* sive obliqui, quomodo factum est, ut Arabes eum rafʿu sive elevationem dixerint? Potestne credi hoc casu esse factum, et negari in seligendo nomine rafʿu Arabes doctrinam Peripateticorum esse secutos, quam a commentatore aliquo Aristotelico didicerunt? Nihilo minus vero mihi nondum constat, nomen rafʿu nihil esse nisi interpretationem vocis *ὀρθή* vel *εὐθεῖα*, nam si rafʿu graecum esset, etiam reliqua casuum nomina ex graecis processisse coniciendum esset, quod probari nequit.

Difficile enim est de nominis ǵarru, quo genetivus designatur, origine ferre judicium. *Γενικὴ πτῶσις* Graecis est is casus, quo res singulae ad suum genus referuntur[1]) quem vocabuli sensum et ii scholiastae recognoverunt, quos secutus Dionysii Thracis interpres Armenius Genetivum dixit seṛagan, seṛ enim est genus. Genetivo tali modo genus exprimitur, ad quod referendum est nomen illud, de quo pendet Genetivus, ita ut genetivo determinetur genus, ad quod pertinet nomen regens. Sic quum dicas: arbor patris, frater amici al. genetivo indicatur genus, ad quod pertinet arbor vel frater, genus enim ab alio distinguit[2]). Arabibus haec notio Genitivi haud ignota fuit, continetur enim notione relationis ejus, quam 'iḍâfet appellant. Genetivus secundum hunc modum rei tractandae dicitur almuḍâfu ilaihi i. e. id apud quod hospitio excipitur, nomen scilicet regens, — nomen regens appellatur almuḍâfu, id quod hospitio recipitur. Itaque genetivus exprimit Arabibus eam notionem, sub cujus potestatem cadit nomen

---

neque vero auctorum locos indicavit. Idem p. 292 locum Haririi apposuit, qui ṣarf a ṣarîf i. e. sono trochleae ad aquam hauriendam adhibitae derivare conatur. Quod probat, illum veram vocis originem ignorasse, quae a ṣarafa = vertit = *κλίνει* profluxit. *Κλίσις* vero non quidem in Aristotele ipso, at in commentariis occurrit (Arist. Berol. IV, 104 b, 19).

1) Cf. Schoemann in Hoeferi diario I, 83, Hübschmann Zur Casuslehre p. 13.

2) Arist. Topica VI, 3: *Δεῖ γὰρ τὸ μὲν γένος ἀπὸ τῶν ἄλλων χωρίζειν.*

regens, quod prorsus convenit cum graeca *γενικῆς πτώσεως* denominatione. At quaeritur num liberius procedentes arabicae grammaticae conditores formulam philosopham Graecis adhibitam ita mutaverint, ut imaginem ingenio ipsorum magis convenientem et perspicuam loco definitionis philosophae introduxerint, an propria observatione eo deducti sint, ut illis cum Graecis conveniret, quia et ipsi Genetivi naturam prorsus perspexerint. Deinde vero etiam iḍâfet non tam Genetivi est nomen, quam definitio relationis intercedentis inter nomen regens et inter Genetivum, quem proprio nomine ǵarr i. e. tractionem appellant. Ita enim dicit Sibawaihius (Cap. 100) Ǵarr (tractio) locum habet in omni nomine, apud quod (aliud) hospitio excipitur = fî kulli 'smin muḍâfĭ ilaihi; et scito: muḍâfũ ilaihi trahitur (inǵarra) tribus rebus, scilicet 1 re, quae neque est nomen neque vas, 2 re, quae est vas, 3 nomine, quod non est vas. Primae classi tribuit m a r a r t u b i Z a i d ĭ i. e. particulas Genetivum poscentes, secundae classi particulas locales et temporales uti ḫalfa, 'amâma al., quas particulas re vera nomina esse disertis verbis addit, tertiae classi nomina miṯlũ, ǵairũ al. In sequenti explicatione de natura particularum rem ita declarat, ut dicat, per particulas uti b i. al. referri (yuḍâfu) ad nomen id, quod praecedat aut sequatur. Tali modo in exclamatione y â l a B a k r ĭ vox exclamandi y â per particulam l a refertur ad B a k r ũ, et in enunciato m a r a r t u b i Z a i d ĭ notio transeundi refertur ad Zaidũ per particulam b i, et in enunciato a n t a k a ʿa b d i l l a h i notio similitudinis refertur ad Abdallahum per particulum k a. Hac in ratione vero relatio logica magis in censum vocatur, quam relatio grammatica, ita ut Arabes, si eorum m u ḍ â f ũ i l a i h i est imitatio notionis *γενικῆς πτώσεως*, totam rem liberius tractasse censendi sint. In voce ǵ a r r vero attractionem recognoscere nobis videmur, qua genetivus cum nomine regente conjungitur (cf. i n ǵ a r r a supra). Quodsi rectum est, notio vocis ǵarr ab ipsis Arabibus est formata neque aliunde mutuo accepta.

Simili modo etiam nomen Accusativi n a ṣ b ũ non ad instar nominis graeci *αἰτιατική* formatum videtur, quum notio causae finalis, quam in *αἰτιατική* vocabulo latere puto, alio vocabulo arabico facilius exprimatur, exempli causa voce غاية. sive علّة sive سبب. In dubio igitur si relinquimus significationem vocabuli n a ṣ b ũ, cui in Qamuso tribuitur sensus scopi vel finis vel extremi, hoc dicimus, nec notionem casuum nec nomina *γενικῆς* et *αἰτιατικῆς* innotuisse Arabibus, a quibus hanc ipsam ob causam grammaticos graecos lectitatos non esse certo certius potest confirmari. Solum Aristotelem sive compendia Aristotelica ad mentem scholiastarum elaborata cognoverunt grammaticae arabicae conditores, ex quibus etiam nomen (*πτώσεως*) *εὐθείας* sive *ὀρθῆς*, quod rafʿũ interpretati sunt, potuerunt recipere.

Quae hucusque de arabicae grammaticae originibus diximus eo redeunt, ut postquam modum vocales nominandi et scribendi a Syris didicerunt Arabes, leges in lingua conspicuas ope categoriarum quarundam ex philosophia peripatetica haustarum recognoverint, cui debent instrumenta validissima ad instituendam analysin syntacticam. Logicam linguae analysin prosecuti et novas categorias introducentes syntaxin excoluerunt, doctrinam formarum neglexerunt; at quae in illa elaboranda profecerunt pleraque ipsorum sunt inventa neque aliunde accepta. Doctrina denique orthoepica nullo modo graecis fundamentis est superstructa, quippe quae processit ex studio Coranum eleganter recitandi (taǵwîd).

Atque haec rei condicio maximi fuit momenti, graecae enim grammaticae definitiones ad linguas semiticas non quadrant, et quicunque grammaticam ad normam Graecorum redigere conatur, gravissimis opprimitur difficultatibus, quod permultis exemplis in praecedente historia grammaticae apud Syros comprobatur. Libere igitur procedentes neque doctrinis naturae rei non convenientibus impediti, linguae semiticae indolem primi Arabes descripserunt, quorum vestigia deinde Judaei presserunt [1]).

Postquam deinde systema grammaticae arabicae excultum est ratione linguis semiticis admodum conveniente, postquam philologi summis omnium laudibus et honoribus extolli consueverunt, mirum non est etiam Syros arabice loquentes formulas grammaticae arabicae ad linguam syriacam adhibuisse. Qua de conamine deinde lis inter grammaticos est exorta, quum alii rebus novis studerent, alii vetus systema a Graecis grammaticis mutuo acceptum servare mallent.

Primus, qui Arabes secutus est inter Syros, fuit Nestorianorum patriarcha Elias I, qui Ṭirhanensis fuerat episcopus et hoc nomine claruit. Anno p. Chr. 1028 patriarcha ordinatus sedit unum supra viginti annos et vita functus est die septimo mensis Maji anno 1049. Grammaticum tractatum, quem scripsit antequam ad dignitatem episcopalem evectus est, Friedericus Baethgen edidit, qui quae de Elia innotuerunt in prolegomenis exposuit [2]).

Elias ubi primum ipse ad litteras syriacas sese applicuit, et arabice de grammatica syriaca exposuit, nec studium organi Aristotelici neglexit, quo si ad res divinas et humanas, ut ait, cognoscendas adducimur, longe facilius ad intellegendam logicam et grammaticam praeparamur — postquam etiam graecos canones

1) Jehuda Chajjug, ut hoc addam, notionem passivi exprimit אשר לא נקרא שם פעלו (Ewald-Dukes Beiträge III p. 148), quod convenit cum ratione supra p 148 [2]) descripta.

2) ܬܘܪܨ ܡܡܠܠܐ ܣܘܪܝܝܐ oder syrische Grammatik des Mar Elias von Tirhan Lipsiae 1880. — Quae in prolegomenis de Elia Nisibeno metropolita dixit facile emendantur ex hujus libri Capite VIII.

grammaticos a Syris receptos quantum fieri potuit investigavit — graecam enim linguam ipse non didicit, — suum esse ratus est componere dissertationes grammaticas in usum tironum. In hoc libello, quem jam manibus terimus, grammaticae arabicae amplissime excultae institutiones eo consilio sequi sibi proposuit, uti notiones profundas in Syriasmo latentes patefaceret, qua in re cognoscitur studium laudibus extollendi patrii sermonis, quem Arabismo non inferiorem esse persuasum habet. Sed voluntas laudabilior fuit quam id quod praestitit; nam a pristina methodo grammaticae syriacae desistere non potuit, in qua multa erant quae tractare debebat, neque vero ad analogiam arabicam tractare poterat (accentus, aspiratio, septem partes orationis cap. 30), — et ab altera parte systema arabicum non integrum potuit adhibere, ita ut opus imperfectum et confusum composuerit. Confusionis exemplum egregium praebet definitio grammaticae p. 4 l. 18, quae dicitur esse 'iδaϡtâ δemettezîϡânwâϑâ δašemâhe wemelle weφeϑgâme. Quum mettezîϡânwâϑâ sint arabice ḥarakât i. e. vocalismi motiones, cogitandum foret, dicere voluisse Eliam, grammaticam esse doctrinam motionis vocalium nominum, verborum et particularum, ita ut peϑgâme sint ḥurûf = particulae; — at ex sequentibus intellegitur, eum etiam accentus logicos uti taḥtâyâ al. inter mettezîϡânwâϑâ referre, ita ut peϑgâme nihil significent nisi membra minora totius enunciati [1]). Tum vero mettezîϡânuϑâ est *προσῳδία* et *διαστολή* sensu graeco, nam *ἐκ τῆς προσῳδίας τὴν τέχνην, ἐκ τῆς διαστολῆς τὸν περιεχόμενον νοῦν ὁρῶμεν* Dionys. Thrax § 2, et duae tantum partes orationis supersunt, nomen et verbum, e quibus componitur secundum Graecos *τέλειος λόγος* Bekker Anecdt. p. 844. Augetur denique confusio capite 18, in quo de causis agens, cur grammatica syriaca non sit exculta, haec dicit: „Nomina et verba in lingua syriaca sunt immutabilia, neque admittunt mettezîϡânwâϑâ i. e. mutationes varias, neque afficiuntur conjunctionibus et adverbiis temporalibus et localibus“. Nam si nomina et verba mutationibus non sunt obnoxia, praeter quod non est verum, quomodo grammatica potest dici doctrina de mutationibus?

Sed ut ad singula accedamus, orditur a discrimine agentis et patientis fâϡil et mafϡûl, quod reddit sâϡôra et mestaϡrânâ, vel ϡâβoδâ et meϑϡaβdânâ, neglectis nominibus ϡâβoδûϑâ et ḥaššâ, quibus grammatici scholae graecae uti Severus bar Šakku utuntur. Ceterum non alia docet quam Severus. Cap. 1.

Pergit loqui de indeclinabili nominum natura (bne, mabniyyũ), attamen quinque sive quatuor mutationes (casus) Graecorum et tres Arabum casus, syriace per b, d, l, formari contendit, quo facto confuse de Dativo et ϡâβoδtâ agit, quem locum Baethgen

1) Idem Cap. 14 syriacum peϑgâmâ respondere dicit arabico ǵumlat, et p. 16 l. 17 disertis verbis de motionibus loquitur, quae in mimre et peϑgâme locum habent, i. e. in sententiis perfectis et in membris sententiarum.

suo jure subobscurum dixit. Cap. 2. Totam rem huc traxisse videtur, quia fâ3il et maf3ûl [Accusativus] declinatione distinguuntur, quod in indeclinabilibus fieri nequit. Capite tertio de passivo agens loquitur de maf3ûlo, cujus fâ3il non commemoratur, quocum conferendum est quod supra p. 148 diximus. Quodsi huc refert usum Accusativi = maf3ûli in designandis temporibus et locis laudem perspicuitatis non meruit. Subjungit capite 4 descriptionem relationis nominum, cui idâfet est nomen.

Capitibus deinde 5 et 6 de ǵezm et tarḫîm agens incredibili modo est confusus. Ǵezm enim locum habere docet, 1 in prima radicali verborum primae Ålaφ, Yud et Nun in Imperfecto et Imperativo e. c. pel a nȩφal; — 2 in formando participio, quod praesens appellat, a perfecto 'Aφ3el, — nam si a 'a3beδ derivatur ma3beδ, Ålaφ apocopatur. — 3 Rescinditur vocalis *a* in compositione participii cum pronomine: ܦܳܩܕܰܬ ex ܦܳܩܶܕ ܐܢ̱ܬ — et 4 apocopatur ܘܢ et ܝܢ in tertia pers. Plur., nam ܐܡܪܘ et ܐܡܪ̈ܝ procedit ex ܐܡܪܘܢ et ܐܡܪ̈ܝܢ. Deinde tarḫim, quo Arabes designant apocopen in Vocativo, conferre audet cum formatione status constructi e statu determinato, gȩβar ex gaβrå al., et status absoluti in Plurali qaddîšân ex qaddîšåϑå. Cap. 9.

Subjungit deinde cap. 11 legem de determinato et indeterminato (ma3rifat et nakirat) ita ut statuat, determinationem semper addito pronomine demonstrativo exprimendam esse. Quo facto cap. 13 de zȩnå = ḥâl, de ṭebbå sive taš3îϑå = ḫabar et de quṭråγå = na3t locutus est. Quas categorias grammaticas quum in Syriasmo non repperiat, de accentibus loquitur, quibus relatio membrorum enunciati dilucidatur. Zȩnå sive ḥâl, quod etiam ainåyûϑå = qualitas Elias appellat, Adverbia amplectitur uti šȩβiḥå'îϑ = laudabiliter et makiχå'îϑ = humiliter. Quṭråγå sive na3t sunt Adjectiva ut kînå = justus al. Quṭråγå δȩquṭråγå habes in gaβrå såhδå šarrîrå = vir [est] testis verax. Ṭebbå sive ḫabar sunt verba uti mallel = locutus est. Haec vero definitio cum usu Arabum non concinit, quibus ḫabar (tebbå) est praedicatum nominale in enunciatis nominalibus, cujus loco Elias verba introduxit, quae Arabes fi3l ad fâ3il accedens solent appellare. Itaque hic quoque habes confusionem, quae etiam augetur eo, quod in enunciatis nominalibus uti: rûḥå hu γer Allåhå = spiritus est enim Deus — vocem ruḥå dicit esse quṭråγå = na3t, quae vox Arabibus ḫabar quidem est, sed nullo modo na3t sive Adjectivum. Ceterum capite 19 eo usque procedit, ut enunciata nominalia prorsus neget, licet sibi ipse non constiterit.

Hae igitur sunt notiones grammaticae arabicae, quas in lingua syriaca recognoscere sibi visus est Elias: fâ3il- et maf3ûl, mabniyyu, idâfet, ǵezm, tarḫîm, ma3rifet et nakiret, ḥâl, ḫabar et na3t. Accedent ṭ'urûf ezzamân walmaqâm. Cap. 10.

Quae praeterea docuit ex antiquiore Syrorum doctrina profluxerunt et ex logica Aristotelis. Syriacae doctrinae originem debent capita de orthoepia et de formatione verborum. Et agit quidem de consonantibus bgdkpt cap. 12, quod deinde cap. 27 ampliavit [1]), et de nominibus vocalium [2]), de lineis nåγoδå, męṭappęyånå, marhęṭånå, męhaggęyånå cap. 27—28, de accentibus cap. 29. Denique de verborum formatione cap. 24—26 disseruit, ad quae accedunt ea, quae cap. 15 de suffixis verborum exposuit, et cap. 23 de discrimine Imperativorum et Perfecti constituit.

Quae restant ex Aristotele sunt desumta, doctrina scilicet de quinque formis enunciati, quae sunt κλητικὴ, ἐρωτηματικὴ, προστακτικὴ, εὐκτικὴ et ἀποφαντικὴ [3]) cap. 7, et dispositio modorum quibus adhibentur particulae bę, dę, lę. Grammaticis denique debet ea quae de casibus tradit. Cap. 16 et 2.

Ordinem capitum non secundum systema aliquod constituit, sed varias quaestiones sine dispositione accurata tractavit, ita ut libellus ab eo compositus melius collectio dissertationem grammaticarum sit dicendus quam grammatica. Itaque titulum libello in codice Berolinensi Petermann 9 inscriptum: turåṣ mamlå suryåyå respuendum censeo, ejusque loco restituendam puto inscriptionem mîmre grammaṭiqåye, qua Ebedjesu in catalogo suo librum insignivit. Assem. B. O. III, I, 262.

Judicium, quod de Elia tulimus, severum quidem est, quum quid re vera assecutus sit quaesiverimus, at haud ita judicandum est, ubi quaeritur, quid suo tempore praestare potuerit. Comparationem enim Arabismi et Syriasmi primus instituere conatus est, et rem tam arduam ab eo non ad finem esse perductam, verum primis lineis tantum adumbratam, nemo mirabitur. Itaque si finem sibi propositum non assecutus est ac nobis confusus videtur, ea in quibus defecit ignoscenda illi sunt, et laudi maximae vertendum, quod novam rationem inivit ad investigandam Syriasmi indolem. Is qui rem ab eo tentatam inter Syros ad finem perduxit, fuit Barhebraeus, ii qui rationem novam omni modo respuerunt, fuerunt Johannes bar Zuʿbi et Severus bar Šakku.

---

1) Accedit quod cap. 30 de *b* post vocalem u corripiendo docet, et de litteris occultatis p. 40 l. 10 et 41 l. 20.

2) Vocalem u dicit wåw heβåså, o vero 'assåqå sive wåw rgwåhtå. Cap. 24. Cf. supra p. 112, 113.

3) Cf. p. 163.

Caput X.

De Johanne bar Zu3bi.

A grammaticorum arabizantium studio alienissimus erat Joḥannan bar Zu3bi, maximus Nestorianorum grammaticus, qui partem Grammaticae euphonicam atque ad recitationem pertinentem aeque descripsit ac philosophiae studio deditus funditus etymologiam et syntaxin tractare conatus est. Cujus viri de vita hoc tantum memoriae traditum est, monachum eum fuisse sub Patriarcha Sabarjesu, qui anno 1226 p. Chr. (623 Heǵ.) consecratus est, in coenobio Sebarjesu urbis Beth Quqe regionis Arbelensis [1]). Docuit artem dialecticam et grammaticam, de qua disserentem eum audivit Severus bar Šakku sive Jacobus Tagritensis, cujus infra mentionem facimus. Collegit et in unum redegit tractatus grammaticos ac suae aetatis morem secutus rem grammaticam etiam versibus comprehendit. Composuit etiam orationes metricas, quarum una de baptismo et eucharistia Assemaniis innotuit.

In conscribenda grammatica majore totus in philosophia versatur, in prooemio vero grammaticae metricae grammaticam a dialectica distinxit:

ܘܡܐܡܪܐ ܗܕܐ ܒܡܠܐ.
ܐܦ ܠܐ ܕܩܢܝܢ ܠܚܬܪܐ.
ܒܡܠܐ ܕܡܠܠܘܬܐ.
ܘܒܡܠܐ ܕܓܪܡܛܝܩܘܬܐ.
ܡܠܐ ܓܝܪ ܕܡܠܠܘܬܐ.
ܠܘܬ [2]) ܦܝܠܣܘܦܐ ܡܬܠܐ.
ܘܡܠܐ ܓܪܡܛܝܩܘܬܐ.
ܠܘܬ ܡܩܪܝܢܘܬܐ ܕܠܫܢܐ.
ܢܬܚܘܡ [3]) ܡܠܐ ܦܝܠܣܘܦܘ.
ܘܠܐ ܡܡܫ ܠܟ ܢܫܐ ܠܘܬܗ.

---

1) Cf. Hoffmann Auszüge aus syrischen Akten persischer Märtyrer Leipzig 1880 p. 215 Nota 1715. Assem. B. O. III, I 307 sq. Barhebr. Chron. eccles. III, 401, 410. Wright Catal. III 1175.

2) Cod. Petermann 9. ܦܝܠܣܘܦܐ.

3) Peterm. 9. ܡܠܬܗ ܕܐܪܣܛܘ.

ܘܠܟܘܢ ܡܚܠܠ ܐܣܛܘܟܣܘ.

ܘܢܗܪܐ ܒܗ ܠܟܠ ܫܘܠܡܐ.

ܡܐܡܪܐ ܐܣܛܘܟܣܝܐ.

ܠܡܟܠ ܐܢܫܐ ܡܫܩܠܝܢ. ܘܫܪ.

Quam legem in grammatica majore sibi non imponens hunc in modum disserit:

Graeci grammatici octo partes orationis distinxerunt, quarum septem a Syrorum grammaticis doctrina graeca imbutis etiam in sua lingua repertae sunt, omisso scilicet articulo Syri habent 1 nomen, 2 verbum, 3 pronomen, 4 verbum nominis (mellaϑ šẹmâ i. e. participium = *μετοχή*, 5 adverbium, 6 praepositiones, 7 conjunctiones. Qui vero Arabes sequuntur, tres tantum partes orationis statuunt. Fol. 35, 155.

Primam hanc grammaticae partem, quam ad graecam normam scripsit, excipit pars secunda de motionibus ܡܠܬܐ ܙܘ̈ܥܐ, quibus septem partes orationis afficiuntur, i. e. de accentibus et de aspiratione, atque hac in re discipulum magistrorum maqrẹyâne dictorum sese comprobavit, quam methodum etiam Josephus bar Malkon iniit. Itaque totam orthoepicam et rhetoricam grammaticae partem secundo loco tractavit, atque hac in re Graecos est imitatus, quorum Dionysius de prosodia rel. ultimo loco egit, quem ordinem etiam Severus et Barhebraeus servaverunt, haud dubie Jacobum Edessenum secuti.

Jam igitur quomodo rem aggressus sit paucis dicamus. Incipit definitio nominis hunc in modum, Cod. Mus. Britt. Add. 25876 fol. 35, Orient. 2314 fol. 3b: ܘܫܡܐ ܗܘ ܗܢܐ ܐܝܬܘܗܝ. ܩܠܐ ܡܫܘܕܥܢܐ ܒܣܝܡܘܬܐ ܕܠܐ ܙܒܢܐ: ܕܗܘ ܕܡܢܘܗܝ ܘܠܐ ܡܕܡ ܐܝܬ ܐܝܟ ܡܫܘܕܥܢܘܬܐ ܡܢ ܡܦܪܫܐ. ܕܡܢܗ ܡܫܘܕܥܐܝܬ. ܡܢ ܟܠ ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ. ܗܘܐ: ܐܘ ܐܝܬܘܗܝ. ܐܘ ܢܗܘܐ ܐܝܬܘܗܝ. ܡܫܘܕܥ ܫܪܪܐ ܐܘ ܕܓܠܘܬܐ. quod ex Aristotele Peri herm. 16 l. 19 ed. Berol. desumptum esse nemo nescit: *ὄνομα μὲν οὖν ἐστὶ φωνὴ σημαντικὴ κατὰ συνϑήκην, ἄνευ χρόνου, ἧς μηδὲν μέρος ἐστὶ σημαντικὸν κεχωρισμένον.* Sequitur vero Johannes interpretationem eam, quam G. Hoffmannus littera x signavit (De hermeneuticis apud Syros p. 23, 71), quam cum Probi commentario conjunctam Johannes legit. Nam quod addidit ܕܡܢܗ ܡܫܘܕܥܐܝܬ = cujus pars separata nihil designat d e f i n i t e, — id ex Probi verbis l. l. 72 l. 11

contractum est, quod sequitur ܟܡ ܗܘ.. ܐܘ ܕܡܠܬܐ concinit cum Probo l. l. 72 l. 14—15. Jam pergit Johannes: ܘܡܬܒܥܝܐ ܕܐܙܠ. ܡܛܠ ܩܠܐ ܐܝܬܘܗܝ ܐܘ ܐܕܫܐ. ܘܐܡܪܝܢ ܕܩܠܐ ܘܐܕܫܐ. ܐܕܫܐ ܕܢܩܫܐ. ܘܓܢܣܐ ܕܩ̈ܠܐ ܡܫܘ̈ܕܥܢܐ ܘܟܝܢ̈ܝܐ.· ܘܕܩ̈ܠܐ ܡܫܘ̈ܕܥܢܐ ܘܐܬܝܐ ܠܗܘܢ ܫܠܡܘܬܐ.· ܐܘܟܝܬ ܩ̈ܠܠܐ ܘܡܬܡܠܠ̈ܢܐ. I. e. Quaeritur utrum *φωνὴ* sit genus an species. Et dicimus utrumque; species est si refertur ad *ψόφον*, genus est si refertur ad *φωνὰς σημαντικὰς καὶ φυσικὰς* [qualis est latratus canis adventum visitantium indicans] et ad *φωνὰς σημαντικὰς* sive pronuntiatas sive scriptas, quibus accedit *συνθήκη*. Quae omnia referenda sunt ad Probum 71 l. 9, 73 l. 29, quem et in sequentibus imitatur Johannes: ܘܢܩܫܐ ܐܝܬܘܗܝ. ܡܚܘܬܐ ܕܐܐܪ ܕܡܬܪܓܫܐ ܕܡܫܡܥܢܬܐ ✠ ܘܩܠܐ ܐܝܬܘܗܝ.· ܡܚܘܬܐ ܕܢܦܫܐ. ܕܗܘܐ ܡܢ ܡܬܢܫܡܢܘܬܐ ܕܚܝܐ ܘܪ̈ܐܬܐ. ܟܕ (fol. 36b) ܡܬܐܠܨ ܐܐܪ ܗܘ ܕܥܠ ܡܢ ܢܫܡܐ. ܘܡܬܢܩܫ ܥܠ ܐܪ̈ܛܪܝܐ ܘܡܚܠ.· ܘܢܦܩ ܡܛܠ ܕܡܫܘܕܥ ܟܝܢܐܝܬ: ܐܘ ܕܡܫܘܕܥ ܒܨܒܝܢܐ ܘܡܠܝܠܐܝܬ. ܫܦܝܪ ܩܪܐ ܡܢܘܗܝ. ܠܫܡܐ ܩܠܐ ܡܫܘܕܥܢܐ ܕܡܫܘܕܥ ܒܪܢܫܐ ܘܣܘܣܝܐ ܘܟܐܦܐ: ܐܘ ܚܟܡܬܐ ܘܝܘܠܦܢܐ ܘܡܣܬܟܠܢܘܬܐ ܘܫܪܟܐ. H. e. *ψόφος* est *πληγὴ ἀέρος αἰσθητὴ ἀκοῇ* (ex his enim Ammonii verbis Probus sua desumpsit (Aristotelis Opp. ed. Berolinensis IV 102b) *φωνὴ δὲ ψόφος* (Johannes inaccurate dixit *πληγή*) *ἐξ ἐμψύχου γινόμενος, ὅταν διὰ τῆς συστολῆς τοῦ θώρακος ἐκθλιβόμενος ἀπὸ τοῦ πνεύματος ὁ εἰσπνευσθεὶς ἀὴρ προσπίπτῃ ἀθρόως τῇ καλουμένῃ τραχείᾳ ἀρτηρίᾳ*[1]) *καὶ τῇ ὑπερῴᾳ ἤτοι τῷ γαργαρεῶνι*, et procedit *φωνὴ* naturali modo aliquid designans [cf. latratum canis], aut per intentionem et logicam. Bene igitur appellavit [Aristoteles] nomen *φωνὴν σημαντικήν*, quae designat hominem equum, lapidem vel sapientiam, disciplinam intellegentiam rel. Cf. Probum 71 l. 10; 73 l. 30[2]).

Haec omnia vero Johannem ex commentatione syriaca deprompsisse neque graece legisse iis comprobatur, quae de šalmuϑâ i. e. *συνθήκη* dixit. Distinguit enim šâlęmuϑâ i. e. assensus a šalmuϑâ i. e. perfectio, quum dicat: „ubi audiunt auditores vocem significantem logicam, assentiuntur (šâlęmîn) ei rei, quam distincte dixit" deinde vero de šalmuϑâ sive perfectione loquitur. Hoc Syri cujusdam ineptum est arteficium, qui sensum vocis *συνθήκη*

1) Cf. infra in excerpto ex grammatica metrica p. 161 versum octavum.

2) Harum doctrinarum originem et historiam persequi non hujus est loci. Conferendus est Hoffmannus de Hermeneuticis apud Syros Aristoteles p. 122.

ignorabat, et ܦܠܣܘܬܐ legens, exprimi censebat, partes vocis sensu carere.

Haec omnia qui novit, initium grammaticae metricae intelleget, quod ex Codice Peterm. 9 descriptum lectoribus propono tanquam exemplum, quomodo hae doctrinae discipulorum memoriae tradebantur:

ܢܦܩܐ ܚܘܫܒܢܐ ܕܟܠ ܩܠܝܢ.
ܬܪܬܝܢ ܡܬܦܠܓܢ.
ܠܡܫܘܚܬܐ ܐܪܡܝܬܐ.
ܕܡܠܝܠܬܐ ܕܡܫܡܫܢܬܐ..
ܘܡܫܘܚܬܐ ܠܘܬ ܡܢܝܢܬܐ.
ܦܣܩܐ ܡܢ ܚܕܐ ܘܬܪܬܐ.
ܘܡܢܗܘܢ ܡܬܐܡܪ ܐܦ
ܟܠ ܐܪܒܥܐ ܘܫܬܐ..
ܘܟܠ ܐܦ ܗܘ ܡܬܦܠܓܢ.
ܠܡܢܝܢܐ ܘܟܠܐ ܡܢܝܢܐ.
ܡܢܝܢܐ ܐܝܟ ܟܠ ܚܘܒܐ.
ܘܠܐ ܡܢܝܢܐ ܐܝܟ ܩܠܡܒܐ.
ܘܡܢܝܢܐ ܠܘܬ ܡܬܦܠܓܢ.
ܟܠܝܬܐ ܘܟܠܝܬܐ.
ܟܠܝܬܐ ܐܝܟ ܟܠ ܟܠܒܐ.
ܡܫܘܚܢ ܡܬܝܬܐ ܢܘܟܪܝܐ..
ܕܟܠܝܬܐ ܒܡܫܘܚܬܐ.
ܐܝܟ ܩܠܐ ܡܬܟܬܒܐ.
ܘܩܠܐ ܠܘܬ ܡܬܟܬܒܢܐ.
ܠܬܪܝܢ ܐܝܟ ܡܬܦܠܓܢ

ܠܫܡܗܐ ܦܠܓ ܠܗܘ ܐܪܒܥܐ.

ܘܠܡܠܬܐ ܕܪܫܡ ܗܘ ܐܪܒܥܐ.

Genera nominum deinde distinxit quattuor, denique sententiarum (ܡܐܡܪ̈ܐ) genera proposuit quinque aristotelica ܡܦܪܫܢܐ ܡܫܐܠܢܐ ܡܫܐܠܢܐ ܦܩܘܕܝܐ ܘܗܘ ܡܫܡܥܢܐ ܕܡܬܟܪܙܢܐ/ܐܦܘܦܢܛܝܩܘܣ ܕܝܘܢܝܐ ܘܐܡܪ.

Postquam tali modo de sonorum, vocabulorum, sententiarum natura disseruit, classes nominum distinguit, nulla formae grammaticae habita ratione, qua in enumerandis formis fundamento usum esse Jacobi Edesseni laus est immortalis. Philosophos potius sequitur Johannes, quorum ratio distinguendi cognoscitur ex libro Pauli Persae, quem edidit Landius in Anecdotis syriacis IV p. 7, 6. Johannis enim classes constituuntur nominibus 1 naturalibus kẹyânâye, 2 personalibus qẹnumâye, 3 accidentalibus gedšânâye, 4 actionem designantibus soʿrânâye. Quas ita in partes minores distribuit:

I. Naturalia, quae indicant naturam rerum in hoc universo, sunt aut corporalia aut incorporalia, uti angeli, daemones (šîδe), animae. Corporalia sunt 1 animata, 2 inanimata uti elementa quattuor al. Animata sunt animalia, animalia plantarum natura induta, plantae. Animalia sunt volantia, natantia, gradientia. Et sic porro.

II. Personalium maxima confusione obrutam seriem taedet repetere.

III. Accidentalium classes novem proponit: 1 quantitativa (brevis, longus al.), 2 qualitativa (albus, rufus al.), 3 nomina relationis (amicus, dominus servi al.), 4 localia (superior, inferior al.), 5 temporalia (menqẹδem, 'ešteqaδy), 6 nomina positionis sẹyâmâye (uti hẹlaχtâ, qaumâ, magnẹyâ), 7 nomina essentiae iϑûϑânâye, quibus aeque qualitas interna designatur (est homo et animal = iϑauhy barnâšâ wẹhayyâ) atque externa (sunt ei divitiae = iϑ leh ʿuϑrâ), 8 activa (qâṭolâ), 9 passiva (qẹṭîlâ).

IV. Actionem designantia sunt 1 corporalia (naggârâ, ardiχlâ), 2 spiritalia (ḥakkîmâ), 3 corporalia simul et spiritalia (bonus, malus, justus), 4 quae corpus concomitantur = dẹmen ḥẹδârai paγrâ (pauper, dives).

En egregiam nominum in classes distributionem! Neque taedet Johannem fol. 129 a eodem ordine etiam formas pluralis numeri recensere. Ex simili vero philosophandi ratione quomodo profectum sit systema Syrorum, quo accentus adhibent, id hoc loco ante oculos ponere missis aliis Johannis observationibus operae pretium est. Sequitur hac in re eandem viam, qua incessit scriptor tractatus anonymi, ex Thomae Harclensis schola oriundi, quem edidit Phillips in libro A letter of Mar Jacob p. 68.

Procedit fol. 56b a quinque speciebus orationis, de quibus secundum reliquos interpretes Aristotelis etiam Probus egit (Hoffmann p. 66 et 115), quas ita vocavit: qåroya = κλητικός, meϑkaššeφånå = εὐκτικός [1]), påqoδå = προστακτικός, mešayyelånå = ἐρωτηματικός, påsoqå = ἀποφαντικός. Harum specierum indolem explicans Probus, qui non post saeculum quintum vixit (Hoffmann p. 146), exemplis biblicis utitur, ita ut in usum scholarum christianarum eum scripsisse intellegatur. Juvat repetere haec exempla. Et illustratur quidem qåroyå his verbis ܬܘ ܠܘܬܝ ܟܠܟܘܢ ܠܐܝ̈ܐ ܘܫܩܝ̈ܠܝ ܡܘܒ̈ܠܐ Matth. 11, 28. Mepisånå (meṣalleyånå, meϑkaššeφånå aliis dictum) exstat in verbis ܒܥܝܐ ܡܢܟ ܡܪܝ. Cf. Luc. 8, 28 et legas ܒܥܐ. Påqoδå est in verbis ܙܠ ܒܥܝ ܓܐܪ̈ܐ ܘܝܬܐ ܐܠܐ 1. Sam. 20, 21 Mešayyelånå est in verbis ܐܝܟܐ ܣܡܬܘܢܝܗܝ. Joh. 11, 34 Exemplum Påsoqae ܐܠܥܙܪ ܬܡܢ ܐܝܬܘܗܝ ex Johanne desumptum videtur, aliud ܢܦܫܐ ܠܐ ܡܝܘܬܬܐ ܐܝܬܝܗ̇ biblicum non est.

His igitur de quinque speciebus fusius disserens ita fere Johannes dicit: Qåroyå, meϑkaššeφånå et påqoδå aliud alio definitur et inter sese conjuncta sunt, påsoqå vero et mešayyelånå cum prioribus tribus cohaerent. Primum enim vocatio (qåroyå) aut preces (meϑkaš.) aut jussum (påqoδå) locum habent, deinde interrogat aliquis aut interrogatur, quo facto oratione apophanticâ (mimrå påsoqå) res ad finem perducitur. Ita enim homo vocat aliquem dicens: ܐܘ ܦܠܢ. ܬܐ ܠܟܐ = O tu, veni huc. Et quum venerit interrogat eum: ܐܘ ܦܠܢ ܦܠܢ: ܫܠܡ ܐܝܬܘܗܝ = o tu, ille valet? Deinde respondet ad quaestionem oratione apophantica dicens ܦܠܢ ܫܠܡ ܐܝܬܘܗܝ = Heus tu, ille valet.

32 ܦܘܠܐ ܕܟܢܐܘ. ܦܝܫ ܒܒܢ̈ ܐܠܗܐ̈ ܐܝܟ ܛܡܒܘܬܝ. ܝܘܬ ܗܦܐ̇
ܠܡܘܢ̈ ܘܡܫܐ.

33 ܦܘܠܐ ܕܦܘܩܘ. ܢܓܪ ܠܢ ܠܡܘܢ̈. ܦܢܝܗ ܒܡܘܬܝ ܦܬܝܐ̈.

34 ܦܘܠܐ ܕܝܢ ܡܬܐ. ܠܚܬܐ̈. ܐܬܐ̈. ܠܡܬܝ ܦܟܠܐ̈.

35 ܦܐܬܐ ܕܢܫܐ. ܘܐܡܬܝ. ܘܐܡܬ.

36 ܡܡܬܐ ܠܢܚܐ. ܐܠܐ ܡܓܦܬ ܠܡܘܬ. [2] ܐܠܐ ܒܠܐ ܒܠܐ ܢܬܠܦܘܢ.

37 ܦܡܘܕܐ. ܡܙܒܢܐ ܣܡܢܬܐ ܦܟܘܪܬܐ

38 ܕܠܡܘܬܐ. ܢܘܒܬ. ܦܠܡܬ. ܢܝܘܬܐ.

39 ܡܪܓܠܐ ܦܠܐ. ܡܫܘܕ ܠܢܦ ܡܡܠܠ ܐܠܗܐ ܗܘ ܦܠܐ. ܒܠܒܠܐ̇ ܘܒܠܒܠܐ
ܡܡܠܠܝܢ.

1) In codice ܒܡܬܠܐ. exstare videtur.
2) Haec duo puncta dubia sunt.

40 ܢܓܪܐ. ܘܢܦܫܗ ܘܐܦܝ̈ܗ. ܘܐܓܪܐ ܘܐܦܝ̈ܗ.

41 ܦܩܘܕܐ ܕܪ̈ܫܐ. ܟܬܒܘ ܕܢܒܝܐ ܗܘܫܥ܂ ܚܕ ܡܢ ܦܣܘܩܐ܂ ܗܠܝܢ ܐܒܘܗ̈ܝ:
ܠܐ ܡܬܚܫܒܢ ܡܛܠ ܟܠܗܝܢ ܕܡܢ ܟܕ ܒܚܕ ܘܐܚܪܢ ܕܒܗܘܢ: ܠܐ ܡܢ ܡܠܘܐ
ܡܬܚܫܒܢ ܒܥܠܬܐ: ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܟܬܒܐ ܗܘ ܒܝܬ ܟܠܗܘܢ:

42 ܡܪܝܡܢܐ ܕܪ̈ܫܐ. ܐܢܐ ܦܩܕ ܐܢܐ ܕܡܢܝ ܐܬܦܩܕ: ܐܠܗܐ܂ ܗܘܐ܂ ܦܩܘܕܢܘ:
ܠܐ ܬܚܫܒܢ ܕܡܢܗ ܕܠܐ ܠܥܘܠܐ܂ ܠܟܢܫܐ ܗܘ ܐܬܐ:

43 ܠܣܛܐ ܕܦܬܓܡܐ. ܗܢܐ ܠܐ ܦܩܕ ܡܠܘܐ. ܘܐܢܐ܂ ܠܐ ܐܬܚܫܒ ܠܗ.

44 ܡܪܝܡܢܐ ܘܢܓܪܐ. ܘܢܦܫ ܕܗܘܐ ܘܐܦܝ̈ܗ. ܘܡܛܠ܂ ܐܝܟ ܘܐܦܝ̈ܗ. ܘܦܩܕ܂
ܠܟܢܫܗ ܘܐܦܝ̈ܗ.

45 ܡܪܝܡܢܐ ܘܡܫܡܠܝܢܐ ܘܦܣܘܩܐ. ܐܡܠܐ܂ ܚܕܐ ܒܟܬܒܐ ܘܡܫܪܐ ܗܘܐ.
ܫܒܩܐ܂ ܕܢܘܪܐ ܠܐ ܬܐܬܐ ܒܟܠܗ. ܐܘܕܐ܂ ܠܟ ܒܟܬܒܐ ܘܠܡܫܪܐ ܐܡܪ.

46 ܡܫܡܠܝܢܐ ܘܦܣܘܩܐ. ܡܫܪܐ ܕܟܕ ܡܬܚܫܒܢ ܐܢܐ.

47 ܙܘܓܐ ܕܢܦܠܐ ܠܥܠܝܐ. ܣܓܝ ܡܢ ܡܬܚܫܒ܂ ܐܘ ܡܠܟܐ: ܠܐܢܫ ܕܐܬܐ܂
ܒܐܬܪܘܬܗ ܘܒܡܫܘܪܐ܂ ܘܒܦܠܓܐ:

48 ܙܘܓܐ ܠܥܠܐ ܘܡܪܝܡܢܐ ܘܠܣܛܐ. ܐܝܟ ܕܐܬܒܥܝ ܢܦܠ ܦܠܘܣܘܦܐ ܠܟܬܒܐ
ܕܡܬܦܩܕܝܢ. ܐܝܟ ܢܬܚܫܒܘܢ܂ ܒܡܫܡܠܝܢ ܕܡܢܐ ܒܗܘܐ ܘܬܟܝܠ.
ܡܢܟ [1] ܢܫܡܥ ܕܡܬܚܫܒ ܒܫܡܐ ܟܠ ܡܢܐ ܘܡܬܦܪܫ ܟܘܠܐ.

49 ܡܪܝܡܢܐ ܕܐܠܗܐ ܢܘܪܐ. ܡܘܦ ܡܢܐ ܠܒܢܝܟ: ܘܡܦܩܢ ܒܢ̈ܝܟ
ܘܒܢ̈ܝܟ: ܒܟܠ ܡܢܐ ܐܠܗܐ:

1) Analogia postulat mezîʿânâ post ܢܫܡܥ.

50 ܙܘܓܐ ܚܒܝܫܐ. ܒܡܫܡܫܢܘܬܐ ܡܦܪܫ ܣܡܟ ܘܩܪܐ ܢܚܘ: ܠܐ ܬܬܒܥܐ ܐܝܟܢܐ
ܠܡܐܬܐ ܒܡܦܩ ܠܐܦܐ ܗܘܝܐ: ܐܘ ܗܦܘܟ ܠܡܬܡܨܝܢ: ܕܒܥܐ ܒܥܒܕܘܗܝ
ܡܢܗܠܐ ܒܡܬܘܡܐ ܘܦܩܘܕ ܐܢܘ.

51 ܐܝܠܐ ܐܚܪܢܐ ܕܐܦ ܒܥܒܪܝܐ (¹ܡܬܡܢܐ. ܘܐܡܝܢ ܡܫܬܘܕܥܐ ܒܐܝܕܗ
ܕܦܬܓܡܐ. ܗܢܐ ܡܠܬܐ ܚܝܠ ܠܦܬܓܡܐ ܦܬܓܡܐ. ܕܐܝܬܝܗ ܡܢ ܒܒܢܝܢܗ
ܕܐܦܐ: ܕܠܡܦܣ ܚܒܫܬܗ ܕܦܬܓܡܐ.

52 ܕܝܢ ܡܐܟܠܐ. ܒܡܦܩܐ ܗܘ. ܒܐܝܠܐ ܗܘ. ܐܝܠܐ ܐܚܪܢܐ. ܘܠܐ ܕܐܡܝܪܐ ܐܘ
ܐܝܟ ܐܘ ܐܝܟܢ ܢܚܘܝ ܒܠܥܕ ܐܘ ܡܢܐ ܐܘ ܡܢܐ..

ܫܠܡ.

III. Eliae Tirhanensis de accentibus tractatus.
Codex Petermann 9. Fol. 17 a.

ܡܢܘܬܐ ܕܦܘܫܩܐ ܘܦܘܪܫ ܦܬܓܡܐ ܕܟܠ ܚܕ ܡܢܗܘܢ..

ܐ. ܙܘܓܐ ܗܟܝܠ ܦܘܩܐ ܕܦܘܩܐ ܡܦܩܕܢ. ܒܗ ܗܘ ܡܐܡܪܐ ܐܡܪܐ.

ܒ. ܬܚܬܝܐ ܕܝܢ ܢܦܩ ܒܙܘܓܐ. ܡܐ ܕܦܩܕ ܦܘܩܐ ܕܒܬܪܗ.. ܘܡܥܒܕܐ
ܠܡܐܬܐ ܚܝܠܐ.

ܓ. ܦܩܘܕܐ. ܟܠ ܦܩܘܕ ܦܘܩܐ ܡܦܩܕܢ (²ܘܐܬ ܡܥܒܕ ܦܩܕ ܠܚܝܠܐ
ܠܡܐܡܪܐ. ܬܚܬܝܐ ܬܘܒ ܡܬܬܒܥ ܡܬܐܡܪ ܠܗܘܐܘ ܒܟܠ ܙܘܓܐ.
ܘܡܦܩܐ ܠܦܩܘܕܐ ܡܐ ܕܡܐܡܪܐ ܒܪܐ ܠܗܘܐ ܦܩܘܕ ܦܘܩܐ
ܕܡܬܩܛܥ.

ܕ. ܒܟܠ ܕܝܢ ܡܬܚܙܐ ܡܐ ܕܒܦܘܩ ܡܐܡܪܐ ܩܕܡ ܡܠܬܐ. ܠܐ ܕܝܢ ܘܫܡܐ

1) Cod. ܡܬܡܢܐ. 2) Vocabulum illegibile

ܡܟܝܠ ܕܩܢܝܢܐ ܠܗܘܐ ܡܠܬܐ. ܕܒܝܬܗ ܗܘܐ ܡܬܬܩܦܢܐ. ܒܗܟܢ
ܒܗ ܗܘܐ ܕܗܘܬ ܡܠܬܐ. ܗܟܢ ܡܬܚܙܐ.

ܗ. ܡܬܝܚܕܐ ܒܗܝ ܢܬܡܪ.

ܘ. ܢܬܡܪ ܒܚܘܒܐ ܐܠܗܝܐ. ܘܡܫܬܡܫܐ ܐܝܟ ܕܗܟܢ ܘܡܢܟܐ ܘܬܫܡܫܬܐ.

ܙ. ܡܫܡܫܐ ܚܠܦ ܬܫܡܫܬܐ ܡܬܬܩܝܡ ܡܐ ܕܡܬܡܪܐ ܒܪܐ ܠܚܘܒܐ ܡܫܝܚܐ.

ܚ. ܡܫܡܫܐ ܒܚܝܠܐ ܗܘ ܡܫܡܫܐ ܕܬܫܡܪܐ. ܡܢ ܕܒܟܠ ܐܬܪܐ ܢܬܒܥܐ ܕܝܢ
ܕܢܦܘܩ ܘܡܫܡܫܢܐ ܗܘ ܕܒܟܠ.

ܛ. ܒܪܬܐ ܡܬܬܩܝܡ. ܒܝ ܢܗܘܐ ܒܪܐ ܡܬܡܪܐ ܕܬܫܡܫܬܐ ܡܬܚܙܐ.

ܝ. ܟܠ ܒܟܠ ܩܘܫܬܐ ܐܝܬܘܗܝ ܕܡܫܡܫ ܕܝܢ ܒܝ ܐܬܝܪܐ ܒܟܠܗ.
ܘܦܩܕܝܢ ܟܠ ܢܦܫܗ ܢܚܘܬ.

ܝܐ. ܢܫܐ ܘܡܬܚܙܝܐ ܢܚܐ. ܬܫܡܫܬܐ ܐܝܟ ܕܗܟܢ ܘܬܫܡܫܬܐ[.]

ܝܒ. ܡܬܚܙܝܐ ܢܚܬ ܡܬܬܩܝܡ ܒܝ ܫܒܝܠܐ ܠܡܫܡܫܘ ܠܡܬܡܪܐ ܐܝܟ
ܕܠܡܫܡܫܢܐ ܡܬܪܐ.

ܝܓ. ܗܟܢ ܦܘ ܕܡܬܚܢܢܐ. ܒܝ ܒܬܘܪܬܐ ܫܒܝܠܐ ܕܢܦܘܩ.

ܝܕ. ܗܟܢ ܕܢܬܡܪ. ܒܝ ܒܬܘܪܬܐ ܕܡܫܬܐ ܡܢ ܗܘ ܕܡܬܩܪܐ.

ܝܗ. ܗܟܢ ܫܡܫܐ. ܡܐ ܕܗܘܐ ܒܪܐ ܡܫܡܠܝܐ.

ܝܘ. ܗܘܒܐ ܘܬܫܡܫܬܐ ܫܡܫܐ. ܘܗܘܒܐ ܘܡܫܡܫܐ ܫܡܫܐ ܒܠܒ ܡܬܚܙܝܐ.

ܝܙ. ܗܟܢ ܒܟܠ ܟܠ ܡܬܩܢܢܘܬܐ ܡܬܝܪ ܘܒܗܘܢ. ܘܡܫܬܒܩܝܢ ܐܝܬܘܗܝ
ܕܢܦܩ ܒܗܘ ܘ ܐܘ ܐܝ ܐܘ ܠܐ. ܘܗܘܝܐ ܒܠܫܢܐ ܐܘ ܒܪܚܡܐ ܘܒܬܪܒ
ܬܘܒ ܒܗܘ ܐܘ ܒܟܠ ܘܬܫܡܫܬܐ ܘܡܢ ܩܘܫܬܐ ܒܫܘܕܥܐ.

ܝܚ. ܘܟܠܐ ܡܬܚܙܐ ܐܝܟ ܐܝܬܝ. ܒܝ ܫܒܝܠ ܠܡܒܪܗ ܠܡܬܡܪܐ ܕܢܬܟܠܠ
ܠܫܘܒܚܐ. ܐܘ ܗܘܐ ܡܠܬܐ ܠܦܘܩܕܢܐ. ܗ̄. ܐܝܟ ܐܘ ܐܝܬܘܗܝ.
ܘܐܝܬܘܗܝ ܒܚܝܠܐ.

ܝܛ. ܡܢܝܚܐ ܚܠܦ ܦܘܪܩܢܐ ܡܫܝܚܝܐ. ܘܚܠܦ ܡܫܒܚܘܬܐ ܘܢܘܚܐ ܡܥܘܕܪܢ.

ܟ. ܡܝܬܪܬܐ ܟܠ ܕܡܬܪܐ ܡܥܘܕܪܢ ܘܐܦ ܐܠܗܐ ܕܡܫܒܚܘܬܐ ܡܫܡܠܝܐ ܒܟܠ ܕܡܬܪܐ. [Pro ܡܫܡܠܝܐ in codice ܡܫܡܠܝܢ exstare videtur.]

ܟܐ. ܡܢܝܚܐ ܟܠ ܦܘܪܩܢܗ ܡܟܪܐ ܡܫܘܚܐ ܘܡܬܪܒܝܢܘܬܐ ܕܡܢ ܡܘܟܟܬܐ.

ܟܒ. ܡܬܟܠܝܐ ܠܐ ܢܚܬܘܗ ܘܡܘܬܐ ܐܘ ܡܠܟܐ ܐܘ ܡܘܟܟܬܐ ܠܡܟܠܟܠܐ ܐܠܦܐ ܘܦܘܣܐ ܘܡܘܚܪܐ.

ܟܓ. ܘܗܐ ܒܪܝܐ ܟܠ ܒܘܢܐ ܒܢܝܐ ܡܥܘܕܪܢ ܘܐܦ ܐܘܟܠܐ ܢܦܫܐ ܠܗܘ ܐܠܗ ܐܠܗܐ.

ܟܕ. ܘܗܐ ܒܝܬܐ ܟܠ ܢܦܫܐ ܡܚܝܡܗ.

ܟܗ. ܡܬܡܡܢܐ ܢܦܫܝ ܐܠܗܐ ܕܠܡܟܠܟܠܐ ܪܚܡܝ ܕܢܦܫܘ [1] ܘܕܝܢܝ ܡܫܘܟܠܗ.

ܟܘ. ܢܦܪܐ ܐܝܟ ܡܡܟܠܐ ܐܠܗܘܗ. ܒܪܬܐ ܐܠܗ ܐܠܗܐ ܕܢܦܫ ܒܝܗ ܡܟܪܙܢܘܬܐ ܡܢܦܫܐ ܕܡܘܪܒܐ ܡܡܢܝܢ ܢܦܪܐ.

ܟܙ. ܡܬܡܢܝܢܘܬܐ ܒܪܟܬܐ ܠܐܠܝܨܪ ܘܡܢܟܘ ܡܠܐ ܕܢܚܐ ܘܐܠܗܐ.

ܟܚ. ܪܘܚܐ ܡܠܦ ܡܬܡܡܢܐ ܡܦܝܨܪ ܡܢ ܘܠܐ ܢܗܘܐ ܡܫܐ ܕܗܘ ܕܡܬܡܡܢܝܢ ܒܝܗ ܒܪܫܡ ܡܠܦܪܐ. ܐܟܬܒ ܐܝܟ [2] ܪܚܡܢ ܡܪܝܐ. ܚܝܠܝ ܘܐܠܗ ܐܠܗܐ ܐܝܟ ܕܡܫܒܚܘܬܐ ܡܬܡܫܚܐ.

ܟܛ. ܪܘܚܐ ܕܒܪܘܗ ܚܠܦ ܡܡܟܠܐ ܘܠܡܘܪܐ ܡܥܘܕܪܢ.

ܠ. ܪܘܚܐ ܦܘܪܩܢܐ. ܚܠܦ ܦܘܪܩܢܐ ܚܝܠܐ ܡܠܝܨܪ ܘܠܡܘܪܐ ܡܥܘܕܪܢ .. [3] ܕܛܠܝܬܐ ܚܠܦ ܠܝܬܐ ܡܠܝܨܪ ܘܡܬܪܒܝܢܘܬܐ ܘܡܘܚܪܐ ܕܡܢܟܐ ܡܦܩܕܢ.

---

1) Ita codex. Legas ܘܕܝܢܝ. 2) Legas ܐܪܚܡܟ Ps. 18, 2.

3) I. e. ܪܘܚܐ ܕܛܠܝܬܐ.

ܠܐ. ܦܬܓܡܐ ܡܥܒܪܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܡܢ ܦܣܘܩܐ ܘܐܬܐ. ܘܥܠ ܗܘܠܐ ܕܡܣܬܟܠ ܒܦܣܘܩܐ ܒܗܘ ܡܬܦܣܩܐ ܡܬܪܡ.

ܠܒ. ܡܫܡܥܢܐ ܡܬܢܒ ܡܢ ܦܣܘܩܐ ܘܢܝܫܐ.

ܠܓ. ܡܫܡܫܢܐ ܣܠܩ ܡܪܝܡܢܐ ܡܬܬܩܢ. ܘܡܬܦܣܩܐ ܠܡܪܐ. ܘܐܝܟ ܐܡܬܝ ܕܣܠܩ ܡܫܡܫ ܦܐ ܕܦܣܘܩܐ ܗܪܝ ܕܡܬܡܪ.

ܠܕ. ܦܣܘܩܐ ܥܠ ܦܣܘܩܐ ܡܫܘܐ. ܐܠܐ ܠܗ ܥܠ ܐܡܬܝ ܕܦܣܝܩ ܡܫܡܫ ܦܣܘܩܐ.

ܠܗ. ܦܠܓܘܬ ܡܫܡܫܢܐ ܥܠ ܕܣܠܩܐ ܡܬܒܪ.

ܠܘ. ܡܫܡܥܢܐ ܝܬܝܪܐ. ܗܘ. ܗܘܠܐ ܥܠ ܗܘ ܕܠܐ ܙܘܥ ܕܢܫܡܥ ܒܦܣܘܩܐ ܡܬܐܡܪܐ ܕܒܦܣܘܩܐ ܠܗ ܒܗ ܒܥܠܐ ܕܥܠ ܗܘܠܐ ܐܝܟܢܐ ܕܒܬܐܡܪ ܘܐܝܟ ܐܡܬܝ ܕܡܫܡܥܢܐ ܣܠܩ Fol. 20a ܡܬܦܣܩܐ ܡܬܡܪܐ ܘܗܘܝܐ ܒܦܣܘܩܐ ܡܬܬܩܢ[ܘ.] ܘܙܘܥ ܠܫܡܝܢ ܠܘܬ. ܕܐܦ ܡܬܦܣܩܐ ܡܫܡܫ ܠܘܬ ܗܘ ܕܡܫܠܛ ܐܝܟ ܠܥܠܝܐ. ܐܠܐ ܐܝܟ ܐܡܬܝ ܕܡܬܪܓܡܐ ܡܫܡܫܝܢ ܠܘܬ ܒܪܘܚܐ̈ (?). ܐܝܟ ܕܐܡܪܝܢ ܡܬܐ ܣܠܩ ܐܘ ܒܬܪܐ. ܠܟ ܐܡܪܬ ܡܬܐ: ܘܐܝܟ ܐܡܬܝ ܕܡܬܬܢܐ. ܡܢܘ ܠܥܠܐ̈. ܘܕܢܚܘ ܠܐܪܥܐ. ܡܬܚܫܐ. ܠܥܠܐ̈ ܣܠܩܬ ܐܦܝܢ. ܀

ܠܘܬ ܕܝܢ ܙܘܥ ܠܟ ܕܢܫܡܥ ܡܬܪܐ ܕܦܣܘܩܐ. ܘܒܠܚܘܕ ܐܝܬܝܗܘܢ ܥܠ ܚܕ ܚܕ ܡܢܗܘܢ ܒܦܬܓܡܐ ܗܠܝܢ.

ܐ. ܐܘܪܚܐ ܡܢ ܡܕܡ ܕܢܦܩܬ ܐܬܬܣܝܡܘ ܘܗܘܝܐ. ܗܘ ܕܐܬܐ ܒܦܣܩܐ. [1] ܗܣܦܩܐ ܕܝܢ ܒܗܘ ܕܠܟ ܒܚܕܘ ܦܣܘܩܐ ܐܚܪܢܐ.

ܒ. ܐܘܪܚܐ ܕܟܬܒܐ ܐܬܚܙܝ ܒܗܘ ܕܠܟ ܘܗܘ ܡܫܡܫܐ ܕܦܣܘܩܗܘܢ.

1) Hoc loco numerus ܒ non ponendus est, ut triginta accentus efficiantur. Nam numero ܟܛ omisso in fine viginti novem tantum sunt accentus, quibus numerus ܠ = triginta denique adnectitur, sub quo accentus non recensetur. P. 199 [1]).

ܓ. ܐܘܓܐ ܓܡܠܐ ܘܩܒܘܬܐ ܒܗܘܢ ܕܢܣܒ ܗܘ ܒܡܕܝܢܬܗ ܐܘ ܒܓܢܒ
ܠܒܪܐ ܐܠܐ ܒܡܕܝܢܐ ܡܠܟܐ.

ܕ. ¹⁾ ܐܘܓܐ ܓܪܡܢܐ ܡܗܠܟ ܕܢܙܐ ܠܡܕܝܢܬܐ ܒܥܡܡܐ ܕܡܕܝܢܬܗ.

ܗ. ܓܒ̈ܠܐ ܐܬܐܡܪ ܒܓܒܠ ܗܘ ܡܫܟܐ ܕܒܘܩܪܘܗܝ.

ܘ. ܦܫܘܫܐ ܕܝܢ ܕܒܗܝ ܒܟܠ ܒܗܘܢ ܕܠܐ ²⁾ ܒܗܝ ܦܘܫܩܐ ܐܚܪܢܐ.

ܙ. ܠܫܡܐ ܒܗܘܢ ܕܡܫܟܐ ܕܒܘܡܐܪܘܗܝ ܠܫܡܐ ܗܘ. ܘܡܬܐܡܪ ܒܦܘܫܩܐ
ܕܟܠܐ[.] ܦܫܩܐ ܡܗܠܟ ܕܠܐ ܡܬܚܙܐܠܟ ܒܦܘܫܩܐ ܐܚܪܢܐ.

ܚ. ܡܕܒ̈ܪܢܐ ܡܢ ܡܬܐܡܪܢܘܬܐ ܕܠܥܠ.

ܛ. ܡܕܒܪܢܐ ܗܘܐ ܒܡܠܟ ܡܕܒܪ ܠܟܠܐ ܒܗ ܡܬܡܪܐ.

ܝ. ܦܝܠܐ ܡܢ ܗܘܠܐ ܕܦܫܩܘܬܐ ܘܒܗܘܢ ܕܒܓܢ ܡܠܟܐ ܡܢ ܡܕܒܪܢܐ ܗܘܐ.

ܝܐ. ܢܩܝܐ ܡܕܒܪܢܐ ܐܬܬܘܗܝ ܘܦܝܠܟ ܡܥܡܘܪܐ ܗܘܐ ܐܝܟ ܕܠܥܘܪܒܐ.

ܝܒ. ܦܦܠܐ ܐܬܐܡܪ ܒܗܘܢ ܕܗܘܐ ܠܥܒܕܗ ܕܦܫܩ ܠܦܫܩܘܬܐ ܘܡܢ
ܡܦܫܩܐ ܕܚܝܐ. [Cf. p. 124 l. 1.]

ܝܓ. ܦܦܠܐ ܕܐܒܪܐ ܘܕܓ̈ܒܠܐ ܒܗܘܢ ܕܒܦܢ̈ܝܬܗ ܦܫܪ ܗܘ ܘܐܦ ܡܦܫܪܐ
ܗܘ ܘܠܐ ܡܬܐܠܦܐ ܐܠܐ ܒܗܝ ܒܟܠ ܐܡܝܢܬ.

ܝܕ. ܓܒܪܐ ܡܗܠܟ ܕܢܟܪ ܠܟܠܐ ܒܗ ܡܬܡܪܐ.

ܝܗ. ܕܡܬܦܫܩ̈ܢܐ ³⁾ ܘܡܓܠ̈ܝܢܐ ܓܒܠ ܦܘܫܩܐ ܕܠܗܘܢ ܒܓܒ ܡܬܦܫܩܝܢ
ܒܗ ܡܬܦܫܩܝܢ ܒܗܘܢ.

ܝܘ. ܢܓܪܐ ܡܗܠܟ ܕܢܦܪ ⁴⁾ ܠܦܫܩܐ ܒܡܕܝܢܐ.

1) Scriptura primae manus ܐܘܓܐ radendo in ܐܘܒܐ mutata est.

2) Intellege ܒܗ̈ܘܪܗ.

3) Cod. Mus. Brit. in Bar Zu'bio ܐܘ ܡܓܠܝܢܐ.

4) Cod. Mus. Brit. ibidem ܠܦܫܩܐ.

ܝܛ. ܦܘܪܫܐ ܗܘ̇ ܕܦܪ̈ܫܝܢ ܠܫܡܐ ܒܡܢܝܢܐ ܘܠܐ ܡܚܠܦ ܐܝܟ ܫܘܪܝܐ
ܘܫܘ̈ܠܡܐ.

ܟ. ܦܘܪܫܐ ܕܦܪܝܫܘ ܗܘ̇ ܕܝܗܒ ܫܘܠܡ ܢܘܩܙܐ ܕܠܘܬܗ ܠܦܣܘܩܐ ܕܩܕܡܝܐ.
[(¹ ܦܘܪܫܐ ܦܣܘܩܐ ܡܗܝܠܐ ܠܗ ܦܣܘܩܐ (ܡܫܡܗܪܐ)]

ܟܐ. ܦܩܘܕܐ ܗܘ̇ ܕܐܝܟ ܕܒܦܩܕܢܐ ܐܡܪ ܘܫܡܝܥ ܡܫܡܥܝܢ ܠܗ.

ܟܒ. ܡܫܐܠܢܐ ܡܗܝܠܐ ܕܐܡܪ ܕܒܥܐ ܠܡܫܐܠܘ ܡܕܡ ܡܫܡܥܝܢ ܠܗ.

ܟܓ. ܦܩܘܕܐ ܐܘ ܩܪܝܐ ܐܘ ܡܫܐܠܢܐ ܠܗܢ ܒܠܚܘܕ ܦܘܢܝܐ
[..]
(² ܒܝܘܡܘ ܕܩܢܐ ܠܦܣܘܩܐ. ܠܗܢ ܣܝܒܐ ܘܥܠܐ ܡܩܒܠܐ ܕܠܐܠܗܘܢ
ܕܗܠܝܢ ܦܘܢܝܐ.

ܟܕ. ܦܩܘܕܐ ܕܠܐ̈ܟܠܐ. [ܡܢ] ܡܫܠܐ ܕܢܘܩܙܘܗܝ ܙܘܓ ܠܗ ܚܡܫܐ ܗܘܐ.

ܟܗ. ܡܬܒܥܢܐ ܗܘ̇ ܕܡܬܒܥ ܠܫܡܐ ܘܐܝܟ ܗܘ̇ ܕܦܩܕ ܠܗ ܡܢ
ܗܘ̇ ܕܠܥܠܝܗ.

ܟܘ. ܦܠܓܘܬ ܡܬܒܥܢܐ ܗܘ̇ ܕܡܬܒܥ ܠܫܡܐ ܐܠܐ ܠܗ ܡܫܡܠܝܐ.
[ܦܠܓܗ ܦܠܓܘ ܕܡܬܒܥܢܐ ܐܠܗܘܢ܀ Cod. Mus. Brit. add.]

ܟܙ. ܦܬܓܡܐ. ܗܘ̇ ܕܐܡܪ ܕܡܬܓܡܢ ܠܡܬܓܡܐ (³ܡܫܡܥܝܢ [sic] ܠܗ.

ܟܚ. (⁴ ܡܫܡܠܝܢܐ ܗܘ̇ ܕܡܫܡܠܐ ܐܢܫ ܫܡܗ ܘܠܥܠ ܠܗܘܢ ܡܫܡܥܝܢ ܠܗ.

---

1) Ab eadem manu, quod uncinis inclusimus, in margine additum; ܡܫܡܗܪܐ legi non potest. Hinc factum est ut numerus ܟܐ, qui huic accentu competit, et quo apud Joannem bar Zu3bi re vera distinguitur, ad sequentem accentum sit translatus. Itaque in fine ܟܛ habemus pro ܠ, quamvis triginta enumerentur accentus. Cod. Mus. Brit. praebet ܦܘܪܫܐ ܕܦܣܘܩܐ.

2) Cod. Mus. Brit. ܒܝܘܡܘ ܕܦܣܘܩ ܘܦܩܕ ܡܢ ܣܝܒܐ. ܘܥܠܐ ܡܩܒܠܐ ܕܠܐܠܗܘܢ ܕܗܠܝܢ ܦܘܢܝܐ܀

3) Cod. Mus. Brit. ܡܫܡܥܝܢ.

4) Cod. Mus. Brit. ܡܫܡܠܝܢܐ.

ܟܪ. ܡܒܝܢܐ ܐܝܟ ܗܘ ܕܡܚܣܣ ܠܡܕܘܪܐ ܡܢ ܡܕܘܪܐ ܘܡܢ ܡܡܘܒܕܐ
ܘܡܫܬܘܕܝܢ.. [Legas ܡܢ ܡܕܝܢܐ]

ܕܣ. ܡܢܝܚܐ ܡܢ ¹) ܢܣܝܘܢܐ ܐܬܬܘܪܒ ܥܡܗ ܒܗܘܢ ܘܡܬܠܬܠ ܢܝܚ
ܥܠܐ ܠܟܠ ܥܠܐ ܐܚܪܢܐ ܕܢܦܩ ܠܗ.

ܕܝ. ܡܦܩܕܢܐ ܥܠܐ ܗܢܐ ܐܬܡܥܒ. ܒܗܘܢ ܕܡܦܩܕܝܢ ܠܟܘܪܗܢܐ ܒܒܪܐ ܡܠܐ.
ܠ²).

Appendix II.

Observationes de orthoepia aramaea et hebraea ex codice Reuchliniano.

Nestorianorum grammaticos, quorum orthoepiam accuratissimam fuisse, doctrina de accentibus probat praecedente appendice exhibita, non pro lubitu sed secundum usum elegantissimae pronuntiationis regulas suas constituisse nemo negabit. Quis enim crediderit recitationem librorum sacrorum rudem et plebejam auribus magistrorum placuisse, qui omnibus viribus nitebantur, ut singularum phrasium sensum vocis modulatione exprimerent, et plangentis, orantis, jubentis, suadentis al. modum dicendi locis conventibus adhiberi jubebant? Qui, ut graeco vocabulo utar, *καϑ' ὑπόκρισιν* recitabant, i. e. *κατὰ μίμησιν τῶν προσώπων* histrionum modo libros declamabant, summam actionis perfectionem appetentes, haud dubie in minimis i. e. in recta singulorum vocabulorum pronuntiatione et connexione neglegentes esse non potuerunt, et quae Arabibus laudi datur ars bene recitandi Qoranum, Syris non detrahenda est eandem elegantiam affectantibus in libris sacris legendis.

Summa recitationis *καϑ' ὑπόκρισιν* elegantia accentibus exprimitur et temporalibus et mimeticis, quae vero necessaria erant ad bene declamandum singula vocabula, modo arctius connectenda modo distinctius separanda, ea Nestoriani lineis Nâγoδâ et Mẹṭappẹyânâ indicabant, quarum usus Jacobitis ignotus, partem Nestorianae de accentibus institutionis efficiebat. Habemus igitur positione harum linearum descriptam pronuntiationem aramaeam pulcriorem, quam in singulorum vocabulorum inter sese con-

1) Cod. Mus. Brit. ܢܚܘܬܐ. En Syros de etymologia dubitantes. Cf. p. 124⁵). Jam habemus ܡܢܚܬܐ, ܡܢܚܬܐ et אתחתא!

2) Nihil deest. Numerus ܠ ultima littera est in secunda columna folii 21b.

catenatione et disjunctione phonetica lectores librorum sacrorum adhibendam esse censebant. Brevi lineae Nå*γ*o*δ*å et Mẹṭappẹyånå elegantem vocabulorum in lingua aramaea pulcre legenda conjunctionem et disjunctionem nos docent, et jure meo in lingua aramaea, non in dialecto syriaca solum dixisse mihi videor, quia eundem conjunctionis et disjunctionis usum etiam in libris targumicis observatum videmus. Comparata enim ratione, qua hae lineae apud Syros adhibentur, illustratur usus Dageš conjunctivi et euphonici, quod dicunt, in codice Reuchliniano, quem hanc ob causam ad constituendam orthoepiam aramaeam gravissimum esse patet.

Quod ut comprobemus et exemplis illustremus, ante omnia constituenda sunt principia summa in usu Nå*γ*o*δ*ae et Mẹṭappẹyånae apud Syros conspicua, quae in regulis Johannis bar Zuʿbi p. 127 prolatis latent quidem, at expressis verbis non docentur. Johannes enim rei rationem altissimam non perspiciens indicia (ܡܬܒܕܐ) tantum quaedam recensuit, neque omnes condiciones enumeravit, sub quibus conjunctio et disjunctio vocabulorum occurrit p. 131, c, ita ut collato usu codicis Reuchliniani demum totius rei natura intellegi et explicari possit, quae revocanda est ad condiciones phoneticas naturales, quam rationem primus inivit Barhebraeus Gram. maj. p. 201.

Atque hac in causa facile intellegitur, agi de conjungendo fine vocabuli, qui potest esse aut vocalis, aut consonans, cum initio sequentis vocabuli, quod potest esse aut vocalis, aut consonans vocali egens, aut consonans mota. Qui varii casus hunc in modum conjunguntur:

I. Vocalem finalem sequitur vocalis — qua de forma Syri non agunt, quum vocabula a vocali non incipere censeant.

II. Vocalem finalem sequitur consonans quiescens.

III. Vocalem finalem sequitur consonans mota.

IV. Consonantem finalem sequitur vocalis, Syris Ålaφ vel Yud motum, p. 128 [3]).

V. Consonantem finalem sequitur consonans quiescens.

VI. Consonantem finalem sequitur consonans mota.

I. Casum primum Johannes bar Zuʿbi non commemoravit, cui omnia vocabula a consonante incipere videntur, cf. p. 128 Adnt. [3]), ita ut de concurrentibus vocalibus ne cogitasse quidem censendus sit. Restant igitur quinque formae, quas omnes exemplis suis Johannes illustravit hunc in modum:

II, III. Si vocalem finalem sequitur consonans vel quiescens vel mota, arctissima vocabulorum conjunctio per Nå*γ*o*δ*å indicata locum habet. Cf. p. 128, II, a. Apud Syros duae tantum vocales in fine vocabulorum occurrunt, *å* et *e*, quod in Plurali statuum determinatorum masculinorum exstat, nam *au*, *åi*, et *ai* in ܩܛܠܟ non

vocales a Syris habentur sed syllabae in consonantem exeuntes, quae efficiunt Qušåyå. Gram. syr. mea p. 65. Itaque si Johannes loco laudato p. 128 II *a* locutus est de duabus vocibus perfectis (ܡܫܡܠܝܐ), voces tractavit exeuntes in *å*, vel *e* vel suffixis instructas. De suffixis l. l. seorsum III *a* disseruit, restant igitur vocabula exeuntia in *å* et *e*, quae ante *de* et *da* relativum in casu speciali a Johanne prolato, (et ex analogia euphoniae universali ante consonantes quiescentes et motas positae), conjunctionem per Nåγoδå indicatam postulant. In scriptura Hebraeorum haec conjunctio aut per Dageš aut per Maqqef exprimitur, et si Syri scribunt ܡܰܠܟܬ݂ܳܐ-ܕ݁ܫܒ݂ܳܐ, ܡܕ݂ܺܝܢܬ݂ܳܐ-ܕ݁ܡܰܠܟܳܐ, in libris targumicis Hebraeorum, si eadem lex euphonica invaluit, quam apud Syros invenimus, exspectatur scriptura מַלְכְּתָא דְּשְׁבָא et מְדִינְתָּא דְּמַלְכָּא. Et haec exspectatio non fallitur, nam haec scriptura in codice Reuchliniano est tritissima. Exempla desumsi e Chrestomathia mea targumica p. 104, ubi caput Habacuci III edidi, prout in codice exstat. Habes igitur:

1) Dageš in דְּ et דַּ et דִּ: מַלְכָּא דְּחֶבְרוֹן, מַלְכָּא דִּירוּשְׁלֵם, טוּרָא דְּסִינַי, טוּרָא דְּפארן, טוּרַיָּא דְּמִלְקַדְמִין, רוּחָא דְּקוּדשׁא,

et sic ante verba, uti צְלוֹתָא דְּצַלִּי, ארְכָא דִּיהַב, נַבְיָא דְּצַר, שְׁנַיָּא דִּיהבת, שְׁנַיָּא דְּאמרת, דָּרָא דַּעֲברו, et ante particulas רַשִׁיעַיָּא דְּאם, עלמָא דִּיליה.

Quibus ex exemplis cognoscitur falso a Johanne bar Zušbi usum concatenationis (Nåγoδå) restringi ad connexionem duorum nominum perfectorum (ܡܫܡܠܝܐ), re vera enim ubi post *ā* finale posita est consonans sive mota sive quiescens Nåγoδå adhiberi potest. Itaque nulla ratione habita statuum, quia lex de condicionibus phoneticis pendet, concatenatio etiam locum habet ante et post particulas et inter verba et nomina hunc in modum:

2) נַבְיָא כַּד, קדישָׁא מִטּוּרא, איתגלֵיתָא בִּגְבורתך, עלמָא לְאִתְפרעָא להודעָא, בזעתָא טִיפְּרין, הָא כְּשָׁלותא, אישׁתָא מִן, מֵרשׁיעַיָּא דַּעֲבדו גְּבורתך, עלמָא גְּבורת, תהומָא קָליה, שׁיבטַיָּא מימרך, שׁמַיָּא זיו.

Hac in concatenatione pro *ā* saepe scribitur *ă*, cui tamen num multum sit tribuendum nescio, quia in codice *ā* et *ă* saepe commutantur inter se, cujus rei causa non perspicitur. Exempla: רשׁיעַיָּא מְּתִיבא, לאוריתַא בִּלְבב, דינַא דְּאִיתְּדָכוּ[1]), לַא תָּבו, אלָהַא

---

1) Ex scriptura אִיתְּדָכוּ sequitur *d* in *t* esse receptum. Syrus in ܘܦܫܝܐܬ contrario modo *d* tollit, dicens ܥܘܡܕ ܕܠܗ. Wright Catal. 104. Patet ex

הוּדַעְתָּא בְּהוֹן, חַמְשָׁה מַלְּכִין, מִדָּרוּמָא; idem habes in מַא דְּעַבַדְתָּא מִבְּרֵאשִׁית et Jos. 1, 17 כְּמָא דַּהֲוָה בְּסַעֲדֵיהּ דְּמשֶׁה[1]).

Quod sic post vocales *ā* et *ă* locum habere videmus, id etiam post omnes alias vocales accidit in Aramaismo targumico, apud Syros vero non cernitur, qui praeter *ā* et *e* omnes vocales finales amiserunt. Itaque habes Dageš:

3) post *ē*: חֵילֵי מְּרוּמָא, עֲנָנֵי מִּיטְרָא, מֵי נַּהְרָא, יוֹמֵי בְּרֵאשִׁית, מַלְכֵי מַּדַי, אֲרֵי מַּלְכוּת, צַוְּארֵי סַּנְאֵיהוֹן.

post *ī*: יְקִיפִּי יִנְּנַי, לִי בְּחֵילָא, קַדְמוֹהִי כְּחוֹבֵיהוֹן, אַיְתִי מַּבּוּלָא, לְּדְדִילֵיהּ, et *ai* status constructi, quod resolvitur hac in connexione in *ayi*: רִיגְלַי קְּלִילִין 2 Sam. 22, 34, quod tamen etiam מַלְכַי מִּן־קֳדָם ante vocalem in לְחַבִּימָיִי וּבְאָתַר habes, sin punctum in ו positum Dageš habetur, quod Šurek exprimere solet.

post *u*: אִתְפְּרַקוּ, חֲבוּ קֳדָמוֹהִי, חַשִּׁיבוּ מַּחְשְׁבָן, קָמוּ בְּמְדוֹרֵיהוֹן, תְּמַהוּ קָמוּ, נְפַקוּ נַּהֲרִין, פְּלַחוּ בֵּית, טּוּרַיָא; at in ל deest, וְעָלוּ לְבֵית Jos. 2, 1.

post *o*: Jos. 1, 11 בְּגוֹ מַּשְׁרִיתָא, Jud. 5, 11 דַּהֲווֹ מְּהַלְּכִין.

IV. Consonantem finalem sequitur vocális, cujus connexionis exempla ea sunt, quae Johannes p. 128—129 sub IV, *a* et V, *a* proposuit. Itaque post ܐܠ, ܒ, ܐܦ, ܐܘ, ܡ ante vocales adhibetur Nåγoðå. Quodsi post ܡ aeque ante vocalem ac ante consonantem motam IV, *a* Nåγoðå locum habet, memoriae dignum est, in codice Reuchliniano scribi non solum כַּד־אִתְגְּלִי, כַּד־אִתְגַּבְּרוּ, sed etiam כַּד־חָבוּ, imo כַּד־פְּלַחוּ, quod contra Johannis legem IV, b peccat.

V, VI. Consonans finalis excipitur a consonante quiescente vel mota vocabuli sequentis, quod tractavit Johannes supra p. 130, VII, *a* et *b*. Syri solas quiescentes contrahunt, at utraque contractio in codice Reuchliniano solet indicari, et ex solo Habacuci capite tertio exscripsi assimilationes permultas, in quibus et hoc

---

Reuchliniano orthoepiam aramaeam augeri in Gram. syr. I p. 72 modo ex Amira haustam.

1) Eodem modo hebraicum מַה־זֹּאת phonetice explicandum. Sic et usus varius articuli הַ, הָ, quem tandem aliquando secundum hanc legem phoneticam neque amplius secundum fabulosam ex הל originem in grammaticis tractatum velim videre. Hucusque vel Kautzsch de origine re vera euphonica duplicis consonantis post מה et ה articulum positae dubitavit, et de assimilatione litterae ה ex מה et ל ex הל = ה cogitavit. Etiam Dageš post ה interrogativum nihil est nisi euphonicum.

observatur, particulas בדול cum vocali vocabuli praecedentis in syllabam unam contractas insequenti consonanti assimilari. Itaque si recte legitur מִיַּם־מִּדְיָנָאֵי miyyam-midyana'e, eodem modo etiam legendum est: טוּרַיָּא דְּמִלְּקַדְמִין, in quo דמ bis in mm contrahitur, nam uti pro קדמא legitur קַמָּא, sic et turáyammiqqámmin pronuntiandum est. Hab. 3, 6, 7.

Similis contractio etiam post consonantem finalem locum habet, nam non solum in אַרְעָא דְּקַיֵּימִית Jos. 1, 6 ex arʒad-qayyemiϑ fit arʒaqqayyemiϑ, quod per Dageš in ק indicatur, sed etiam in משירייתהון דְּפַגָּאִין Hab. 3, 8 nds coalescere Dageš in פ positum docet.

Tali ex contractione haud dubie explicatur Dageš, quod scribitur:

1) post ו in חָי־וְקָיָם, מלכַיָא וְשִׁילְטוניא, שִׁימְשָׁא וְסִיהרא, עַלְעוּלִין וְטַבַּעְתִּנוּן, דִּדְחָקוּ וְשַׁעְבִידו, imo מַלְכִין ומשירייתהון. לִמְשִׁיחָךְ וְלִשְׁארא, אִיתְגְּלִי וְקַדִּישָׁא.

2) post ב in יַמָּא בְּמַרכבת, תִּדְבַּר בְּמֵיתָן, עַמָּךְ בְּמֵימְרָךְ.

3) post ל in אִתְגְּלֵיתָא לְמִיפְרַק, באיתגליותָךְ לְמִתְבַּר, עַמָּךְ לְמִיפְרַק.

4) post ד in היכלָא דְּקוּדְשָׁךְ Jona 2, 5; צלותָא דְּצַלִּי, אנָא זָכֵית דְּשַׁבְקָנִי.

Quibus in exemplis בדול assimilationes patiuntur varias studio accuratiore subtilius distinguendas. Quousque assimilatio consonantium extendatur exempla ex Habacuci capite tertio collectae docent hae:

סב; ךז; גל, דל, כל, רל; דמ, זמ, חמ, ךמ, למ, ןמ, רמ, שמ, תמ; ךנ, ןנ, ףנ, קנ, רנ; לס, ןס; לצ, ןצ; ךק, לק, ןק, imo יק in רגלַי קַלְלִין; ךש, מש, ןש, תש; ןת.

Totius rei ambitus constitui nullo modo potest, antequam codex Reuchlinianus est editus, hoc vero statui potest, in Targumis concatenationem et assimilationem ultra fines eos processisse, intra quos a Syris adhibentur, nam ubi Johannes postulat disjunctionem (mȩtappȩyânâ), codex Reuchlinianus concatenationem indicat. Itaque factum est, ut disjunctio status constructi et disjunctio praepositionum et conjunctionum ante consonantes motas p. 128 II, *b*, III, *b* in codice Reuchliniano non observetur. Nam quamvis signum speciale, quo disjunctio indicatur, apud Targumistas non exstet, tamen ex non adhibito Dageš et Maqqef concludendum est, vocabula duo sese excipientia esse disjungenda. Itaque ubi Johannes post praepositiones III, *b* dispescenda esse vocabula docet e. gr.

in ܠܘܩܒܠ_ܡܥܡܐ, in Targumis connectuntur: עַל מַלְכִין, עַל בִּיסָא, מִן צוּרְתָא, juxta quod vero etiam habes עַל טוּרָא, עַל יַמָא sine Dageš. Qua in re nescio, num Dageš in consonante י initiali orthoepicis magistris displicuerit, nam etiam post statum constructum, post quem contra Syrorum leges p. 128 II, *b* ponitur Dageš e. c. מְכוּפַּת־כִּיסְפִּין Jud. 5, 11, scribitur מרכבָת יְקרך bis in Habacuco sine Dageš.

Etiam in conjungendis Praepositionibus suffixo instructis cum voce sequente Syrorum disjunctio p. 130 VI, *b* a Targumistis non observatur, et ubi Syri dispescunt ܒܝܢܘܗܝ_ܘܠܐܠܗܐ, in Targumo legitur עֲמֵיהּ מִנִי, קָרְבָנִי בֵּיהּ דאתרעי אל' 2 Sam. 22, 3; לֵיהּ לַחבקק, לדדילֵיהּ נִצְחנין, תושבחתֵיהּ מָלְיא, at disjunctionem habere nobis videmur in אוריתָךְ וְלָא.

Denique consonantem quiescentem finalem si excipit consonans mota ab initio vocabuli sequentis, Syri disjunctionem volunt p. 130 VII, *b*, quocum Targumista consentit, scribens ישראֵל לְפֻּעוּתא, לְמֵתְבָר רָשִׁיעֵי ארעא, at etiam בַּבֶל לָא Hab. 3, 17 legitur.

Huic denique concurrentium sonorum classi addo exemplum אַף־בִּמְעַבְּדָךְ, in quo Šewa sub Maqqef positum disjunctionem mihi videtur indicare, ita ut tres labiales distincte pronuntiandas esse, scribam insolita hac signi positione monuisse crediderim. Hab. 3, 11.

In universum in Targumo concatenatio usitatior, disjunctio rarior est, sed hoc etiam apud Syros locum habet, quod docuit Martinus (Journ. asiatique 1872 Avril Mai p. 400). Hoc vero secundum Josephi bar Malcon versum p. 132 explicatum ita expediendum est, ut statuamus, naturalem recitandi modum esse eum, quo singulae voces distinguantur, ita ut Męṭappęyânâ semper locum habeat, neque appingendum sit, quia per se necessarium est. E contrario Nâγoδâ, ubi pulcra censetur concatenatio vocabulorum additur, quo fit, ut Nâγoδâ saepius adhibeatur quam Męṭappęyânâ, quod re vera est superfluum et a Judaeis non adhibitum.

Observationes quae praecedunt nec materiam exhauriunt nec rem ad finem perducunt, et haud alio consilio sunt scriptae, nisi ut ad investigandam orthoepiam Aramaismi alios incitent, quam Martinus eo usque descripsit, ut dialectos duas Syriacas perquisiverit[1]). Addenda vero etiam dialectus targumica, quam sordibus librorum recentiorum liberam codices babylonici praebent, e quibus chrestomathiam meam edidi. Quibus cum codicibus comparandum esse codicem Reuchlinianum, scholae cujusdam masorethicae re-

---

1) Martin Les deux principaux dialectes araméeus, Journ. as. 1872 Avr. 305.

jectae opus, his ipsis observationibus comprobatur. Toti vero disquisitioni finem facientes duas addemus adnotationes, unam de usu Dageš in libris hebraicis, alteram de Syrorum in pingendo Nåγoδå inconstantia.

De Dageš neutro in codicibus hebraicis.

Joh. Dav. Michaelis, quem secutus est Gesenius (Lehrgebäude p. 88), Dageš neutrum appellavit formam quandam Dageš fortis euphonici, quod in codicibus quibusdam (Erford. III. IV, Studtgard. Cassell. Hamburg. III. IX) observatur, et quod Gesenius recte signum concatenationis vocabulorum esse intellexit. Attulit etiam ex Drusii libro de recta lectione linguae sanctae p. 81 exempla lectionis, qua usus est Ibn Ganaḥ, qui יתן־לי, אל נמלה, ירוץ צדיק proferebat jittel-li, en-nemala, jaruṣ-ṣaddîq. — Addidit aliud etiam Dageš in litteris זטלמנסצקש a Lichtensteinio in cod. Hamb. I observatum. — Ab hac vi conjunctiva signi Dageš vero longe alienus est usus Dageši, quod lene dicunt, post accentus distinctivos in systemate masorethico recepto, in quo accentus distinctivos sequitur Dageš lene in בגדכפת, post accentus vero conjunctivos ponitur Raphe. Nam ex lege ita formata Dageš, quod dicunt lene, adhibetur tamquam signum disjunctionis, quod in codicibus supra enumeratis et sic etiam in Reuchliniano est signum conjunctionis. Hanc systematis recepti legem J. D. Michaelis tam gravem censuit, ut quasi ad lapidem Lydium ad hanc legem totam accentuum positionem dijudicandam esse statuerit. Anfangsgründe der hebr. Accentuation Halle 1753 § IV. Idem in grammatica hebr. Halis 1745 eo usque processerat, ut Dageš lene post accentus distinctivos distinxerit a Dageš forti in בגדכפת post accentus conjunctivos, ita ut Dageš Genes. 11, 31 אַ֫רְצָה כְּנַ֫עַן Dageš forte dixerit, Lev. 13, 36 הִנֵּ֫ה פָּשָׂה vero lene. Jam igitur Dageš conjungit, Dageš dirimit, et si hoc Dageš dirimens in solis בגדכפת occurrit, in quibus Dageš lene dicitur, et eo consilio tantum appositum est, ut aspirationem tollat, usus ejusdem puncti in designandis duabus rebus sibi oppositis, i. e. in conjunctione et in disjunctione, sane confusus et haud laudandus est. Neque sibi constant codices. Editiones ex. c. Jos. 1, 15 secundum legem praebent וִירִשְׁתֶּם גַּם, at Codex Reuchl. habet וירִשְׁו גַּם, idem habet עַתָּה בֶּן־אָדָם Ez. 21, 11 ubi editiones בֶן, et וכהֲתָה כָּל־רוח, ubi editiones כָל Ezech. 21, 12. Itaque, quamvis legis ipsius gravitas omnino non sit in dubium vocanda, tamen non ubique adhibetur, et hoc ex varietate scholarum est profectum.

Quod vero adtinet ad Dageš illud neutrum, cujus usus est frequentissimus etiam in textibus hebraicis Reuchliniani, jam statui potest, concatenationem illo indicatam etiam in Aramaismo valuisse, itaque Arabibus, Aramaeis, Hebraeis communem fuisse, quam quum in editionibus bibliorum veteres editores plerumque quidem omiserint

et raro ac sine regula servaverint, orthoepicorum studiorum amatores debebunt restituere ex codicibus in quibus hoc Dageš appictum est.

At hi codices sibi non constant, itaque quid faciendum?

Respondemus: Etiam Aramaei sibi non constant, Targumistae a Syris recedunt, et Syri inter sese non consentiunt, quia in his minutiis singulorum gustui permissis consensus universalis nec constitui potest nec per temporum cursum servari. Itaque unius alteriusve scholae usus ex codicibus potest protrahi non vero ratio legendi in omnibus scholis recepta. —

De Syrorum in ponenda linea concatenationis inconstantia.

Ultimo denique loco de varia Syrorum scriptura dicendum est, nam uti in pronuntiando ita etiam in scribendo scholarum usus apud Syros fuit varius. Si nullos fontes de Nåγoδå et Męṭappęyånå haberemus nisi Johannem bar Zuʿbi et Josephum bar Malkon, statuere deberemus, lineolam connectentem Nåγoδå [1]) semper desuper esse pictam ita: ܢܥܠܡ ܒܗܘܢ. At codice Musei Britt. Add. 12138 contrarium probatur. In eo enim exstat Genes. 39, 8 scriptura haec: ܣܪܒ ܠܐ ܨܒܐ-ܢܫܡܥ-ܩܠܗ ܐܡܪܐ ܕܒܥܠܗ cum nota marginali ܨܒܐ ܠ ܘܨܒܐ ܡ, ita ut pateat, lineolam inferiorem designare conjunctionem duorum vocabulorum, quae alibi per Nåγoδå indicatur. Sic et Genes. 24, 65 legitur ܘܐܡܪ: ܠܥܒܕܐ ܗܘܝܘ-ܡܪܝ cum nota marginali ܐܩ̈ܦ i. e. connectas vocabula, quo in exemplo iterum linea inferior conjunctionem indicat [2]). Alia exempla ex eodem codice collegit Martinus (Journ. asiatique 1872 Avril-Mai p. 394) in quibus duo vocabula lineâ inferiore conjunguntur: ܡܢ ܒܢ̈ܝ ܥܒܪ̈ܝܐ-ܗܘ ܗܘܐ, quod legendum ʿeβraye'u, ܘܩܐܡ-ܐܝܬ ܠܠܗܘܢ i. e. qāyimat, ܡܕܡ-ܕܥܒܕܬ i. e. medemdaʿęβatt, ܒܬ-ܥܠܝܐ, ܒܬ-ܫܢܝܢ. Quibus exemplis addidit Martinus haec ex codice Parisiensi 15 excerpta, in quo linea inferior multo saepius adhibetur quam in codice Londiniensi: ܡܫܡܫܢܐ-ܡܘܣܝ, ܥܡܗ-ܒܝܬܗ, ܒܫܘܢܐ-ܗܘ ܗܘܐ ܕܐܠܗܐ, ܘܐܠܐ-ܕܡܢ ܕܡܫܝܚܘܬܗ, ܒ-ܚܕܐ-ܕܝܢ ܡܢܗ. Lineam hanc connectentem Martinus recte cum Hebraeorum Maqqef

---

1) Ewaldus Nåγoδå lineae tribuit vim retinendi, separandi. Itaque eam appellavit Hemmungsstrich, quod a vero abesse non opus est demonstrare. Cf. Abhandlungen zur orient. u. bibl. Litteratur p. 110.

2) Wright Catal. p 104. In Exemplo prolato ܡܪܝ est praedicatum: Hic est dominus meus.

contulit, quia in codice Londiniensi re vera ܐܘܣܦ i. e. adnectas legitur. Si vero hanc lineam a Råmišo3o aut inventam aut propagatam conjecit, opinionem suam ex subscriptione codicis Add. 12138 probare non poterit. Illa inscriptio docet, signa rubra a Råmišo3o esse apposita, nigra vero a magistris adscripta sunt (cf. p. 177). Itaque linea, quae rubra est, quod ipse Martinus locum habere docet, in his exemplis: ܟܒܠܬܗܘ ܐܠܐ ܡܠܐ-ܥܡܢ-ܢܚܘܐ ܠܐ, ܟܠܗ-ܡܫܡܫ, ܟܠܗ-ܠܠܬ, ad Ramišo3um est referenda, eadem vero linea nigra in exemplis ܠܘܬܗܘܢ ܐܬܐ-ܡܘܡܐ etc. ad magistros pertinet, quos tali modo jam ante Råmišo3um hac lineola usos esse intellegitur.

Quae si ita se habent, antiquius signum conjungendorum vocabulorum erat lineola inferior, qua utebantur magistri et Råmišo3, quorum lineas scriptor codicis Add. 12138 coloribus distinxit. Insequente demum tempore accuratius scribendi studio Nestoriani eo perducti sunt, ut non modo conjunctionem verum etiam disjunctionem indicarint, quod adhibito Nåγoδå et Mẹṭappẹyånå effecerunt. Haec igitur signa recentiora mihi videntur, quam usus unius lineae conjungentis, quam etiam apud Hebraeos invenimus, et cujus usus hanc ipsam ob causam ante annum 650 p. Chr. receptus erat. P. 30 et 75. Itaque hae lineae suam habent historiam codicibus comparandis accuratius illustrandam. Simul vero discimus concatenationem, vel temporum vel scholarum ratione habita, antiquitus non ab omnibus eodem modo fuisse adhibitam, nam si exempla modo allata, in quibus concatenatio linea inferiore indicatur, comparamus cum regulis Johannis bar Zu3bi, statim apparet magistros et Ramišo3um concatenasse ubi Johannes disjunxit. Juxta p. 130 VII, *b* consonans finalis quiescens insequenti motae non adnectitur sed habet Mẹṭappẹyånå ܢܦܩ-ܒ-ܡܢܟܒܐ. Antiquiores vero, quibus linea inferior signum erat concatenationis, volunt ܘܣܝ-ܡܡܡܝܐ, quod pro suo in ponendis lineis usu Johannes bar Zu3bi scribere debuisset ܘܣܝ‾ܡܡܡܝܐ. Antiquiores ܒ-ܚܝܐ conjungunt, Johannes vero p. 129 sibi ipse contradicit. Similis confusio est in linea occultante et Mẹhaggẹyånå.

Hinc statuendum est lineam inferiorem antiquo tempore esse signum conjunctionis, recentiore tempore vero signum disjunctionis, cujus observationis in interpretanda codicum scriptura ratio est habenda.

Ceterum ante annum 889 p. Chr., quo Cod. Add. 12138 scriptus est, lineas Nåγoδå et Mẹṭappẹyånå antiquis inusitatas jam fuisse introductas, excerpta ex codice comprobant p. 126 exhibita, in quibus aliquoties Nåγoδå occurrit. — Accentus denique ܡܫܡܫܢܐ usum Nåγoδae supponit. P. 197 ܥܠ.

Caput XI.

De Jacobo Tagritensi, qui et Severus bar Sakku.

Equo vehenti iter est quattuor fere horarum orientem versus inde ab urbe Mosul usque ad clarissimum Sti Matthaei monasterium, quod in monte situm est, quem Arabes Ǵebel elmaqlûb, Syri Alfef appellant. Monasterium antiquissimo tempore conditum [1]) inter Jacobitas summo honore est habitum, in quo corpora celebrium doctorum uti Barhebraei sepulta sunt. Eodem honore etiam Jacobus est affectus [2]). In monasterio schola floruit, in qua Jacobus institutus est, de quo agimus.

Dicitur Severus bar Šakku (Šakkako?) sive b. ʿIsa bar Marqos, natus est Barṭelae, in oppido regionis Mosulensis, Beth Quqae deinde adolescens acris ingenii Johanne bar Zuʿbi praeceptore usus est in grammatica et in libro primo dialecticae, philosophiam cum reliqua dialecticae parte ex libris arabicis didicit duce Kamâl ed dîn ibn Yunus, primario illius temporis philosopho Mosulensi. Floruisse vero in coenobio Sti Matthaei scholam sua propria instituendi methodo insignem ex inscriptione codicis Beroeensis (Assem. B. O. II, 237) sequitur, in quo Jacobus dicitur professione monachus, institutione Matthaeensis (bęϑulmâδâ Mattâyâ) sanguine Bartellaeus. Quodsi dici potest Jacobum institutione fuisse Matthaeensem, uti hodie institutio Oxoniensis distinguitur a Cantabrigensi et Rostochiensis a Jenensi, dubitari nequit quin schola in coenobio fuerit, cui propria erat indoles et docendi ratio, de qua statim quid sentiamus dicemus. Libris doctis compositis famam magnam sibi comparavit Jacobus, qua permotus Ignatius II Patriarcha eum ad sedem suam accersit, quo in itinere morbo affectus Mosulam rediit ibique mortuus est ao. Graec. 1552 = 1241 p. Chr. Barhebr. Chron. eccl. III, 412. Ass. B. O. II, 455. 237.

Quodnam vero institutionis genus in coenobio Sti Matthaei excultum sit, ipsius Jacobi libri docent, quos in usum discentium scriptos esse eorum condicio suadet.

Romae tempore imperatorum in scholis publicis, quae in triviis haberi solebant, docebatur grammatica, omnium studiorum fundamentum, deinde rhetorica et philosophia, quibus disciplinis studium triviale comprehendebatur. Apud Graecos vero primus Jamblichus eas disciplinas conjunxit, quae postea quadrivium sunt appellatae,

1) Hoffmann Auszüge aus syr. Akten persischer Märtyrer p. 19. 175.

2) Monasteria Nestorianorum, in quibus cadavera Patriarcharum et Catholicorum sepulta erant, a jurisdictione episcopali exempta, in occidente Patriarchae, in oriente Catholico immediate subdita erant. Assemanius ex Barhebraei Nomocanone B. O. III, II, 947.

arithmetica, geometria, musica et sphaerica sive astronomia. Utrumque studiorum genus in Africa septentrionali deinde conjunctum est, quo facto septem artes liberales sunt exortae, quibus omnis doctrina humana comprehendebatur, cui tamquam altior studiorum gradus addita est theologia. Exeunte saeculo quinto opera potissimum Marciani Capellae et Boethii deinde Cassiodori ea studiorum via ac methodus est inita, quae saeculis insequentibus obtinuit. Haec septem artium liberalium compositio, quae in trivium et quadrivivium dispescitur, non in occidente tantum recepta est, verum etiam in oriente graeco, Tzetzes enim versibus rhythmicis hisce totum systema proponit:

Ὁ κύκλος καὶ συμπέρασμα πάντων τῶν μαθημάτων
γραματικῆς, ῥητορικῆς, αὐτῆς φιλοσοφίας,
καὶ τῶν τεσσάρων τε τεχνῶν τῶν ὑπ' αὐτὴν κειμένων,
τῆς ἀριθμούσης, μουσικῆς καὶ τῆς γεωμετρίας
καὶ τῆς οὐρανοβάμονος αὐτῆς ἀστρονομίας [1]).

Eadem etiam studiorum ratio in oriente syriaco haud ignota fuit, quamvis rarissime ejus vestigia cernantur, Jacobus enim noster nihil aliud fecit nisi compendio septem artes liberales tanquam fundamentum studii theologici tradidit, quam studiorum methodum hanc ipsam ob causam in coenobio Sti Matthaei sedem habuisse puto, quae aliena est a methodo scholarum Nestorianarum, de quibus egit Assemanius B. O. III, II, 919 sq. Consilium suum perfecit edito libro dialogorum, quem ab episcopo monasterii Sti Matthaei scriptum typum esse institutionis in illo monasterio traditae nemo facile negabit.

Primus dialogus quatuordecim quaestionibus grammaticam continet a nobis editam, quam excipit grammatica metrica, ad dialogos proprie non pertinens, ex qua ea excerpsimus, quae edenda videbantur. Grammaticam ad juvanda discipulorum studia versibus scribere illo tempore more receptum erat, quod supra p. 112 docuimus.

Sequitur dialogus de r h e t o r i c a, viginti octo quaestionibus absolutus, et dialogus de p o e t i c a, viginti unam quaestionem continens, quem edidit Martinus [2]). Hisce duobus dialogis tamquam appendix additus est dialogus de copia linguae syriacae, cujus magnam partem efficit glossarium vocum vel rariorum vel synonymarum, quibus adscripsit animadversiones de dialectis linguae aramaicae et locos probantes ex scriptoribus, uti ex Antonio et ex interpretatione syriaca Homeri, nescio an a Theophilo (Barhebr. Chron. p. 132) confecta. E. c. ܣܦ̈ܠܐ. ܢܦܫ. ܢܙܡ. ܢܦܠܐ. ܡܪܐ.

1) Cf. Cramer Fr. Geschichte der Erziehung und des Unterrichts in den Niederlanden, Stralsund 1843. P. 9 sq. — Cf. Origenes ad Gregorium. Opp. I, 30. 2) De la métrique chez les Syriens Lipsiae 1879.

ܡܫܪܒܐ ܕܡܠܐ ܠܗܘܐ ܡܬܢܣܒ ܠܗ. ܘܐܦ ܐܝܟ ܕܦܣܩܘ ܠܦܘܐܬܐ.

ܢܦܠ ܒܗ ܐܟܛܘܪ [Hector] ܒܝܕ ܒܝܕ ܘܐܡܪ. ܘܐܝܬܝܗ ܐܡܪ ܘܒܠܐ

ܚܪܘܗܝ ܒܣܘܣܝܐ ܠܗ ܢܣܒܝܢ ܗ̄ܘ ܚܕ

ܠܘܛܘܣ. ܡܝܪܘܣ. ܡܣܡܣܡܐ. ܡܡܠܠܐ ܕܪܡܙܐ. ܐܡܪ ܩܝܫܐ ܡܢܝ ܐܦܪܝܡ

ܘܗܘ ܡܢ ܠܘܛܘܣ ܕܡܠܟ. ܡܬܦܪܫ ܕܒܪܐ ܒܗ.

ܦܘܣܩܐ. ܡܪܒܒܐ. ܐܡܪ ܡܢܝ ܐܦܪܝܡ ܕܠܐ ܡܣܘܣܐ ܡܬܘܡ ܠܐ ܦܣܩ

ܦܣܘܣܐ ܗܘ ܕܐܝܬܐ ܘܕܒܪܐ.[1]

ܡܣܬܘܓܐ. ܣܠܡܐ. ܐܝܟ ܗܘ ܕܡܣܠܐ. ܣܘܡ ܘܐܒܪܐ ܠܟ ܟܠܠ ܡܣܬܘܓܐ.

ܘܐܦ ܡܫܪܒܐ ܡܟܝܢ ܒܡܠܐ ܗܢܐ.

ܡܡܡܡ = ܡܦܘܪ. ܐܡܪ ܐܘܡܢܘܬܗ ܘܒܢܝܢ ܕܘܝܬܐ ܡܦܦܝ ܗܘܐ

Tribus hisce dialogis Payne Smith usus est in concinnando thesauro, codicem adhibuit Marshalianum DXXVIII Oxoniensem, ex quo hanc ob causam numeros foliorum editioni grammaticae nostrae in margine adscripsimus. Sed non omnia, quae Severus dixit, edidit (cf. e. gr. vocem ܣܡܐ), itaque sperandum est, fore ut Lagardius editionem litteris syriacis scriptam, quam pollicitus est, publici juris faciat. Tres hasce disciplinas, grammaticam, poeticam, rhetoricam quum primo dialogorum libro comprehenderit, re vera trivium absolvit, quemadmodum apud occidentales constitutum erat.

Libro secundo tractavit philosophiam, quam Tzetzes versibus supra propositis post rhetoricam enumeravit, in qua distinguit Severus logicam, quae est instrumentum (organon) philosophiae, ab ipsa philosophia. Dialogum specialem, quinquaginta duabus quaestionibus de logica tractantem, excipit dialogus de philosophia, quinque partibus constans, hunc in modum dispositis: 1 de definitionibus et partitionibus philosophiae, 2 de ethica, 3 de physica, 4 de quatuor artibus, arithmetica, musica, geometria, astronomia, 5 de metaphysica sive theologia (mẹmallẹluϑ allâhuϑâ). Ultimam hanc partem si introductionem quasi ad studia altiora theologiae efficere videmus, quae secundo opere maximo tractavit Severus, non negari potest philosophiam cum quatuor artibus ita compositam esse, uti Tzetzae versus postulant. Id tantum a Tzetzae

1) In margine additur ܦܘܣܩܐ ܠܫܡܫܐ cf. Bar Ali s. v. et Lane Arab. dict. s. v. شمّوس.

studiorum dispositione alienum est, quod poeticam ordini litterarum trivialium inseruit Severus, quod apud Syrum alium eodem modo factum esse nemo usque ad hunc diem observavit. Recte enim dixit Martinus Severi de poetica tractatum unicum esse, qui ex Asia in Europae bibliothecas pervenerit. Quodsi Syri poeticam non tractaverunt, si scholae arabicae metricae apud Severum ne minimum quidem vestigium cernitur, nonne conjicere licet, Severum ultimis bellorum cruciatorum temporibus viventum exemplo scholarum latinarum, quorum disciplina instituti tot viri docti, episcopi, presbyteri, magistri illo tempore in Syria degebant, eo perductum esse, ut etiam poeticam docuerit, quae partem trivii efficit?

Theologia deinde altero opere tractata est a Severo, cui inscripsit liber thesaurorum, kęϑåβå δęsimåϑå, quod cum Thomae Aquinatis Summa comparare non haesitavit Martinus (Métrique chez les Syr. p. 6. Assem. B. O. II, 237). Sed de hoc libro agere a proposito nostro aeque est alienum, ac disputare de Severi expositione officiorum et orationum (pušåq tešmęšåϑå waṣęlawåϑå) deque symbolo fidei, de quibus Assemanius l. l. disseruit. Itaque ad grammaticam a nobis editam nos convertemus.

Tribus quaestionibus de partibus orationis earumque accidentibus agens graecam doctrinam in formam exilis compendii redactam iterum decantat. Sequitur quaestio de sex vocalibus[1]), in qua etiam de mutatione vocalismi vocum, quae flexionibus efficitur, sermo est, quam methodum apud Josephum bar Malkon supra invenimus, ita ut totum flexionum systema sub specie motionis vocalium exhibeatur. Accedit etiam appositio affixorum, et quia motione exprimitur sensus nominum activus et passivus, hisce categoriis hoc loco utitur. Qua in re quum etiam consonantium ad radices accedentium descriptio omitti non posset, quaestione quinta scripsit de litteris radicalibus, quas gensånåyåϑå dixit, et de accessoriis mettausęφånęyåϑå. Ex accessoriis unum genus est necessarium, alterum ad distinguenda vocabula scriptione similia adhibetur, tertium ad etymologiam pertinet, et eas amplectitur consonantes, quae pronuntiando occultantur vel assimilantur. De adjectivis relativis, quae šęmåhe taφnęχåye a Severo Jacobum Edessenum, uti censeo, secuto dicuntur, in eadem quaestione agitur p. 16.

Quaestione deinde sexta et septima de usu casuum id est particularum b d w l loquitur, quae nominibus et verbis competunt. Cum his „casibus" conjunxit praefixa verborum ' m n t, qua in re nescio, an textus gravem passus sit corruptionem.

Quae sequitur quaestio octava tota ad aspirationem pertinet, quacum conjungenda videbatur doctrina de litteris furto ablatis et occultatis insequente quaestione proposita.

---

1) Sex tantum habet vocales Severus å, e, a, i, o, u.

Deinde agit de septem litteris perfectionis, id est, de Ålaφ status emphatici, deque affixis verborum, quibus personae indicantur. Enumerant vero codices sex tantum 'hyntk, scilicet omiserunt w, de quo deinde est sermo.

Postquam sub finem de sensu activo et passivo [1]) seu de subjecto et objecto enunciati quaestione undecima disseruit, qua ad syntaxin aliquo modo delatus est scriptor, ac de formandis passivis verborum quaestione duodecima egit, de exceptione in sententiis (nęsîβuϑå) agit, quae efficitur particulis ellå, sęṭar et balḥoδ. Conferendum est arabice الاستثنا.

Finem opusculi facit quaestio de accentibus, quorum doctrinam penitus e Jacobo Edesseno haustam esse supra p. 89 sq. demonstravimus.

Qui in editione nostra sequuntur loci selecti Severi ex grammatica metrica, cui inscripsit armonia bamęlaḥmuϑå, ad res pertinent, quas in dialogo grammatico omisit; quae praeterea in grammatica metrica protulit cum dialogo prorsus conveniunt, quam ob causam edenda non videbantur.

Codices quibus usi sumus tres, Oxoniensis, Gottingensis, Berolinensis pessimi sunt [2]), et multis lacunis foedantur, quae in adnotatione critica indicatae sunt. Eorum haec est relatio:

Codex Oxoniensis et Gottingensis ad eandem pertinent familiam p. 25 l. 22, et Gottingensis quidem ex libro exscriptus videtur, cujus archetypus fuit Oxoniensis, nam sex voces, quae p. 29 l. 18 desunt, in Oxoniensi unum efficiunt versiculum. Maxima vero grammaticae pars in Gottingensi novum est apographon, quo antiquioris libri folia, quae perdita sunt, hodie supplentur. Atque hoc quidem apographon non exscriptum est ex iis foliis, quae proprie ad codicem pertinuerant, sed ex alio codice, qui cum Oxoniensi cohaeret. Servatum enim est folium unum antiquum, quo finis grammaticae continetur, quem et in recentiore supplemento habemus, atque haec duo folia ejusdem codicis inter se differunt, et ita quidem ut recens folium cum Oxoniensi faciat, antiquum vero cum Berolinensi et Londiniensi libro. Cf. p. 36 not. 14; 37 not. 1. 7. 8. Codicem Gottingensem in ponenda interpunctione secutus sum, sed nescio, an ea fide, qua volui, res mihi cesserit. Ceterum hisce punctis non est magnum pondus tribuendum, punctorum variam positionem ex tribus codicibus adpingere nec volui nec potui, orta enim esset maxima confusio.

Horum codicum similitudine primum deceptus non vidi quantis


1) Comparandum est Arabum fâʿil et mafʿûl.

2) Cf. e. c. p. 17 Not. 6 et 7, ubi Oxoniensis et Gottingensis praebent vocem ܡܬܪܟܒ et ܪܘܟܒܐ pro ܡܬܪܟܒ et ܪܘܟܒܐ, unde comprobatur scribas textum non intellexisse. Sic et p. 20 l. 2. Contrarium habes p. 20 l. 22; 21 l. 1.

et qualibus mendis laborent, donec in Gottingensi dissertationem de geometria legens animadverti, textum adeo esse mancum, ut intellegi non possit, quod in rebus mathematicis facili negotio potuit constitui. Itaque quum similem grammaticam olim Berolini me legisse recordarer in codice Petermanniano, cujus in subscriptione grammaticum compendium Jacobo Edesseno[1]) erat ascriptum, Cl. Lepsium rogavi, ut codicem Heidelbergam mitti concederet, quod non recusavit, ita ut mihi grato animo illius erga me et bona omnia studia benevolentia piaque memoria sit celebranda. Re vera hic codex nostram continet grammaticam.

Berolinensis Codex (Petermann 15) anno p. Chr. 1826 exaratus ex optimo fonte derivatus est, sed multis lacunis est foedatus et caret omnibus fere punctis. Hoc sine codice textum constituere non potuissem, sed vel ejus lectionibus utens non potui crisin severam non adhibere. Quomodo in singulis locis egerim lectores ex adnotationibus intellegent et quid effecerim ex textus a me constituti indole dijudicent. Primas paginas, quas jam lapidi tradideram, antequam librum Berolinensem in auxilium vocavi, iterum depingere taeduit, itaque p. 48 variam Berolinensis lectionem exhibui.

Londiniensis libri indolem cum Gottingensi in dialogo de poetica, quem edidit Martinus, comparatam eam esse vidi, ut edi textus grammaticae possit etiam sine Londiniensi codice, siquidem varietas lectionis hujus libri posteaquam editionem absolvissem adderetur. Museum enim brittanicum illo tempore adire non potui. Itaque Wrightius ὁ πάνυ editionem meam cum codice Londiniensi contulit postquam finita erat, quae res et eam ob causam gratissima mihi fuit, quia tali modo non solum criticum meum judicium quasi ad lapidem Lydium potuit tentari, verum etiam ea in quibus erravi emendari. Pertinet Londiniensis ad eandem familiam ad quam Berolinensis, sed quamvis saeculo XIII tribuendus videatur (Wright Catal. III. 1165), et ipse gravissimis mendis omnino non caret. Haec igitur est codicum inter sese relatio:



Postquam sic et codicum familias et ipsum Severi librum dilucidavimus, ita de eo statuendum videtur, ut censeamus Severum,

1) Cf. p. 48.

ex graeca philosophorum ac syriaca lectorum schola simul profectum esse, neque vero Johannem bar Zuʿbi sequi, cujus ne nomen quidem occurrit, quamvis Severi fuerit praeceptor. Praeterea et de Jacobo Edesseno pendet, cujus cum institutione eam conjunxit methodum, quam antea apud Josephum bar Malkon invenimus. Nihil denique restat nisi proponere adnotationes ad textum, quibus admiscentur lectiones variae codicis Londiniensis. Interpunctionem quam Wrightius una cum punctis diacriticis exhibuit non repetendam puto, quamvis si Londiniensem librum habuissem, puncta ad ejus normam ponenda fuissent. Ubi Londiniensis cum lectione Berolinensis consentit nihil adnotavimus, ita ut in adnotatione critica Siglum B utriusque codicis consensum indicet. Lacunas vero in Berolinensi occurrentes Londiniensis non habet, et ubi inveniuntur adscriptae sunt.

Adnotationes ad textum Severi.

P. 2. **4** mamlâ suryâyâ est γλώσση συριακή. Cf. Dionys. 9 [1]) [4]); mimrâ vero est λόγος ܠ, 12 = μέρη λόγου. — **14** Lond. anton anten uti Berol. — **20** mellaϑ šęmâ = μετοχή. Tryphon grammaticus e contra Infinitivum dixit ὄνομα ῥήματος, Steinthal Geschichte der Sprachwissenschaft bei den Alten p. 641, 575. Hilgard . . . . . p. 8 $^{1}/_{3}$. Apud Syros hoc nomine etiam Adjectiva designantur.

P. 3. **5** Pro ܕܐ̈ conjeceram legendum esse ܕܐ i. e. particula ܕ, sed quum et de ܕܠܐ cogitaverim, non scripsi. Lond. praebet ܕܐ. — **8** Lond. cum Ber. ܕܢܦܩ̈ ܠܒܘܠܡ. — **9** Lond. ܐܠܝܗܘܡ cum B. G. Deinde pro ܡܢ L praebet ܡ̣ܢ, falso, similis catalogus exstat apud Dionysium p. 23. **10** L addit ܡܫܠܠ cum OB. — **12** Quodsi nomen est ὕλη, ὑποκείμενον = subjectum et γένος, verbum vero διαφορά et εἶδος, Aristotelem recognosces, qui dixit Metaph. 6, 1 p. 1028 b. 36 τὸ ὑποκείμενόν ἐστι καθ' οὗ τὰ ἄλλα λέγεται, ἐκεῖνο δὲ αὐτὸ μηκέτι κατ' ἄλλου . . . . τοιοῦτον δὲ τρόπον μέν τινα ἡ ὕλη λέγεται, et Phys. acroas. I, 4 p. 187 a addit, dici a quibusdam τὸ μὲν ἓν τὸ ὑποκείμενον ὕλην, τὰ δ' ἐναντία διαφορὰς καὶ εἴδη. — **17** ܢܦܩ̈ L. — **19** Genera in grammaticam syriacam ac deinde in omnium Semitarum grammaticam ex Graecorum doctrina invecta esse p. 144 sq. diximus. — **23** Species prima et secunda i. e. πρωτότυπον et παράγωγον Dionys. p. 10 et Amira p. 105. Hinc explicatur usus vocis ܟܠܠܐ = πρωτότυπον, unde derivatur ܟܠܠܝܐ = παράγωγον apud Jacobum

Edessenum, prototypum enim quasi est causa essendi, paragogum vero est causatum. Sic et ܐܕܫܐ est idea generalis rei, ܐܕܫܐ vero id quod sub ideâ illâ comprehenditur. Cf. supra p. 60. — **19** ܐܢܝ̈ܐ respondent *διαθέσεσι* verborum Graecorum, scil. ʒâβodûϑâ = *ἐνέργεια*, ḥaššâ = *πάθος*, Dion. p. 17 et ex speciebus nominis *κτητικῷ* = qanyuϑâ; at meḥawwęyânuϑâ ðaχęyânâ, naturam indicantia = (ܟܝܢܐ ؟), quod docent exempla, sunt nomina omnis generis, uti in definitione graeca dicitur *ὄνομα … σῶμα ἢ πρᾶγμα σημαῖνον.* P. ܕ l. 8. Has distinctiones etiam Amira tradidit p. 115, qui de indicantibus naturam ita loquitur, ut intellegatur rem ipsi fuisse antiquitus traditum atque obscuram. — **24** L ܘܬܠܝܬܐ recte, cf. p. 57, 60 de Jacobo Edesseno; intellegendus est locus: ʒelleϑânâ vero et paragogum est šęmayyânâ al. Jam habemus ܬܠܝܬܐ, quae p. 57 desideravi. — **25** Deest *σχῆμα παρασύνθετον* Graecorum.

P. 4. **8** L ܐܝܟ pro ܐܝܟܢ cum B. — De casibus cf. supra p. 31; 13. — **10** Syri verbis tribuere debent genus; Graecorum *διαθέσεις*, quas ad nomen quoque transtulerunt, dixerunt ܐܢܝ̈ܐ, omiserunt *συζυγίας* et *ἐγκλίσεις*, quas deinde una voce ܙܒܢܐ designatas invenies. P. ܗ, 14. — **13** Temporum nomina sunt graeca daʒęβar = *παρεληλυθώς*, dęqâyem = *ἐνεστώς*, daʒϑîð = *μέλλων*. — **14** ܕܩܕܡ ܟܕ ܩܕܡ L cum B. — 18 L ܬܟܝܢ cum O recte — **19** L ܐܕܫܐ, B ܐܕܫܐ. Hoc schema est graecum *ἁπλοῦν*, ܡܫܠܡܢܐ est *σύνθετον*, deest *παρασύνθετον*. — **21** desunt pronominibus casus et species; schemata iis competunt, quia suffixum ܢܩܦܐ ab absoluto ܠܚܘܕܝܐ distinguitur.

P. 5. **2** L ܟܕ ܐܝܬ ܡܫܠܡܢܘܬܗ, B ܟܕ ܐܝܬ ܡܫܠܡܘܬܗ. — **4** cf. catalogum Dionysi p. 21; 170 ab hoc catalogo diversum. Adverbia ܕܦܘܚܡܐ sunt conferenda cum *ἐπιῤῥήματα συγκρίσεως*. Quae activum et passivum designant (quod ad ܐܢܝ̈ܐ pertinet) pro adverbiis *μεσότητος* sunt posita, ܐܝܟܢܐ ܟܡܐ ܕܐܝܟ est *ποιότης*, ܟܡܝܘܬܐ, quod notum est, respondet *ποσότητι*. — **15** L ܡܫܠܡܢܘܬܐ cum O recte. — **16** L omittit ܠܗ cum B recte. — **17** Vocalium numerus conferendus est cum David bar Pauli doctrina in grammatica mea syriaca p. 31, 38, qui tamen *o* non ܠܘ dixit sed ܐܡܘܨܐ. Apud Severum vero deinde p. ܘ l. 16 haec

nomina confusa sunt et locus emendandus. Cf. p. 112 – 113. Bhbr. Gr. m. 3—4. — L hic et deinde pro ܦܐ praebet ܦܐ̈. — 20 L bis ܕܠܐ ܕܠܐ ܡܠܬܐ, male. — 24 L ܕܐܪܥܘܬܐ recte cum puncto superiore. G falso inferius posuit.

P. 6. 1 L ܡܬܟܢܝܢ cum B. — 2 Terminum ܐܬܘܬܐ ܡܠܬܢܝܬܐ cf. ܡܘ, 18, alibi legisse me non memini. — 3 L ܠܟܠ ܐܬܘܬܗܝܢ bene. — 5 post ܗܘܝܐ. cum LB punctum est ponendum, sed deest exemplum cum figura vocalis. — 8 L omittet ܐܬܘܬܗܝ cum B. — 9 LB om. ܝܢ. — 10 L ܘܘ cum puncto infra. — 13 Post ܗܘܝܐ iterum desunt figurae vocalium in omnibus codicibus. — 16 L ܐܘ ܒܪܐ et ܐܦܝܐ. — 17 L ܐܝܪ. — 18 ܐܘ L. Hic ܐܝ est υ, ܘ est ο, utrumque est ου, at antea ܐܝ est ε. — 19 Etymologiae fundamentum Syris non verbum esse sed nomen ex hoc loco intellegitur, quocum conspirat p. ܓ, 9 et ܠܐ, 3 quaestio duodecima, quae ea nititur opinione, nomen esse prius, verbum ab eo derivatum. Cf. ܟܒ, 15 et Bekkeri Anecdota graeca II 880, III 1024, 1271, 1275. Steinthal Geschichte der Sprachwissenschaft 591. Apud Arabes lis erat de maṣdari natura inter Cufenses et Basrenses. 21 L ܕܡܬܪܓܡܐ et omittit cum B ܐܝܟ, recte.

P. 7. 1 ܐܣܟܡܐ est fere διάϑεσις vel quod nos dicimus forma etymologica; sic et linea 8. — 4 L ܡܘܪ. — 5 LB ܗܘܐ ܕܝ ܗܘ. — 12 De verbi classibus cf. supra p. 133; 167. — 14 Post ܕܠܟܝ deest aliquid, sufficit addere ܗܘܐ, etiam in sequentibus quaedam excidisse videntur. — 15 L ܬܦܩܘܢ. — 19 L ܡܫܬܘܕܥܘܬܐ. — 21 L cum B add. ܡܬܬܢܝܐ post ܦܬܐ.

P. 8. 1 L cum B ܕܢܦܩ ܢܘܪ et 2 vice versa ܕܦܬܠܐ pro ܕܢܦܩ in GO, quod hoc quidem loco ineptum est. B linea 2 ܡܣܬܪܦܐ ܕܦܬܠܐ ܐܘܝܢ. Sed quum in sequentibus perspicue de vocali praefixi Imperfecti agatur, quae est rę*β*âsâ, intellegitur locum corruptelam graviorem esse passum in omnibus codicibus. — 4 L cum B recte habet ܡܢ ܒܦܘܪܫܐ ܡܠ̈ܬܐ. — 5 LB om. ܢܘܠ recte et praebent ܡܕܪܫ pro primo ܡܕܪܫ. — 7 L recte ܢܓܙܘܪ ܐܓܙܘܪ ܬܓܙܘܪ ܢܓܙܘܪ. — De ܡ praefixo, quod Imperfecto non competit cf. p. ܡܣ textus syr. — 16 cf. adnotationem ad p. 5 l. 17 et usum vocis

ܠܡܪ̈ܝܡܬܐ p. 8 l. 20, qui rectus est, nam ʒgmâqâ est u = ܘܼ, ʒgsâsâ vero o = ܘܿ. Invertendae sunt voces et legendum ܒܥܘܦܐ ܠܡܪ̈ܝܡܬܐ ܘܒܦܬܚܐ. ܗܘܬ ܠܩܫܝܐ. — **17** LB recte cum puncto superiore ܪܘܼܕ, ܪܘܼ, ܚܘܼܣ, ܢܘܼܠ, ܟܘܼܠ. — **20, 21** L ܦܠܓܬ.

P. 9. **2** L recte ܢܦܩ: ܐܘ ܚܣܝܐ ܐܘ ܐܬܬܐ ܡܕܡܐ. ܐܘ ܡܩܒܠ. ܘܦܩܕܐ ܐܘ ܟܠܡܐ ܡܫ: Cf. Barhebr. gram. major p. 104 sq. B omisit. — **3** Conjeceram pro ܢܘܪ ܠܡܪ̈ܝܡܬܐ scribendum esse ܢܘܪ ܡܫܡܪ̈ܬܐ, sed non scripsi quia p. ܝܚ, 24; ܝ, 21 eadem locutio iterum occurrit. Cf. contra 10, 7. Ipsi Syri jam ante me emendationem eandem tentaverunt, nam in margine Londiniensis legitur ܢܘܪ ܡܫܡܪ̈ܬܐ ܒܪ. — **5, 6** forma vocali o instructa ܡܦܘܿܪ prorsus deest. — **9** L habet ܐܬܠ. — Ceterum inter praefixa Imperfecti ܡ non recensetur cf. supra ܝ, 3, 7. — **11** L om. ܐܬܪܘܿܡ. — **12** L ܕܦܬܚܐ et deinde ܐܬܦܬܚܬ. — **15** E contrario Johannes bar Zuʒbi in ܐܘܚܠ rell. Zgqâφa scribendum esse docet p. 173. — **16** Quae de ܟܠܗ̇ܘ rell. habet, re vera huc non pertinent. Estne confusio scriptoris an lacuna in textu? — **24** Patet scriptorem ܠܡܫܼܢܝ: derivare a radice ܢܘܪ. — L cum OG ܦܘܢܝ. — Sed nomina a verbis non segregata sunt.

P. 10. **3** ܡܬܓܠܝܐ pro ܡܬܓܠܝܐ rarissimum est. — ܠܡܝ ܪܘܚܢܐ cf. p. ܝ, 11; ܝܒ, 4 et grammatica mea p. 31. — **4** L ܡܢܝ pro ܡܼܢܝ. — **7** Vox ܡܬܚܡܪܐ hoc loco et ad Waw pertinet, uti vice versa p. ܝܚ, 3 ܠܡܪ̈ܝܡܬܐ ad Yuδ. — **13** L ܕܦܼܩܫܝ pro ܕܦܩܼܫܝ inepte. — **14** L cum OG ܪܘܒܒܐ, quod respondet Graecorum ἐγκλίσει. — **19** L ܦܘܢܢܐ pro ܦܘܢܢܐܬ. Deinde ܐܬܦܥܠܘܢ ܕܡܢ et sic ܐܬܦܥܠܘܢ ܐܬܚܫܒ: ܐܬܩܪܒ. — **24** Animadvertendum est duplex qušâyâ vocis parṣopa. Cf. p. 118 sq.

P. 11. **1** ܠܡܪ̈ܝܡܬܐ aut ܪܘܚܢܬܐ delendum est, alterum omittunt LB. Sed in usu harum vocum inconstantiam p. ܝܚ, 3; ܝ, 3 observavimus, ita ut OG duas lectiones conjunxerint, quum satis fuisset scripsisse ܗܘܐ ܗܘܬ ܠܡܪ̈ܝܡܬܐ aut ܗܘܐ ܗܘܬ ܪܘܚܢܬܐ. Ceterum

ܒܶ, 4 ܪܘܚܬܐ ܘܘ est *o*. — **5** L ܡܢ pro ܟܠ primo. — **6** L om. ܐܬ uti B. — **10** L ܬܪܝܢܐ pro ܬܪܝܢܬܐ. — **18** L ܕܟܠ omisso ܟܠ. — **20** ܫܡܐ ܦܣܝܩܐ nomen apocopatum = status absolutus et constructus. — **23** L ܡܦܪܫܘܬܐ.

P. 12. **1** L ܢܫܝܫܘܬܐ. — Post ܡܠܟܐ ܐܢܐ deest rei explicatio in omnibus codicibus. — **12** L ܕܢܫܝܫܐ pro ܢܫܝܫܘܬܐ. — **13** L ܬܘ pro simplici ܬ. — **15** Etiam L praebet ܡܬܪܟܒܐ .pro ܡܬܪܟܒܐ, quod significat insertum est. En scribas, qui textum, quem descripserunt, non intellexerunt. — **18** dele cum L punctum sub ܦܪܝܫ. — **19** L ܕܠܡܠܟܐ pro ܕܠܣܦܣܝܘܣ.

P. 13. **6** L ܡܣܩܢܐ cum OG. — **14** L ܡܬܒܥܐ in Sing. — **16** L ܡܬܒܥܬܐ cum OG. — **19** L ܠܗܘܢ cum OG.

P. 14. **2** L ܪܡܙܐ cum O. — L ܗܘ ܕܝܢ ܐܝܟ ܗ̄. — **4** L praebet ܘ ter in B omissum. Deinde habet ܟܠܠ ܗܠܝܢ ܡܫܡܫܢܘܬܐ. — **5** L ܡܫܬܡܠܝܢܘܬܐ. Adtendas ad nomen hujus Åla*φ*, quod alibi ålaφ' dę-šumlåyå dicitur p. ܩܗ, 2. 128 [1]). — **7** L emendationes meas comprobat, habet enim ܕܐܬܘ̄ ܡܢ ܒܟܠܗܘܢ ܡܢ ܕܐܝܟ ܡܢ ܕܐܝܟܢ ܡܢ ܐܝܟܢܐ, ita ut solum ultimum ܡܢ non posuerim, quod si melius adtendissem ex GO debuissem recipere. — **12** L lacunam a me observatam ita complet ܡܢ ܟܠܗ ܠܫܘܪܝܐ ܕܡܢ ܡܢ ܩܪܝܒ ܠܐܚܪܝܬܐ. — **15** L ܘܫܘܠܡܐ ܕܡܢ. — **19** L ܘܐܦ̈ ܚܕܐ ܚܕܐ sine puncto inferiore recte.

P. 15. **2** Glossa arabica in B legitur, non vero in L; دُمْلُج Pl. دَمَالِج brachii ornamentum aut fascia, qua appenditur amuletum. Itaque glossa cum textu non prorsus conspirat. Cogitavitne de biblica locutione ad idololatriam pertinente יד חזית Jesaj. 57, 8? — **4** L ܕܟܠܗ ܚܘܒܐ in Sing. — **9** L ܡܬܟܬܒܢ pro ܡܬܟܬܒܢ. — **10** L ܘܫܒܩܢ recte. Ita conjeceram. — **12** legas آلتي aut الّتي. — **14** L ܗܢܝܢ ܐܬܘܬܐ pro ܗܠܝܢ. Punctum post ܐܬܘܬܐ equidem posui, huc enim pertinet, sed in msptis non exstat. — **18** Codices secutus lineam, quam occultantem dicunt, adpinxi, rectius linea superior, ṭalqånå dicta, poneretur. — **19** L om. tria waw priora in linea.

P. 16. **2** L ܣܘܼܦܩܐ pro ܣܘܡܩܐ. — **14** L ܦܪܢܣܐ sine ܘ. — **15** L ܟܡܟܪܐ. — 17 L cum B ܘܡܬܚܬܐ, sed habet ܣܘܪ.

P. 17. **1** Post ܐܬ ܠܗܘܢ in L incipit vetus pars, prima novem folia enim posteriore tempore addita sunt. — **3** L ܡܬܟܬܫܢ pro ܡܬܟܬܫܝܢ, dubito an ex B recte masculinum exscripserim. — **6** ܐܬܡܛܝܘܗܝ lapidi traditum haud bene expressum est, ita ut mascul. esse videatur. — **7** ܡܬܪܟܒܢ legendum, quod in lapide correctum haud bene cessit. — **9** L ܥܡܘܕܐ sine punctis. — **21** L ܒܣܟܬܢܐ pro ܠܒܣܟܬܢܐ recte.

P. 18. **1**[1]) L ܘܡܫܡܫ. **3** L omisit ܡܬܐܝܕܝܬܐ ܡܫܡܫܢܐ ܡܫܡܠܝܬܐ ܡܦܪܫܬܐ uti B. — **5** L ܐܘ pro ܘܐܘ. — **6** ܘ linea superductum, quae delendam esse particulam jubet, in L deest. — **7** L ܘܐܘ cum OG. — **9** L om. ܐܝܬ. — **10** L om. ܗܠܝܢ, praebet ܕܡܫܘܐ\\ sine zqq. — **10** Locus est 1 Sam. 30, 28, itaque non cum Gottheilio (Elias p. 19*) desperandum. L vero pro ܘܠܒܫܡܘܬܐ praebet ܘܠܒܫܡܘܬܐ, quod est vitium. — **13** ܡܟܝܠܬ etiam L habet. **15** L ܡܦܪܫܬܐ ܐܬܬܐ ܗܘܬ. — ܘܡܫܡܠܐ, quod contra OGB scripsi, ita in L exstat. Locus ita intellegendus: Sub finem sciendum est, omne bdwl, quod ante vocem ponitur, aut sine vocali legi aut cum *a*, nisi quum prima vocis littera est Ålaφ, quippe quae cessare facit (ita ܘܡܫܡܠܐ interpretor) aeque vocalem atque quietem particulae praecedentis rel. — **19** Praefixa Imperfecti et Infinitivi dici casus alibi non legi. Cf. 150. — **22** ܘܦܪܘܦܐ cum quš. sed l. 23; ܟܪ, 17 est ruk.

P. 19. **2** L easdem sex voces omittit quas B. — **10** L ܡܫܘܕܥܬ cum OG. — **18** Rasura in lapide facta haud bene cessit, patet ܗܠܝܢ esse legendum. — **19** ܬܘܕܝܬܐ secundum legem cf. grammaticam meam p. 71. — L praebet ܗܠܝܢ ܡܢ ܬ̄ recte. — 20 L ܟܡܪ. — 22 cf. gramm. meam p. 69 VII. L praebet ܟܡܬܐ pro ܟܡܬܐ et addit in linea sequente ܘܟܡܬܐ post ܕܟܡܬܐ.

P. 20. **2** De ܦ cf. ܟܝ, 15 textus syr. et 118. — L ܘܐܢܫ. — **6** ܘܬܘܬܪܐ huc pertinet, scilicet quae docet Severus non ad ܘ

et ܕ tantum referenda sunt. Cf. p. ܠܛ l. 15. Gramm. mea p. 70 augenda; quod Severus l. 14 scribit ܘܙܒܘܬܐ non contra hanc regulam est, sed secundum legem aliam grammaticorum. P. 116. — 7 L ܘܬܬܠܚܡ pro ܘܬܬܠܡܚܡ. Male. — 8 L ita invertit ܒܡܕܒܪܢܘܬܐ ܕܬ̄ܐ ܘܬ̄ܐ ܕܠܒ̄ et omittit vocem ܡܡܟܢܐ. — 9 L om. litteram ܕ in phrasi ܬ ܐܘ ܕ ܕܠܒܣܣ. — 11 L ܕܠܒܣܣ et ܐܚܪܢܐ pro ܐܝܟ ܗܘ. — 15 L om. ܗܠܝܢ uti B. — Pro ܒܣܪܟܬ, quod legendum est, ubi scripsi ܒܣܪܟܬ, L praebet ܒܣܪܐ inepte. — 17 L ܡܬܐܡܪ: ܒܠܚܘܕ recte. — 19 L ܡܬܬܚܝܠܐ. — L ܦܫܡ ܒܠܚܘܕ ܦܬ̈ܓܡܐ ܡܠܐ pro ܦܫܡ ܒܠܚܘܕ ܡܠܐ ܕܒܗܘܢ. Legendum ܦܫܡ ܒܠܚܘܕ ܦܬ̈ܓܡܐ ܕܡܠܐ ܕܒܗܘܢ. — 22, 23 Etiam L ܙܘܘܓܐ inepte. — Ex loco ܟܐ, 12, 21 sequitur, agi de συζυγίᾳ = rukåβå = conjugatione.

P. 21. 1 Corrigendum ܕܒܠܡ ܟܠܐ ܡܠܐ. — L iterum ܙܘܘܓܐ. 4 L ܕܠܗܘܢ recte. Ceterum cf. gramm. mea p. 65 infra. — 5 cf. gramm. meam p. 66, 3; 63 IV. — 8 De Imperativo Eϑpe. vide gramm. meam p. 80, II. L ܐܬܚܦܝ c. OG. — 9 Gramm. mea p. 68, 1. — 12 L ܘܬܗܘܐ recte. — 15 L ܦܬ̈ܓܡܐ male, uti videtur. — 17 Leg. ܩܫ̈ܝܬܐ ܩܫ̈ܝܬܐ. — 20 De concurrentibus *dt* cf. Gr. meam 72, X. — 21 L invertit ܡܬܐܡܪܢܐ ܘܡܫܬܡܫܢܐ; ceterum hoc loco habet ܙܘܘܓܐ. — 22 L om. ܬܘܒ.

P. 22. 3 L om. ܘܡܢ ܡܬܩܪܐ ܕܗܘ ܫܠܝܚܐ propter homoeoteleuton, quod B habet, ita ut non ex codice Lond. derivari possit Berolin. — Post vocem ܫܠܝܚܐ L inserit ܐܬܘܬܐ. — 4 Quum de waw ʒęṣîṣtå agatur, ܠܩܒܘܗܝ scribendum est, in reliquis exemplis latent errores, L cum textu meo concinit. — 5 L ܘܐܬܚܡܬܗ pro ܕܐܬܚܡܬܗ. 7 L ܗܘ pro ܗܝ recte. — 12 L ܐܚܝ ܐܚܕܬܗ. — 15 L om. ܕܝܢ. — 17 leg. ܬܬܪܟܒ et ܐܝܟܢܐ. — 14—17 Solum Severum seu potius ejus scholam vidi jubere qušåyå ponendum esse in ܐܬܚܫܒܬ, ܐܬܩܛܠܬ, et similibus. Itaque conicerem pro ܬܪܟܒ ܠܐ l. 13 legendum esse ܬܪܟܒ, quamvis etiam L hoc ܠܐ praebeat, nisi compositio exemplorum obstaret. Quodsi alii solum in prima persona post î volunt Taw cum qušåyå, in tertia feminini vero cum rukåχå, ut

formae recte distingui possint, artificium magistrorum videtur, non verus in lingua, quemadmodum pronuntiabatur, usus. Analogia verborum firmorum in prima persona postulabat qušâyâ, quod deinde et verbis tertiae y tributum est. Similis magistrorum consuetudo antiqua est et jam ab Honaino tradita, quamvis et ipsa sit artificium lectorum, ܐܬܓܠܝܬܗ enim cum rukâχâ prima persona esse dicitur, ܐܬܓܠܝܬܗ vero cum qušâyâ secunda persona. Hoffmann Opuscula Nestoriana p. 10. Et jam vide quae sit confusio: 1 Sunt qui t post î in prima persona tribuant rukâχâ (Honain, Severus, Bar Malkon) p. 118, 2 sunt qui eidem tribuant qušâyâ, 3 sunt qui t post î in fem. Sing. et secunda persona Sing. et Plur. qušâyâ instruant, 4 sunt, qui vel in ܩܒܠܬܗ (accepit ea illud) rukâχâ postulent. Patet rem in scholis agitatam vario modo esse definitam. — Cf. p. 116 sq. et Gottheil Elias p. 30*. — **21** Post ܚܒܝܬܗ L addit ܘܣܡܟܢܝܬܗܘܢ. Quum ܣܡܟܐ haud dubie pronomen designet, legendum erit ܚܠܦ ܣܡܟܐ, quo nomine appellat terminationem tertiae pers. feminini. — 23 L om. secundum ܐܝܬ recte. Exempla sequentia his vocalibus in L sunt instructa ܚܒܝܬܝܢ ܩܒܝܬܝܢ ܪܡܝܬܝܢ ܚܒܝܬܗ ܩܒܝܬܗ ܪܡܝܬܗ. — Tria exempla cum ܝ desunt.

P. 23. **2** L inserit ܐܝܬ post ܟܝ. — Forma ܡܣܬܟܡ dubia est, dicendum est ܡܬܚܡ uti ܡܘܗܝ aqua ejus, ܡܢܗ Bhbr. Carm. ed. Scebak 143 l. 4. — **4** L ܘܢܦܩ. — **4—13** cf. gramm. mea 68, 63 IV, 66, 3. — **8** L ܐܘ ܕܢܥܡܠ. — **9** Etiam L praebet lectionem ineptam ܟܢܫܐ cum GO pro ܟܢܘܬܐ, quod edidi, quum ܟܢܫܬܐ huc non pertineat. Waw ʒęṣîṣtâ = o est in ܠܟܘܬܐ, ܟܠܘܬܐ i. e. nomen actoris radicis ܟܠܝ, et ܟܢܘܬܐ abies. Reliqua exempla Waw daʒęmâqâ habent. — **11** Etiam L praebet ineptum ܕܟܠܝ. — **15** De p cf. gramm. mea p. 73 et supra p. 118. **16** L ܘܢܦܫܝ bene. — **17** L ܘܬܐܬܐ. — **20** L ܠܟܘܢ ܕܐܬܝܬܘܢ. **21** L ܗܘܝ ubi reliqui ܗܘ. — **22** L ܦ cum rukâχâ habet in ܕܦܫܛܬܐ.

P. 24. **11** L omittit ܐ cum OGB. — **12** L ܕܐܬܠܐ. — **13** L praebet ܘܡܢܗ, habet deinde ܘܒܢ̈ܝ quod reiciendum. Legas ܕܢܟܠܐ, in editione ܐ omisi. — **15** L habet ܡܥܠܐ et ܡܚܠ sine Ålaφ initiali. — **16** L ܘܡܢܟ ܘܡܢܗ. — **19** L omittit ܘܒܢ̈ܝܢ ܘܦܢ̈ܝܢ. — **23** Leg. ܐܬܪܡܝܬܐ.

P. 25. **1** L ܕܡܚܠܝܢ ܘܡܡܠܝܢ ܘܡܦܠܝܢ ܘܡܙܠܝܢ. — 4 L om. ܘܡܡܫܡ̈ܫܢܐ uti B et scribit ܘܠܡܡܫܡ̈ܫܢܐ inepte. — 6 L inverso ordine habet ܐܬܪܒ ܐܬܪܒ. — **7** L easdem voces omittit quas B omisit. — **8** L ܐܬܐܡܪ̈ܐ pro ܐܬܐܡܪܐ. — **1—4** addenda sunt ad gramm. meam p. 109 II, a. — **8** adde ad gramm. p. 109 II, b. — **17** cf. gramm. p. 350. — **19** ܡܬܐܚܕܐ cf. supra p. 106, 25. — **23** L ܒܡܫܩܠܐ.

P. 26. **1** L ܡܩܫܝܬܐ. — L addit ܘ post ܗ̄, quo facto septem litterae complentur. Cf. ad 27, 9. — **6** L om. ܒܪ uti B. — 8—9 De hoc Yuđ cf. Gramm. mea p. 118 II. — **9** L ܩܦܘܪܐ ܕܒܪ ܕܒܪܢܫܐ ܬ̄ ܡܩܠܡܐ. — **13** L scripsit ܐܝܟ et ܐܝܟܢ. — **14** L ܒܩܦܘܪܐ. — **15** L ܒܡܠܘܐܗ. — **19** L ܘܠܐܝܬܐ. — Dicit terminationem ܬ secundae personae aeque competere ac tertiae fem., quae punctis inter se distinguantur litterarum vocalium vices gerentibus. Loci Scripturae sunt Jes. 14, 12; 51, 17 Ps. 3, 6. — **21** L ܒܦܘܡܪܐ Sing. Omittit deinde pronomina verbis superscripta. — **24** Cf. quae de hisce dispositionibus ad p. ܟ, 19; ܕ, 10 observavimus.

P. 27. **1** L ܒܗܘܠܝ pro ܒܗܘܪܐ. Nihilo secius aliquid deest. — **2** L ܕܗܘܠܝ ܗܘܬ ܗܘܬ. — **5** Etiam L ܩܘܡܐ sine ܠ. — **6** Etiam L om. ܐܢ̄ܬ ܐܢ̄ܬܝ ܗܘ ܘܡܥܒܕܝܢ. — L cum B ܒܪ pro ܒܪܝ. — **7** L ܘܡܫܡܫ ܕܗܘܠܝ ܐܬܘܬܐ ܡܫܡܫܐ. — **9** In loco turbato paradigmata ita in L exhibentur, cujus rubricas linea superposita distinxi: ܘܡܠܬܐ ܕܐܬܐܬܐ ܕܡܬܚ̈ܠܦܢ ܠܗܠܝܢ ܐܝܟ ܗܘ ܦܫܝܛܬܐ ܠܡܫܡܫܢܘܬܐ ܠܐܬܘܬܐ ܡܫܡܫܢܝܬܐ.

ܟܪܺܝ	ܟܪܳܐ	ܢܶܟܪܶܐ	ܟܪܳܐ	ܘܗܠܝܢ ܕܒܘܪܟܬܐ
ܟܪܺܝܘ	ܟܪܘ	ܢܶܟܪܽܘܢ	ܟܪܰܝ	ܐܝܟ ܐܦܠܐ ܡܣܟܠ
ܟܪܺܝܢ	ܟܪܺܝܘ	ܢܶܟܪܝܢ	ܟܪܳܝܢ	ܠܡܫܚܬܐ
ܟܪܺܝܬ	ܟܪܝܬ	ܢܶܟܪܐ	ܟܪܳܝܘܗܝ	ܘܡܣܬܘܝ
ܟܪܺܝܢ	ܟܪܝ	ܢܶܟܪܶܐ	ܟܪܰܝܢ	ܠܟܠܗܘܢ
ܟܪܺܝܬܘܢ	ܟܪܝܬܘܢ	ܢܶܟܪܘܢ	ܟܪܶܐ	ܠܬܫܠܘܬܗ

Hinc sequitur l. 6 scribendum esse ܟܠܗܘܢ ܟܪܺܝܢ[1] ܠܗܢ ܐܚܪܢܐ; porro in paradigmatis forma prima scribas ܟܪܺܝܢ, denique kâφ radicale non rubicandum fuisset, si scribae quid scriberent intellexissent. Non dubito tamen, quin totus locus ita fuerit: ܟܠܗܘܢ ܟܪܝܢ ܟܪ ܟܪܝ ܟܠܟ ܠܗܢ ܐܚܪܢܐ, ita ut ܟܪ in LB ex ܟܪܐ processerit, ܟܪܝ vero ex ܟܪܝܢ. Quodsi non locum habuit, paradigmata ܟܪܐ, ܟܪܝ et ܟܠܟ non ab ipso Severo sunt addita, quae opinio forte eo commendatur, quod in ܟܠܟ formae verbi et particulae confusae sunt. Litterae ad ܟܪܝܢ accedentes sunt sex, quae cum Ålaφ status emphatici 27, 7 efficiunt eas septem, de quibus 26, 1 Severus est locutus. — **14** Nonne hic habemus arabicae grammaticae vestigia, agitur enim de fâ'il et maf'ûl? De Sacy Gr. ar. II 387 primae edt. **17** L ܘܩܘܪܒܐ. — **19** L ܐܬܟܢܫ uti OG. — **22** L om. ܗܘ et praebet ܕܦܠܛܘܢ.

P. 28. **1** L ܒܪܝܫ ܡ̈ܠܐ ܡܫܬܠܡܢ, quam breviaturam B solvit. — **2** L ܦܪܘܛܘܠܐ; deinde ܡܫܘܚܬܐ ܗܝܕܝܢ ܡܦܣܩܬܐ, quod non rectum videtur. — **4** L in margine ܐܪܬܪܘܢ explicat glossâ زائد. — **10** L omittit accentum post ܠܗܘܢ male. — **12** L cum textu contra B. — **13** L ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ. — **17** L ܡܫ̈ܡܫܢܐ ܘܠܟܠܗ ܐܝܟ. — Ultima vox est ܐܝܟ, a lapide non bene expressa. — **19, 20** L ܐܫܬܠܡܬ. — Locum laudatum invenire non contigit.

---

1) Ex hac scriptura ceterum inusitata, quia non kâφ finale pictum est, processit lectio ܟܪܝ in OG.

P. 29. **2** L ܪ̈ܓܠܐ sine ܠܠ. — **3** L ܢܡܘܣܝܘܬܐ contra B. Deinde ܡܠܐܟ. — **5** L ܡܬܡܛܪ et ܚܡܪ cum OG, sed ܠܐ sine ܕ cum B. — **6** Locus est Num. 22, 25. — **7** Marc. 6, 27. — **8** L ܐܣܩܘܠܛܝܪ̈ܐ. — Pro primo ܕܢܘܣܒ L ܘܢܣܒ, utrumque conjungendum erit ܕܢܘܣܒ ܘܢܣܒ Matth. 14, 10. — **9** L ܕܒܗ ܡܫܬܠܡ male, 1 Cor. 11, 23. — **10** L ܘܐܦ male, et ܘܬܘܒ. — **11** L ܐܚܠܡ ܐܢܫܡ bene. — **13** L ܠܚܡܝܡܐ. — **14** L ܠܕܩܘܩܗ quod ita legendum. Deutr. 9, 21. — **17** L ܠܚܡܣܘܣ pro Jacobo. — **19** L ܠܕܩܘܩܐ quod ex ܠܕܩܘܩܗ correctum est, cujus vestigia etiam nunc cernuntur. — L **22** ܡܢ ܕܐܢܫܝܢ sic! — **23** L ܗܘܚܐ sine ܘ.

P. 30. **5** Iterum incipit manus recentior, quae 31, 19 desinit. — **11** L ܕܢܩܘܦܘܗ ܩܛܠ ܠܠ ܟܠܐ ܠܘܬ recte. — **15** L ܐܬܐܙܪ̈ pro ܐܬܐܙܪ. — **17** En confusum grammaticum de ܡܥܒܪܐ et ܢܥܒܕܐ Exod. 12, 15 hallucinantem. — **23** L ܡܬܐܡܪܐ.

P. 31. **3** [1]) L ܐܝܟ. — **6** L ܠܗܘܢ ܐܠ ܐܠܐ. — **7, 8** ܐܦܣܩܘ̈ܦܘܣ et ܡܦܣܩܘܦܘܣ. — **10** L non habet punctum post ܐܝܬ, recte. — **12** L ܐܘܡܝܘ ܒܢܘܪܐ. — **14** L sine puncto post ܕܡܫܝܚܐ et ܟܪ̈ܗ. — **16** L ܐܪܒܠܒܠܣܝܢܐ. — **19** Vetus manus iterum incipit. — **21** L accentus recte exprimit, påsoqå ., šęwåyyå :, ɜellåyå ·˙. — Quid haec de accentibus dissertatio ad cognoscendam Jacobi Edesseni doctrinam faciat p. 89 docuimus.

P. 32. **2** L ܢܐܠܦ. — **3** L ܗܘ pro ܗ̇ܘ. — **5** L ܘܐܣܝܪܬܐ. pro ܘܐܣܝܪܬ et omittit ܣܘܗܪܐ cum B. — **9** L ܕܡܐܠܦܢܐ ܕܦܝܠܠܣܘܦܘܣ. — **11** L ܪ̈ܘܡܐ ܚܡܪ et ܢܦܫ. — **12** L om. ܐܢܫܐ cum B. — **16** L om. eadem quae B omisit. — **18** L ܒܪܐ. — **19** L ܡܫܝܚܐ. — **24** L om. eadem quatuor verba quae B. — In sequentibus accentus ex L proponimus.

P. 33. **2** L non habet punctum post ܕܐܬܠܠܐ. — **3** L ܡܫܡܠܝܘܬܐ. — **9** L ܒܒܠܐ Sing. — **10** L ܕܐܩܢܐ. — **11** L ܠܒܢܝܠܐ. et ܗܦܘ ܢܫܢܝܐ. — **12** L ܠܟܪܒ. — L ܕܡܘܪܝܐ. et omittit punctum post

ܘܛܠܠܐ. — 16 L ܘܗܘܐ ܆ܡܬܝ ܕܠܡܠܐ ܕܬܠܡܝܕܐ ܕܒܪܐ ܆ܠܗܘܢܠܐ. — 17 L
ܐܡܪܗ. — 22 L ܦܩܘܕܐ.

P. 34. 3 L ܘܠܠܡܬ. — 4 L ܠܟܠܐ· et ܡܫܝܚܐ·. — 5 L
ܠܐܘܦܠܐ. — 8 L ܦܩܘܕܢܐ cum B, at ܢܦܫܐ. — 10 L ܕܪܘܚܐ ܕܦܩܘܕ··,
ܐܘܪܚܐ··. — 12 L šuḥlåφ зell. uti зell. bis .·. — 13 L šuḥ. taḥt.
ܫܘܠܛ ut taḥt. — 14 L ܡܫܘܕܥܘ. — 17 L ܐܠܗܐ·· ܘܡܪܝܐ. ܠܟܠ... ܕܡܪܝܐ.
— 18 L ܠܠܡܢܘܢ et ܠܟܠܗܘܢ··. — 20 L ܡܠܟܘܬܗ ܗܘܐ ·ܠܗܘܢ. — 21 L
ܐܢܫܘܬܐ, ܕܡܠܟܘܬܐ, ܠܟܠܗܝܢ. itaque mẹβakkẹyånå variis figuris insignibatur. — 23 L ܐܢܬ··. — 24 L ܠܗ ܫܡܐ·· ܘܡܠܟܘܬܐ ܠܥܠܡ·.

P. 35. 1 L ܢ ܕܢ·· ܢ ܕܢܚܡ·· ܢ ܕܢ ܢܘܢܐ·: unde cernitur, tẹlåϑå råhṭe nihil esse nihil råhṭå δẹlå påseq ter repetitum. — 4 L ܡܢܗ ܠܟܠܢ ܐܘ ܠܗܘܢ ܡܠܟܘܬܐ ܠܐܢܫܐ, sed de qåroyå super Nathan dubito, et ܠܗܘܢ sine dubio rejicendum est cf. Matth. 11, 28. — 5 L om. punctum super ܗܘܢ positum, itaque accentum de quo agitur tollit, neque etiam ܗܘ accentu instruit, qui ei competit. — 6 L ܡܢܗ··. — 9 L ܐܬܟܪܝ et ܘܡܬܓܠܐ ܡܬܚܙܝܢܗ partim cum B. Sed patet etiam in L pessimam esse corruptelam. Obadj. 6. In fine exempli habet ܢܫܡܐ. — 11 ܢܦܫܐ. — 12 L ܡܫܝܚܐ pro ܡܫܝܚܐ utrumque haud rectum. Lectio L conflata est ex malo ܡܫܝܚܐ quod ܠܗ, 23 emendavi et ex vero accentûs hujus nomine ܡܫܝܚܢܐ. Ne nomina quidem accentuum recte sunt tradita. Deinde L ܡܫܘܬܐ. Sed quum in his exemplis in fine enunciati (ubi ⁖ posui) L semper habeat punctum, in posterum nihil adnotaturus sum hac indicatione contentus. De hoc accentu et vocibus syriacis, quae respondent graecis ὁμοούσιος, πανδύνατος, ἀϑάνατος cf. p. 73. — 17 L ܘܡܪܝܐ ܕܐܠܗܐ:, deinde ܢܫܡܐ. — 22 L ܘܡܬܚܫܒܢܐ deinde ܕܢܦܫܗ. 23 L ܗܘ sine puncto, deinde ܡܘܬܐ:.

P. 36. 1 L ܗܘܐ ܐܝܟ ܢܦܩܐ recte. — 2, 3 L ܟܠܐ·. — 4 L ܘܠܐ ܦܩܘܕ. — 6 L ܟܠܐ. — 7 L ܡܬܠܐܠܬ. — 9 L ܡܬܢܐ

ܘܒܬܪ. Deinde ܦܘܩܐ uti B, sed correctum ex ܦܢܐ a manu pr. — 18 L ܡܥܡܠܠ. — 22 L ܕܡܩܡܐ.

P. 37. 5 L ܟܠܠ ܗܘܪܡܐ. — 6 L ܣܘܪ ܡܢܐ̈ et ܟܠܟ sine accentu. — 10 L om. ܟܡܝܢܐ uti B et praebet ܘܟܬܟܡܬ̇. — 11 L ܕܢ̈ܬܠܟܘܢ et ܐܬ̈ܟ ܕܟܥ̈ܠܘܠܐ. — 12 L ܟܝ ܟܘܠܟ. — 13 [8]) L ܕܡܬܒܠܝ et om. ܐܠܐ ܟܡܢܐ... ܕܡܫܢܟ. — 14 L ܕܗܘ̈ܝܐ. — 15 L om. ܘܒܠܠ.....ܘܡܬܡܣܐ. — 16 L ܡܠܬܗ ܘܠܐ ܢܬܡܣܟ ܬܘܡܐ ܠܘܡܬܐ. ܘܟܠܗ. Subscriptio ܫܠܡ ܡܐܡܪܐ ܩܕܡܝܐ ܕܟܠܠܐ ܩܕܡܝܐ ܕܢܬܠܟܘܢ.

P. 38. 16 L ܐܘ ܟܝ pro ܘܟܝ. In sequentibus omissa qušåyå et rukåχå non adnotata.

P. 39. 1 L habet ruk. sub ܬ in ܬܟܡܬܐ. — 3 L repetit ܠܟܡܬܐ post ܠܟܒܢܐ, sed metrum obstat emendationi. — 8 L ܦܘܪܫܢܐ. — 14 L hic et infra ܕܟܢܫ cum Yuδ. — 19 L ܘܡܠܐ cum OG, sed habet et ܐܣܝܪܬܐ, cui metrum obstat. — 24 L ܠܟܝ! Deinde ܘܕܪܝܐ sine qušåyå secundi Dålaϑ, quod contra regulam prolatam positum est.

P. 40. 4 L om. ܬܘܒ recte, nam est syllaba decima tertia. — 14 L ܠܟܪܝܬܐ, quod deinde in ܡܟܪܝܬܐ est mutatum. Cf. ad ܬܐ, 1. — 15 L ita habet: ܘܡܬܦܪܗ ܐܝܟ ܡܢ ܡܥܡ ܡܟܬܒܬܐ male. — 17 Prima vox ܟܢܫܬܐ legenda, a lapide male expressa est. L ejus loco habet ܟܢܫܬܐ bene. — 22 L hoc loco ܠܟܪܝܬܐ pro ܡܟܪܝܬܐ quod cum versu 14 conferendum.

P. 41. 12 L addita voce ܐܝܟ ab initio: ܐܝܟ ܣܝܡܬܐ ܡܢܒܐ ܡܢܒܐ.

P. 42. 3 L ܠܟܢܫܝܟܘܢ. — 8 L ܕܒܪ ܡܠܟܢܐ contra metrum. Josephum bar Malkon perstringit. Cf. p. 111. — 10 L ܠܩܘܣܬܐ pro ܩܘܣܬܐ, quod sensum turbat. — 13 L ܘܠܣܝܒܘܬܐ i. e. litteras Ḥeṭ. — 14 L pro ܢܩܘܡ contra metrum ܢܩܘܡ. — 15 L om. ܘ in ܘܡܟܠܬܐ. — 16 L ܦܠܣܛܝܢܝ. De hisce Palaestinensibus cf. quae supra p. 114 ex Elia Nisibeno protulimus. Severum sua ex Eliae verbis desumsisse puto. — 19 L ܘܠܗ ܡܥܡܪܬܗ ܘܐܘܡܝ ܕܡܢ ܚܢܢܐ sic! De ܡܥܡܪܬܗ cf. p. 238, 6. — 20 L ܐܠܘ ܢܦܫ. — 24 L ܟܢܘܫ.

P. 43. **4** L ܐܝ pro ܐܠܐ. ܐܣܝ sine punct. — **19** L ܐܢܬܝ cum punctis.

P. 44. **2** Etiam L habet ܢܛܠܐ, quod Severi glossa explicui. Facile conjicitur ܢܛ̈ܠܐ, quod tamen loci significationi non convenit. — **6** L ܗܘܝܢ pro ܐܝܢ. — **9** L ܗܝ pro ܘܗܝ. — Delevi ܘ in ܡܣܘܡܘܟܠ metri causa, quamvis in omnibus codd., etiam in L legatur. Cf. ܡܝ, 20. — **19** L ܡܡܠܠܝܢ pro ܡܠܠܝܢ, qua in re dubius haereo cf. l. 21. — **20** L invertit verba ܡܦܫܩܝܢ ܡܒܝܢ et praebet in ܦܫܩܝܢ ܡܒܝܢ Partic. activ. Ad ܦܫܝܩܐܝܬ = facile, per se cf. Barhebr. Spl. 16 l. 12. — 21 Hoc quoque loco LB vocem ܠܡܠ non admittunt, nam pro ܘܡܠܠ uterque codex praebet ܗܘܡܠܠ. Sed quum aeque ܗܘܡܠܠ ac ܡܡܠܠܝܢ ex lectione ܘܡܠܠ et ܡܠܠܝܢ facillime procedat, non vero ܗܘܡܠܠ facile abeat in ܘܡܠܠ, quae vox rarissima est, Severo tribuenda est lectio ܡܠܠܝܢ et ܘܡܠܠ. Quod verbum significare posse ‚accurate pronunciare', nemo negabit. — **25** L om. ܐܝܢ contra metrum.

P. 45. **4** L om. ܟܠ contra metrum. — **11** L om. ܠܐ contra metrum. Pro fem. habet mscl. ܙ̈ܘܪܚܢ. — **15** Quae sequuntur Martin edidit in La métrique chez les Syriens Lipsiae 1879 p. 68. L ܡܡܙܠܐ Sing. cum puncto super ܙ. Mossulensem Eliam Tirhanensem dici conicio, qui primus tres partes orationis constituit. — **19** L ܡܦ̇ܠܠܐ ܡܢ.

P. 46. **4** Corrige adnt. LBMart. ܘܡܝ ܠܐ, omisi ܘ. — **5** De ܫܡ̈ܠܝ i. e. abortivam fecit (linguam) verbis mutuo acceptis cf. Jacobum Edessenum DMZ. 24, 269 lin. ultima, ubi legitur: ܘܡܘܡܐ ܠܗܘ ܕܠܐ ܕܫܠܠܐ ܒܢܘ ܡܐܡܪ̈ܐ ܗܘܠܝܢ ܕܫܡܠܝ. ܘܙܢ i. e. temere inseruit versûs suos (falsarius) homiliis illis, quas abortivos fecit i. e. falso nomine edidit, et contexuit duobus metris rel. Juxta ܙܢ contexuit non legi potest ܫܡ̈ܠܝ nevit, sed potius ܫܡ̈ܠܝ adulteravit. — **6** L a Wrightio lectus ܐܣܣܝܡ pro ܐܣܝܡ. — **10** De lectione ܕܡܬܟܫܠܐ cf. p. 111. Quum LB habeat ܒܡܩܘܫܬܗ̇, suffixum hujus vocis redit ad ܡܕܝܢܬܐ. — **14** L cum GO ܬܘܪܝܘܢ. — **15** ܘܡܟܠܢ ex

BOG est desumtum, solus L ܘܡܠܠܬ. — **18** L ܗܒ ܡܫܬܐ ܐܪ̈ܥܐ. — **19** L om. ܠܝ contra metrum.

P. 47. **6** Ex ܡܬܒܥܝܢ in B factum est ܡܬܒܥܝܢ. — **8** L ܒܡܘܣܦܘܬܐ praebet. — **14** L ܒܬܪܠܘܓܘ. — Subscriptio codicis G ܫܠܡ ܡܐܡܪܐ ܡܪܝܡܐ ܒܡܘܪܝ ܡܪ̈ܝ. Sed haec grammatica versibus conscripta ad dialogos re vera non pertinet, a quibus disertis verbis 47, 14 distinguitur. Itaque haec subscriptio inepta est Subscriptio codicis B haec est: ܘܐܬܦܪܫ ܗܘܐ ܠܫܘܠܡܐ ܡܫܠܡܐ ܡܠܐ ܡܫܡܫܢܘܬܐ ܕܐܬܠܗ ܒܝܕ ܒܠܝܐ ܡܥܡܥ ܦܫܝܛܘܬܐ. ܕܢܥܒܘܢ ܠܗ ܡܢܝܐ ܡܩܒܠܘܗܝ ܒܡܘܕܝܢܘܬܐ ܘܢܬܒܣܡܘܢ ܠܠܝܠܝܢ ܒܗ ܡܪܝܐ ܐܒܘܬܐ ܠܠܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ܀

Caput XII.

De Barhebraeo grammatico.

Quae hucusque congessimus introductionem quasi efficiunt ad amplissimum et profundissimum opus grammaticum, quod unquam homo Syrus composuit, Barhebraei dico grammaticam majorem kẹϑå𝛽å δẹṣemḥe dictam, in qua omnia, quae a prioribus grammaticis prolata sunt, comprehenduntur, ac scholarum inter se oppositarum methodi in methodum unam regiam conflantur.

De Barhebraei vita et scriptis hoc loco non repetenda sunt, quae nuper Abbeloos, Lamy et Wrightius in medium protulerunt, quae nemo ignorat litterarum syriacarum studiosus. Neque iterandae sunt laudes, quibus Barhebraeum obruit Martinus, quo nemo melius meritus est de Barhebraeo. Quae enim illi dixerunt, vera illa quidem sunt, sed externam tantum rerum faciem attigerunt, neque quisquam explicationem altius repetitam indolis Barhebraei litterariae hucusque tentare potuit, cujus opera ad hunc finem consequendum necessaria in bibliothecis adhuc latitant. Indoles enim litteraria ex libris historicis, qui compilationes sunt, neque ad legem artis historicae excultioris compositi, non cognoscitur, et quae re vera inde colligi possint, ad hunc diem nemo conatus est efficere, si Victorem Langlois excipias, qui in adnotationibus submissis interpretationi francogallicae Chronici Michaelis Magni ex armeniaco factae Barhebraei chronicon cum Michaelis contulit. Cujus viri doctissimi haec de utroque libro est sententia: Ce qui rend encore la Chronique de Michel très-précieuse pour nous,

c'est qu'elle fut écrite avant celle qu'Aboulpharadj composa, et qu'elle contient des faits que ce dernier n'a pas recueillis, notamment tout ce qui a trait aux querelles religieuses provoquées par le concile de Chalcédoine. Toutefois, à part ces particularités, les deux Chroniques de Michel et d'Aboulpharadj présentent à peu près le même caractère et servent à se contrôler mutuellement. — Et haec eo melius rem illustrant, quod Barhebraeus ipse Michaelem secutus est, cujus opere octoginta annis ante scripto ad componendum chronicum suum ideo incitatum sese dicit, quia nemo inter Michaelem et se ipsum ad scribendam historiam sese accinxerit. In eo vero Langloisius omne punctum non tulit, quod Barhebraeum rixas theologorum post concilium Chalcedonense exortas non curasse dixit, de quibus in altera chronici parte uberrime egit, censens inde a tempore concilii Chalcedonensis, quo vera fides rejecta sit, divisas esse ecclesias, et scissos fideles [1]).

Nec melius ex horreo mysteriorum indoles litteraria Barhebraei potest cognosci, opus enim eodem tramite incedit, quo apud Latinos glossae, Walafridi Strabonis dico glossam ordinariam et Ruperti Tuitiensis glossam interlinearem, in quibus scriptorum natura et ingenium rigore methodi velata sunt, qua nihil nisi veterum traditiones in unum colligere sibi proposuerunt. Superat tamen Barhebraeus ejusdem studii aemulos occidentales eo, quod a ratione allegorica alienissimus verum et litteralem librorum sacrorum sensum [2]) omnibus adminiculis illustrare nititur neque in paludes interpretationis pseudomysticae evagatur. Scripta Barhebraei ad philosophiam et medicinam [3]) pertinentia nemo adhuc perquisivit, in libris, quibus inscripsit ܣܘܕ ܣܘܦܝܐ et ܟܬܒܐ ܕܒܒ̈ܬܐ, quos equidem prelo praeparavi, Aristotelem ita expressit, ut compendia in usum discipulorum composuerit, et quamvis non suam philosophandi rationem sit secutus, hominem acutissimum se praebuerit.

---

1) Chron. eccles. I p. 178.

2) Praefatio horrei: ܟܕ ܡܢܗܘܢ ܩ̈ܫܝܐ ܐܝܬܝܗܘܢ: ܡܢܗܘܢ ܕܝܢ ܥܡ̈ܝܩܢ ܠܐܦ̈ܘܗ: ܐܝܬܝܐ ܕܐܚܪ̈ܢܐ ܐܝܟܢܐ: ܘܐܝܬܝܐ ܠܡܬܟܬܫܘܬܗ ܐܝܟ ܚܕܐ. ܢܬܦܫܩܐ ܐܬܝܚܝܬ ܠܝ: ܕܒܡܠܬܐ ܗܕܐ ܘܦܫܝܛܬܐ ܐܝܟܢܐ: ܐܬܪܘܢ ܡܫܟ̈ܠܐ ܕܡܠܟ̈ܬܐ ܕܒܠܟܘܢ ܘܩܪܝܬ ܫܡܗ ܕܟܬܒܐ ܦܫܝܩܐ ܗܢܐ ܐܘܨܪ ܐܪ̈ܙܐ: Kirsch-Bernstein Chrestom. p. 144.

3) Ex quibus Gottheilius (for private circulation 1886) edidit catalogum nominum plantarum in ܡܢܪܬܐ ܕܩܘܕ̈ܫܐ exhibitum, in quo de natura plantarum dioecistarum satis bene loquitur.

Restant igitur scripta grammatica, e quibus solis Barhebraei indoles hodie potest cognosci, quae qualis fuerit jam videamus.

Qui grammaticam componit non potest in suum usum non vertere, quae ante eum ab aliis sunt congesta; itaque etiam Barhebraeus libros grammaticorum ipsum praecedentium diligentissime excerpsit, et quae docuerunt in suam grammaticam recepit. Quod non modo eam ob causam fecit, quia scriptorum omnium illius aevi consuetudo ea erat, ut libros suos ex veteribus auctoribus compilarent, sed quod fecit natura ipsa rei coactus. Vis et felicitas inventionis, qua gaudet grammaticae scriptor, posita est in methodo, qua linguae proprietates suo modo percipit, disponit, describit. Et hac in inventione et validissimus et felicissimus fuit Barhebraeus, qui optima quaeque antiquorum scriptorum conflavit cum theoria grammatica praestantissima, quae illo tempore exculta erat.

Uno vocabulo ejus labor et methodus describitur, si statuimus, veterum Syrorum systema grammaticae philosophae, ex Dionysio Thrace profectum, cum disciplina Jacobi Edesseni conjunctum, qui primus grammaticae partem etymologicam et ad flexiones pertinentem Theodosium secutus excoluit, receptum esse a Barhebraeo in structuram grammaticae arabicae. Haec igitur felix hujus viri est inventio, quod non ut Elias Tirhanensis singulas grammaticae arabicae definitiones adhibuit, sed totum systema tamquam fundamentum libri sui sibi assumens, Syriasmi proprietatem non perdidit, sed secundum Jacobum Edessenum accuratissime descripsit. Arabs is cujus vestigia pressit, est Ǵâr allâhi Abu'lqâsim Maḥmûd ibn ᵹOmar Ezzamaḫšari, qui librum suum Elmufaṣṣal 513—14 Heg. = 1119—20 p. Chr. composuit. Quanti Arabes hunc librum aestimaverint, non modo versus hic docet:

الطويل   ولولا التُّقى قلت المفصّل مُعْجِزٌ

كآيٍ طِوَالٍ من طِوَالِ المفصّل

i. e. nisi Deum timerem, dicerem: Elmufaṣṣal miraculum divinum est versuum longorum instar in longis Qorani suratis — docet etiam maximus commentationum numerus, quibus liber ille saeculo duodecimo et decimo tertio illustratus est [1]). Unde intellegitur, Barhebraeum, qui annis 1226 – 1286 vixit, grammaticum praestantiorem non potuisse eligere quam Zamaḫšarium, quem ita secutus est, ut usque in intimos recessus libri Splendorum (kẹϑâβâ ðẹṣemḥe) operis Zamaḫšariani auctoritas et exemplum percipiatur. Quod nunc rerum summam persequentes probaturi sumus.

1) Hadji Chalfa VI, 37.

I. Dispositio generalis.

In prooemio postquam constituit Barhebraeus, priores grammaticos Jacobi Edesseni pediseqnos rem grammaticam auxisse, itaque se quoque amicis rogantibus ad excolendam grammaticam sese accinxisse, distinguit utramque traditionem masorethicam et grammaticam, quae res inter sese cohaerent, apud Syros receptam, Nisibenam et Edessenam. Edessenam sive occidentalem Barhebraeus Jacobita sibi tamquam fundamentum sumpsit, Nisibenae sive orientalis vero passim rationem se habiturum esse confirmat iis in locis, in quibus necessarium sit [1]). Totam materiam distribuit in quattuor libros, qua in re non cum antiquioribus Syrorum doctoribus cf. p. 159 septem orationis partes distinguit, sed cum arabice doctis tres. Hinc prioribus tribus libris agit, 1 de nomine, ܫܡܐ, الاسم, 2 de verbo, ܡܠܬܐ, الفعل, 3 de particulis ܐܣܘܪܐ, الحروف, quarto deinde libro agit de generalibus, seu ut dixit de rebus omnibus orationis partibus communibus, quas dixit ܡܫܘܬܦܘܬܐ. Hoc nomine comprehenduntur observationes orthoepicae et systema punctorum, quod ad ὑπόκρισιν pertinet, ita ut facile quis coniciat, hunc ordinem ex graeca grammatica et ex Jacobo Edesseno esse servatum. At fallitur, nam non solum quae in capite secundo libri quarti ex Jacobo sunt excerpta (Ed. Martin p. 194), nullo modo in fine grammaticae Jacobi posita fuisse censenda sunt, sed in introductione cf. supra p. 49, — verum etiam vocabulum ܡܫܘܬܦܘܬܐ contrarium probat. Hoc vocabulum enim nihil est nisi interpretatio arabici اَلْمُشْتَرَكُ, quo nomine quartum suum librum ut Barhebraeus ita Zamaḫšarius inscripsit. Quodsi cui a veri specie abesse videtur, conferat verba ipsa exordii libri quarti apud Barhebraeum et apud Zamaḫšarium. Barhebraeus p. 193 dicit: ܒܬܪ ܡܢ ܕܒܟܬܒܐ . . . ܕܡܢܘܬܐ ܕܡܐܡܪܐ . . . ܒܗ . . ܒܟܠܗܘܢ ܗܠܝܢ ܡܐܡܪܐ ܕܐܬܡܢܝܘ ܐܫܬܘܝ. ܒܡܐܡܪܐ ܗܢܐ ܪܒܝܥܝܐ ܠܒܥܘܬܐ ܓܘܢܝܐ: ܐܝܟ ܒܩܘܠܝ ܐܬܘܬܐ ܡܫܚܠܦܢܝܬܐ: ܘܕܘܒܪܐ ܘܪܘܩܡܐ: ܘܕܘܟܝܐ ܘܢܘܩܙܐ: ܘܫܪܒܐ ܕܫܡܗܐ ܗܠܝܢ. ܘܕܠܐ ܡܢܗܘܢ ܐܘ ܠܘܬܗܝܢ: ܫܘܬܦܘܬܐ ܒܗܘܢ ܩܝܡ: ܢܥܒܕ. ܒܗ ܐܦ ܗܘܒܪܐ ܡܒܘܪܫܐ ܗܘܐ ܐܢܐ ܠܝ ܠܗܠܝܢ.
i. e. postquam libris tribus praecedentibus genera specialia partium orationis tradidimus, hoc libro quarto quaestiones communes (sive

1) Inter gravissima referenda sunt, quae de Imperativis conjugationum passivarum docet p. 151 l. 2 infr., 152 l. 2 infr., 153 l. 4.

generales), — ut quaestiones de elementis litterarum, de aspiratione et induratione, de vocalibus et sonis, et si quae alia sunt hujusmodi — in quibus duo aut tres (ex partibus orationes) communionem habent, tractamus, et hic quoque Deus sis nobis dux. — Quae verba nihil sunt nisi definitio arabica ad condicionem linguae syriacae tralata, quam Zahmaḫšarius dedit verbis his: المشترَك نحو الامالة والوقف وتخفيف الهمزة والْتقاء الساكنَيْن ونظايرها ممّا يتوارد فيه الاضربُ الثلثة او اثنان منها. وانا اورد ذلك في هذا القسم على نحو الترتيب المارّ في القسمَيْن معتصما بحَبْل التوفيق من ربى بريئا من الحول والقوّة الا به.
Elmuštarak i. e. Commune e. c. imâla, pausa, pronuntiatio facilior Hamzae, concursus duarum quiescentium et similia ad id pertinentia, est id, in quo communionem habent (ad litteram in quod ingrediuntur) omnes tres partes orationis aut duae ex iis; et refero hoc in hanc partem secundum ordinem praecedentem in partibus duabus, me tenens funiculo auxilii Domini, nullam vim et nullum robur habens nisi in eo. — Utrique scriptori communia, المشترك, ܡܫܘܬܦܬܐ eae linguae proprietates sunt, quae aeque tribus aut duabus ex partibus orationis conveniunt, ما يتوارد فيه الاضرب الثلثة او اثنان منها = ܘܐܝܠܝܢ ܕܥܐܠܝܢ ܐܘ ܬܪ̈ܬܝܢ ܡܢܘ̈ܬܐ ܒܗܘܢ ܡܢܗܝܢ, uterque post hanc definitionem prolatam piâ formulâ introductionem finit, quod in libris tribus praecedentibus neuter eorum fecit. Itaque Barhebraeus Zamaḫšarium est imitatus, cujus Imâlam, pausam etc. commutavit cum rebus ad Syrorum orthoepiam pertinentibus. Sequentur alia exempla hujus relationis inter utrumque intercedentis, quibus demonstratur Barhebraeum ipsis Zamaḫšarii verbis inhaesisse.

Postquam tali modo dispositionem universalem Barhebraei ad instar libri Elmufaṣṣal instructam esse vidimus, ad singula accedentibus agendum est:

II. De nomine.

Nullo in loco clarius indoles systematis grammatici, quod excoluit Barhebraeus, perspicitur quam in dispositione doctrinae de nominibus, in qua Graeca cum Arabicis conflavit. Quod antequam perquirimus, de definitione et divisione nominum tractandum est, in qua eadem scholarum contextio cernitur. Nam si modo definitionem nominis legimus: ܫܡܐ ܐܝܬܘܗܝ ܒܪܐ ܩܠܐ ܡܫܡܫܢܐ ܦܣܝܩ ܡܣܘܟܠ ܕܡܫܘܕܥ ܠܐ ܙܒܢܐ ܒܢܦܫܗ ܦܫܝܛܐ i. e. „Nomen est

sonus rationalis simplicis significationis, qui sensum non temporalem in se ipso habet", — radicem graecam et arabicam definitionis conjunctam percipimus. Nam si nomen, ܫܡܐ, tamquam ad suum genus ad notionem soni (ܒܪܬ ܩܠܐ) refert, Barhebraeus rationem habet disquisitionis ejus, quam p. 159 ex Johanne bar Zuʿbi attulimus. Qua in re quum quaeritur, num ܩܠܐ sit genus au species, respondet Joannes, seu potius Probus Aristotelicus, ܩܠܐ esse genus et sonorum rem significantium et sonorum naturalium et sonorum rem cum *συνθήκῃ* significantium, sive pronuntiatorum sive scriptorum. Hi rem significant per intentionem et logicam (ܒܣܘܟܠܐ ܘܡܠܝܠܘܬܐ). Itaque Barhebraeus n o m e n tanquam s p e c i e m refert ad g e n u s, quod est vocabulum logico sensu instructum (ܒܪܬ ܩܠܐ ܡܡܠܠܬܐ). Sicut hoc doctrina graeca nititur, ita etiam ea pars definitionis graeca est, qua docet nomini non convenire sensum temporalem, nam scholion, quo hanc rem illustrat (ed. Martin p. 4 infra), nihil est nisi amplificatio Aristotelici *ἄνευ χρόνου* (Peri herm. 2), de quo commentatus est Ammonius. Arist. Berol. IV, 102. At quae addit ܦܫܝܛܘܬ ܫܘܡܠܐ, eo consilio dixit, ut nomen (اسم), quod est species pertinens ad ܒܪܬ ܩܠܐ (كَلِمَةٌ), distinguat a toto enunciato, ܡܐܡܪܐ = كلام [1]). Quae non ex fonte graeco sed ex Zamaḫšario hausit, qui haec dicit: الاسم ما دلّ على معنى فى نفسه دلالة مجرّدة عن الاقتران i. e. nomen est, quod per se significationem indicat eo modo, ut nexûs (اقتران) ratio non sit habita. Per omnes igitur venas et remotissimos plexus corporis grammatici Barhebraei effusas videmus theorias graecas et arabicas inter sese conjunctas et permixtas. Barhebraeus est grammaticus arabo-graecus.

Hoc statim et in dispertitione nominum confirmatum invenies, quam ex Zamaḫšario desumpsit, qui docet: Ad nomen pertinet

1) In scholio Barhebraeus ipse dicit: ܘܒܪܬ ܩܠܐ ܡܡܠܠܬܐ ܓܢܣܐ ܥܒܕܐ ܕܫܡܐ ܗ̇ܘ ܕܦܫܝܛܘܬ ܫܘܡܠܐ ܡܢ ܡܐܡܪܐ ܦܪܫ ܠܗ. i. e. si notio soni rationalis genus efficit, ad quod pertinet nomen, definitio ܦܫܝܛܘܬ ܫܘܡܠܐ (simplicis significationis) nomen distinguit ab enunciato (quod et per se est sonus). — Cf. etiam p. 2 l. 9 inf. definitio notionis ܒܪܬ ܩܠܐ.

1 generale sive appellativum (اسم الجنس), quod rei et omnibus rebus, quae illi similes sunt convenit; 2 personale (العلم), quod uni rei soli competit, neque comprehendit ea, quae illi similia sunt. Hinc Barhebraeus desumpsit sua: Omne nomen si de uno tantum praedicat, est personale e. c. Simeon, Johannes, — si vero de uno et omni, quod ei est simile, (alia lectio: de multis similibus) praedicat, est generale, ܓܢܣܝܐ, quo vocabulo exprimitur arabicum اسم الجنس. Bhbr. Gr. maj. p. 5 med. Jam quia post hanc distinctionem Zamaḫšari pergit de variis nominis proprii formis disserere, etiam Barhebraeus ratione sane inexspectata primo loco nomina propria tractavit, quod nemo Syrorum ante eum fecit, et in quo iterum vice versa graeca arabicis admiscuit. Quod facillime demonstratur, quum Syriacis Barhebraei partitionibus addimus ea, quae graece et arabice respondent.

III. Nomen proprium

igitur est 1, ܡܪܝܐ i. e. *κύριον*, Dionys. Thr. p. 14, 1. Bhbr. p. 6.

vel 2, ܬܪܝܢܐ i. e. si alteri nomini alterum additur, ut Simon Cephas, Judas Maccabaeus.

vel 3, ܟܘ̈ܢܝܐ[1]) uti ܐܒܐ ܕܥܡ̈ܡܐ pater populorum, ܐܒܐ ܕܫܒ̈ܛܐ pater tribuum, Bar-Tolmaj, Bar-Naba, quod ex his Zamaḫsarii verbis mutatum او كنية كَأَبِى عَمْرٍو وَأُمِّ كُلْثُومٍ. P. 5, 7.

vel 4, ܦܫܝܛܐ ut ܐܒ, deinde ܡܪܟܒܐ ut ܐܒܪܡ i. e. pater populi, denique ܬܪ ܡܪܟܒܐ ut ܐܒܪܗܡ i. e. pater populorum multorum, quod ex Dionysio Thrace profectum est, qui p. 12, 10 eodem exemplo utitur ad explenda schemata tria, *ἁπλοῦν*, *σύνϑετον*, *παρασύνϑετον*. Quodsi deinde Barhebraeus pergit distinguere classes compositorum (ܡܪܟܒܐ, *σύνϑετα*) tres — composita ex duobus nominibus perfectis, ut Jeho-Aḥaz, composita ex duobus defectivis, ut Malki-zedeq, composita ex defectivo et perfecto ut Rab-Baita, — Dionysium secutus est eadem tradenti p. 12. At observationes de formatione nominum propriorum hae Dionysianae non satisfecerunt votis Barhebraei, qui sive ipse eas auxit sive

1) Quod sensu arabico usurpari scholion p. 6 lin. 6 probat, quo de sensu verbi كنّى a sensu nominis ܟܘܢܝܐ distinguendo disserit.

ab aliis ante eum auctas formulas nominum propriorum compositorum profert has, quas omnes accenset classi nominum, quae ܡܪ̈ܟܒܐ dixit:

a) Composita ex verbo cum subjecto non nominato et objecto nominati affixo, syriace ܡܢ ܡܠܬܐ ܘܠܘܬ ܡܫܬܘܕܥ ܠܒܘܕܐ ܠܐ ܚܙܝܐ ܘܣܡܘܟܐ ܣܡܘܟܐ, quibus in verbis ܠܒܘܕܐ ܠܐ ܚܙܝܐ est فاعل غايب et ܣܡܘܟܐ ܣܡܘܟܐ est مفعول مضمر. Exemplum est ܢܣܪܘܟ Nisrok, quod haud dubie ab ܐܣܪ̈ cum Praefixo tertiae et Suffixo secundae personae derivat.

b) Composita ex particula et nomine e. c. ܠܐ ܥܡܝ Hosea 1, 9.

c) Composita ex particula et verbo e. c. ܠܐ ܐܬܪܚܡܬ Hosea 1, 6.

d) Composita ex tribus nominibus e. c. ܫܡܘܐܝܠ ܒܪܝܫ.

e) Composita ex duobus ܡܪ̈ܟܒܬܐ e. c. ܒܪ ܫܡܘܐܝܠ, ܐܝܫܘܥ ܕܐܡܪܘ.

f) Composita ex nominibus aut ex nomine et particula, quae sententiam efficiunt, e. c. ܒܥܕܘܐܝܠ, ܡܪܝܐ ܙܕܝܩ = יהוה צדקנו Jer. 23, 6 ܫܡܘܐܝܠ ܡܟܪ.

g) Composita ex nomine et Perfecto verbi, quae sententiam efficiunt, e. c. ܓܒܠܐ ܪܘܚܐ, ܝܗܒ ܐܠܗܐ, et sic

h) Composita ex nomine et Imperativo e. c. ܓܘܪ ܐܬܠܐ (Ṣudaili).

i) Composita ex duobus verbis e. c. ܡܣܪܗܒ ܫܒܠ ܐܚܕ ܒܙܐ. Jes. 8, 3.

Quibus formis in classem graecam nominum compositorum (*σύνθετα*) receptis deinde addit classes arabicas, quas dicit ܡܫܚܠܦܐ i. e. منقول, tralatitium, et ܡܦܚܡܐ i. e. مُرْتَجَلٌ, *αὐτοσχεδιαστικός*. In recensendis nominibus propriis harum classium proxime sequitur Zamaḫšarium [1]), at quae ille ex usu tribuum arabicarum protulit

1) Addo dispositionem Zamaḫšarii p. 5, 13, ut lectores rem facilius possint comparare. Attribuit classi منقول sex partes:

1. منقول عن اسم عين e. c. ثور, اسد.

2. عن اسم معنى e. c. فضل, إياس.

3. عن صفة e. c. حاتم, نائلة.

4. عن فعل, a) Perfect. e. c. شَمَّرَ, كَعْسَبَ.

omittere coactus, denominationem Syrorum christianorum iis sufficit. Itaque

5. a) ܡܬܚܟܟܢܐ procedunt a ܫܡܐ ܬܚܘܝܢܝܐ (مَصْدَرٌ), quod pro Zamaḫšarii اسم معنى posuit Barhebraeus; exempla sunt ܡܪܘܬܐ nomen viri, ܘܡܠ nomen mulieris cf. in adnotatione Zamaḫ. 2, فضل et إياس.

b) procedunt a ܫܡܐ ܐܡܢܝܐ, nomine qualitativo, arabice صفة (Zamaḫ. 3). Exempla: ܫܘܦܪܐ, ܢܘܗܪܐ, ܐܚܣܢܝܐ, cf. arabice حاتم, نـائِـلـة.

c) procedunt a verbo, Zamaḫš. 4, et quidem Perfecto, e. c. ܫܒܐ, — Praesente seu potius participio, quod incaute Barhebraeus ad Zamaḫšarii dispositionem addit, e. c. ܙܟܐ, — Imperfecto, e. c. ܢܚܐ — Imperativo, e. c. ܚܘܝ, ܚܘܐ, quae vocis Evae etymologia satis mira videtur.

d) procedunt a multis rebus, quas loco soni (صوت) Zamaḫ. 5 inseruit, ita ut hoc loco re vera eas denominationes afferat, quas Zamaḫšarius sub 1. عن اسم عين a nomine substantiae derivat. Quum hoc loco Barhebraeus consuetudinem Syrorum in eligendis nominibus propriis describat[1]), haud ineptum erit classes ab eo constitutas referre. Procedunt igitur nomina propria:

1. a nominibus siderum, ܫܡܫܐ, ܣܗܪܐ.

---

b) Imperf. e. c. تَغْلِبُ, يَشْكُرُ.

c) Impert. e. c. اُصْمُتْ.

5. عن صَوْتٍ e. c. بَبَّةُ sonus, quem edit infans, quo nomine per ludibrium appellabatur Abdallah ibn Elḥârit ibn Naufal.

6. عن مركّب, quo pertinent nomina composita, sive sententiam efficiunt ut تَأَبَّطَ شَرًّا, sive sententiam non efficiunt, ut مَعْدِيكَرِبُ et بَعْلَبَكُّ. Ex hac classis parte Barhebraeus ea fecit, quae supra (4 a-f) addidit ad graeca Dionysii σύνθετα.

1) Zamaḫšarius etiam usum Arabum explicat p. 6 l. 4, quo nomina propria equis, camelis, ovibus al. ab ipsorum qualitatibus imponebant.

a nominibus locorum e. c. ܪܘܡܝ, ܒܒܠܐ sunt nomina virorum, ܩܘܩܝ, ܒܝܬܠܚܡ nomina mulierum.

a nominibus animalium, ܢܡܪܐ, ܐܪܝܐ (cf. vice versa Zamaḫr. p. 6 l. 11 et supra 1 اسد, ثور) et plantarum, nam ܘܪܕܐ rosa est nomen viri, ܪܘܕܝ = ῥόδιον, melogranatum, nomen mulieris [1]).

a rebus inanimatis, ܟܐܦܐ est nomen viri, ܛܘܪܐ nomen mulieris.

ab ordinibus ecclesiasticis, ܕܝܪܝܐ, ܫܡܫܐ et a diebus festis ecclesiae, ܣܘܒܪܬܐ annunciato, ܦܨܚܐ, ܝܠܕܐ, ܕܢܚܐ = Epiphania sunt nomina virorum, ܩܝܡܬܐ resurrectio, ܣܒܪܬܐ evangelium, nomina mulierum [2]).

a nominibus dierum et mensium, ܚܕ ܒܫܒܐ (neosyriace Ḥošiba), dies solis, est nomen viri, ܥܪܘܒܬܐ = παρασκευή, dies Veneris, nomen mulieris; Nisan, Jyår, Ilul sunt nomina virorum.

a nominibus in Plurali positis e. c. ܫܠܝܚܐ ܡܘܫܝܢܐ [3]). Quibus denique addit Barhebraeus (7 l. 1) diminutiva ܡܙܥܪܢܐ ut ܡܠܟܘܢܐ regulus, ܩܢܘܢܐ nidulus, et ܡܠܐ ܡܙܥܪܢܝܬܐ, quod ex Grammaticorum graecorum ὑποκοριστικῷ factum est Dionys. Thrax p. 12 [1]), cujus exemplum affert ܒܐܒܘܢ. En iterum quam accurate grammaticae graecae habuerit rationem. Ultimo loco denique ponit.

6. ܡܫܟܚܢܐ sive مرتجل [4]), quod nomen Barhebraeus p. 6 l. 10 explicat: nomen quo pro accidente, accuratioris similitudinis ratione non habita, homines denominantur, quemadmodum e. c. homo

1) Quum graece dicatur ῥόδον, rosa esse nequit, sed neograecum ῥόδιον melogranatum, quod ex ῥοία, ῥόα antiquo processit. Cf. Cantic. 4, 3.

2) Non est opus afferre similia nationum romanicarum nomina, uti Apostolo, Annunziata.

3) Cf. Zamaḫšarium de nominibus propriis in Plurali ponendis seorsum agente p. 8 l. 10 et Bhbr. p. 7 l. 9.

4) Graece respondet αὐτοσχεδίασμα, glossa arabica explicat vocabulum syriacam: الشى الذى لا يبال به et على المجاز vide Payne-Smith Thes. 2245. De Sacy المرتجل vertit improvisé. Gr. arabe I, 188.

appellatur ܫܡܫܐ, sol. His in nominibus similitudo modo omnino non curatur, nam si mulier dicitur Regina (ܡܠܟܬܐ) sive Domina (ܡܪ̇ܬܐ), re vera similitudo non adest, — modo aliquo modo curatur, uti Barṣaumâ (ܒܪܨܘܡܐ), filius jejunii, dicitur homo tempore Quaresimae natus. Cf. Wetzstein Abhandlg. d. Berlin. Acd. 1863 p. 336. Phil. hist. Cl.

Tota in disputatione Barhebraeus servavit ordinem a Zamaḫšario prolatum, in quem intercalavit ex doctrina graeca, quae necessaria videbantur. Habes enim hanc dispositionem generalem:

Zamaḫšari p. 5 l. 6. Barhebraeus p. 6 l. 4.

Nomen proprium est اسم = ܡܪܝܐ, i. e. *κύριον*, cui accedit ܫܡܝ,

كنية = ܟܘܢܝܐ

dividitur in مُفْرَد = ܦܫܝܛܐ quibuscum conjunxit doctrinam Dionysii,

مركّب = ܡܪܟܒ, ubi graeca *σύνθετα* et alia addidit,

منقول = ܡܫܚܠܦܐ

مرتجل = ܡܫܡܠܐ

Quae omnia si cui non satis probare videntur, Bar Hebraeum pendere de Zamaḫšario, utriusque ultima paragraphus rem certissime confirmat, uterque enim in fine capituli de nominibus propriis egit de nomine indistincto et universali ܦܠܢ et فلان hunc in modum

فلانٌ وفلانةُ وابو فلانٍ وأُمُّ فلانةَ كِنايات عن أَسامِي

ܦܠܡܘܣ ܘܦܠܢ ܘܦܠܢܝܬ ܘܐܒܐ ܕܦܠܢ ܘܐܡܐ ܕܦܠܢܝܬ ܟܘܢ̈ܝܐ ܐܢܘܢ ܕܫܡܗܐ

الأَناسِيّ وكُناهم. وقد ذكروا انهم اذا كَنَوا عن اعلام البهايم ادخلوا

ܡܢܩܡܐ — — — — — — — — — —

اللامَ فقالوا الفلانُ والفلانة — 1) واما هَنٌ وهَنةٌ فللكنايات

— — ܗ̣ܘܢܐ — ܘܙܦܠ — — — —

1) Quodsi contulit هَنٌ et يا هَنُ cum syriaco ܗܘܢܐ, non de ܗ̈ܘܢܐ cogitandum est, sed de ܗ̄ܘܢܐ, itaque recte in codice scribitur ܗ̣ܘܢܐ = ܗ̇ܘܢܳܐ.

عن اسماء الاجناس — — — — — — — —

ܕܓܢܣܢܝ̈ܬܐ. ܕܝܠܗ ܘܐܡܪ: ܚܕ ܩܕܝܫܐ ܠܦܠܡܘܢܝ ܐܘܟܝܬ ܙܠܘ

— — —

ܠܡܕܝܢܬܐ ܠܘܬ ܦܠܢ.

Quae solis Arabibus quadrant Barhebraeus omisit, quae utrique populo, ad verbum transtulit, quae Syris propria exemplis biblicis Dan. 8, 13, Mtth. 26, 18 illustravit. En habes Barhebraei methodum.

IV. De nomine appellativo secundum systema tractato.

Si eodem modo quo nomina propria tractavimus, Barhebraei consilium et methodum persequeremur, commentarius nobis amplissimus esset scribendus, quod a proposito alienum est, quum nihil nisi locum, quem inter grammaticos Syrorum occupat Barhebraeus, definire ejusque idolem litterarium delineare nobis proposuerimus. Itaque in sequentibus quam brevissime dispositionem doctrinae de nominum appellativorum (ܓܢܣܢܝ̈ܬܐ, اسما الجنس) formatione sumus descripturi.

A. *Διαθέσεις.* Partem primam ita conscripsit, ut doctrinam graecam sequeretur, itaque *γένος* ܓܢܣܐ, *εἴδη* = ܐܕ̈ܫܐ, *σχήματα* = ܐܣ̈ܟܡܐ, *ἀριθμοὺς* = ܡܢܝ̈ܢܐ, *διαθέσεις* = ܐܢܫܘ̈ܬܐ et *πτώσεις* = ܡܦ̈ܠܬܐ ratione nobis ex Severo bar Šakku p. ܓ l. 18; ܕ l. 3 notissima recensuit, quam a Jacobo Edesseno in grammatica adhibitam esse veri admodum est simile. Recedit haec dispositio in eo ab exemplo graeco, quod *διαθέσεις* = ܐܢܫܘ̈ܬܐ in doctrinam de nomine receptae sunt, quas Dionysius non agnovit p. 10, et in fine p. 16 tantum enumeravit, qua in re non omnium vota tulit. Nam quum dixerit: *τοῦ δὲ ὀνόματος διαθέσεις εἰσὶ δύο, ἐνέργεια καὶ πάθος*, Scholiasta eum vituperat dicens: *μεμπτέος ἐστὶν οὕτως ἀποφηνάμενος, ὀφείλων μᾶλλον οὕτως εἰπεῖν· ἔστι δὲ ὅτε καὶ διαθέσεις ὁρῶνται ἐν ὀνόμασι, ῥηματικοῖς οὖσι*, nam Graeci *διαθέσεις* nonnisi

---

Haec vox apud Bar Alium exstat in glossa 3314: ܗܪܐ ܗܟܢܐ. ان هذا. Vocabulum ܗܪܐ lexicis addendum est, e quibus exsulat, quia a ܗܪܐ non est distinctum.

in verbis a principio agnoverunt. Uhlig Dionysius p. 46. Hanc de *διαθέσεσι* doctrinam, ut videtur e Jacobo Edesseno etiam Severo notam, qui p. ܚܝ l. 15 rem tractavit, Barhebraeus conjunxit cum doctrina de فاعل et مفعول, quod ex ea ratione concludendum est, qua p. 36 grammaticae majoris rem explicuit. Nam quum

---

dicat: ܒܟܘܪܐ ܡܢ ܐܝܠܝܢ ܫܡܐ ܕܦܘܫܩܐ ܠܗ̈ܘܢ ܡܠܬܐ ܘܗܘ ܡܐ ܕܝܕܥܐ ܠܗ ܐܝܟ ܐܡܪ ܦܫܝܛܘܬ. ܘܦܫܝܛܘܬ ܡܩܕ̇ܡܢ ܠܡܥܒܕܢܘܬܗ. syriace expressit haec Zamaḫšarii verba: الفَاعِل هو ما كان المُسْنَد اليه مِنْ فِعْلٍ أَو شِبْهِهِ مُقَدَّمًا عليه ابدا كقولك ضَرَبَ زَيْدٌ وزَيْدٌ ضَارِبٌ غُلَامُهُ وحَسَنٌ وَجْهُهُ Mufaṣ. 11, 7; et quum de conjunctione subjecti et objecti in ܡܚܢܝ ܘܡܚܝܬܗ ܝܥܩܘܒ i. e. cecîdit me Jacobus et ego cecîdi Jacobum, agat, nihil fecit nisi formulam arabicam ضَرَبَنِى وضَرَبْتُ زَيْدًا Muf. 11, 14 grammaticae syriacae obtrusit.

B. Genus. Itaque quum categorias Graecorum doctrinae de nomine fundamentum receperit Barhebraeus, nihilo minus doctrinam arabicam in systema graecum infudit, quod et in doctrina de genere facile cernitur. Praemittit p. 8 criteria generalia femininorum (consonantem, vocalem, consonantem cum vocali, aspirationem), uti et Zamaḫšarius p. 82 criteria generalia (Alif, Tau atque Yâ) praemittit, deinde vero illi ad litteram cum Zamaḫšario convenit, ubi agitur de feminino naturali, et de usu generis metaphorico. Nam pro his Zamaḫšarii verbis: التانيث على ضَرْبَيْنِ حقيقى كتانيث المرأة والناقة ونحوهما ممّا بإزائه ذكر فى الحيوان وغير حقيقى كتانيث الظلمة والنعل ونحوهما ممّا يتعلق بالوضع والاصطلاح i. e. Femininum genus est duplex, proprium, ut femininum genus mulieris, camelae, similium, quibus opponitur masculinum inter animalia, et improprium, ut tenebrae, caliga et similia, quae adnumerantur *κατὰ θέσιν* et *κατά συνθήκην*, — Barhebraeus dixit: ܢܩܒܘܬܐ ܡܢ ܬܪܬܝܢ ܐܝܬܝܗ̇ ܢܩܒܘܬܐ ܐܝܟ ܕܐܢܬܬܐ ܡܢܐ ܕܒܫܒܪܐ ܐܝܟ ܐܢܬܬܐ ܡܫܡܫܬܐ ܘܠܐ ܫܪܝܪܬܐ ܐܝܬܝܗ̇ ܢܩܒܘܬܐ ܐܝܟ ܕܚܫܘܟܐ ܘܡܣܐܢܐ ܡܢ ܣܘܢܩܢܐ ܡܫܡܫܬܐ ܒܫܡܥܐ ܐܝܟ ܕܒܐ ܘܐܪܝܐ.

i. e. Femininum proprium est, quod possidet masculinum sibi comparatum, ut mulier, equa[1]), improprium est genus femininum ejus, quod *κατὰ θέσιν* et *κατὰ συνθήκην* a principio femininum declaratum est in lingua uti ʿainâ (oculus) eδnâ (auris). Arabico بازائه ذكر respondet ܘܕܟܪܐ ܡܢܐ ܕܒܩܘܒܠܗ, et pro يتعلق بالوضع والاصطلاح scripsit ܕܣܝܡܐ ܘܡܫܠܡܢܘܬܐ ܡܢ ܦܘܫܩܐ ܡܩܒܠܬܐ. Et in fine doctrinae de feminino p. 16 adeo Barhebraeus Zamaḫšarii vestigia pressit, ut inconsulto falsa dicat. Nam si de triplici usu litterae ܬ disserens statuit, ܬ adhiberi ܐܘ ܡܛܠ ܢܩܒܘܬܐ ܐܘ ܡܛܠ ܬܘܣܦܬ ܣܘܟܠܐ i. e. ad designandum femininum aut ad augendam vim vocabuli, cui denique addit: ܐܘ ܠܦܘܪܫܢܐ ܚܕܐ ܡܢ ܓܢܣܐ i. e. ad distinguendum unum a genere, seu potius ad formandum nomen unitatis, ut ܚܛܬܐ granum tritici formatur a ܚܛܐ triticum, inepte Zamaḫšarium p. 82 l. 5 infr. exscripsit. Quae de sensu feminino litterae ܬ dicit, patent. Quae de ܬܘܣܦܬ ܣܘܟܠܐ, i. e. de aucta vi nominis addit, quemadmodum in ܪܘܦܚܬܐ, ܪܘܚܡܬܐ, ܛܘܒܬܐ vis nominis major quam in ܪܘܦܚܐ, ܪܘܚܡܐ addito ܬ exprimitur, et quae de derivando nomine unitatis docet, ex his Zamaḫšarii verbis desumsit: دخولها (التاء) . . . للفرق بين اسم الجنس والواحد منه كتمرة . . . . وللمبالغة فى الوصف كعلّامة ونسابة وراوية وفروقة وملولة i. e. Adnectitur *t* ad distinguendum nomen generis ab uno e. c. tamratī . . . et ad augendam vim descriptivam ut ʿallâmatū, doctissimus; nassabatū, genealogiae peritissimus; râwiyatū, recitator carminum permultorum; faruqatū, multum timens; malulatū, taedio maximo affectus. Sed non his in rebus immorandum est, nam facile intellegitur, aliam esse naturam ܬ litterae in formis auctis ܪܘܚܡܬܐ, aliam in عَلَّامَةٌ.

C. Species. Ex iis quae Barhebraeus de speciebus, *εἴδη*, ܐܕܫܐ docuit, unam tantam rem propositurі sumus, in qua antiquiorem

---

1) Voce ܣܘܣܝܬܐ Barhebraeus uti non potuit, quia syriace est epicoenum. Brhbr. Gr. maj. 9 l. 18.

Syrorum theoriam mutavit. Supra vidimus p. 57, qua ratione inter antiquissimos Grammaticos disceptatum sit de adhibenda notione speciei, *εἴδους*, ad formas nominis Syriaci. Dionysii enim interpres Adjectiva in âyâ et ânâ exeuntia inter *εἴδη ὀνόματος* retulit, qua in re ei cum Graecis convenit cf. p. 10, a quibus dissentiebat Jacobus Edessenus, qui hanc formationem ad schemata retulit. Quod cur fecerit facile explicatur, nam species sunt duae *πρωτότυπον* et *παράγωγον* e. c. *γῆ* et *γαιήϊος*, quod responderet syriaco ȝarȝâ et arȝânâ; in Adjectivis vero illis formae tres exstant, arȝâ, arȝânâ, arȝânâyâ, qua in re gentilicia ut Rumi, Rumâyâ negleguntur, quae Barhebraeus in censum vocavit. Tribus illis formis melius quadrare videbatur dispertitio schematum in *ἁπλοῦν*, *σύνθετον*, *παρασύνθετον*, at si definitio schematis [1]) conferebatur, tota haec Adjectivorum derivatio non poterat referri ad schemata, quia Adjectiva illa non sunt composita sed derivata. Res Syris eo difficilior fuit, quia vocabulo ܐܶܕܫ and ܡܪܟܒܐ aeque utuntur ad designandam compositionem quam ad designandam derivationem.

Itaque doctrina Dionysiana praestat ratione habita definitionis, Jacobi vero methodus rei tractandae numero ternario schematum, quo numero etiam formatio illorum Adjectivorum comprehenditur, quae cum nomine primitivo, quod ܥܠܬܐ, causa, appellabant, triplex erat, commendata videbatur. Confusionem Barhebraeus perspexit et quam brevissime commemoravit: ܣܗܕܐ ܠܐܕ̈ܫܐ ܗܘܠܡ [ܐܕ̈ܫܐ ܕܥܠܬܐ] ܐܣܟ̈ܡܐ ܩܪܐ. ܘܠܐܣܟ̈ܡܐ ܦܫܝܛܐ ܘܡܪܟܒܐ ܐܕ̈ܫܐ. ܘܠܐ ܣܩܘܒܠܘܬܐ ܒܡ̈ܠܐ i. e. Sanctus Jacobus species appellavit schemata, et schemata, simplex et composita (ita legendum esse patet) species, sed non in verbis est immorandum. Commendabatur vero doctrina Dionysiana etiam eo, quod inter *εἴδη παραγώγων* refertur *πατρωνυμικόν* ut Jhuđâyâ, Judaeus ab Jhuđâ Juda. Hic Juda est *κατὰ τὴν πρώτην θέσιν λεχθέν*, vel ut dicit Jacobus, Juda est causa (ܥܠܬܐ) vocabulo Judaeus subjacens, cf. p. 60. Hanc vocabulorum, imo etiam rerum inter sese relationem ratione philosopha alii, nescio quis primus, vocibus ܛܽܘܦܣܳܐ (pers. تُپَنْکْ) i. e. idea, simulacrum, effigies, et ܛܽܘܦܣܳܐ ܩܰܕܡܳܝܳܐ i. e. ideatum primum et

1) Haec est definitio schematis in Erotematibus: *σχῆμά ἐστι λέξεων ποιότης ὑφ' ἕνα τόνον καὶ ἓν πνεῦμα ἀδιαστάτως ἀγομένη ἐν ἁπλότητι ἢ συνθέσει.* Uhlig Dionys. p. 29.

ܐܦܚܡܐ ܬܪܝܢܐ i. e. ideatum secundum appellaverunt [1]). Certum est, hanc rationem rei tractandae tempore Probi, commentatoris Aristotelis jam initam esse, de quo conferendus est Hoffmann de Hermeneuticis apud Syros Aristotelis, Index s. v. ܐܦܚܡܐ.

A formatione horum gentilitium ut Jhuδâyâ a Jhuδâ, Isarlâyâ ab Isrâ'il, jam Dionysii interpreti trita p. 11 et a Jacobo perturbata, proficiscitur Barhebraeus, eique adnectit derivationem Adjectivorum aliorum ut a gušma, corpus, gušmânâ, corporeus, gušmânâyâ, gusmâyâ, corporalis procedit, ita ut rei summa ei posita videatur in categoria patronymici, quam cum notione مَنْسُوبٌ et نِسْبَةٌ et نَسَبٌ i. e. relationis genealogicae non conferre non potuit. Syriace arabicum نِسْبَةٌ transtulit ܚܡܘܬܐ, quod Amira vertit domesticatio, pro مَنْسُوبٌ dixit ܡܬܚܡܢܐ, pro نَسَبٌ dixit ܡܚܒܡܢܐ, quod etiam ܚܠܡܐ et ܐܦܚܡܐ appellari tradidit. Imo tres gradus ܩܕܡܝܐ, ܬܪܝܢܐ et ܬܠܝܬܝܐ simpliciter dici affirmavit, quod convenit cum Jacobi Edesseni denominatione p. 60 explicata. Procedens igitur a theoria arabica, quam antiquae doctrinae graecae parem haberi vult, his de speciebus loquitur hunc in modum: Scriptores hujus artis grammaticae genera relationis ad nationem et ad locum (ܚܡܘܬܐ ܐܘܡܡܝܬܐ ܐܘ ܐܬܪܝܬܐ) dixerunt species. P. 16. — Singula, quibus aeque ut Zamaḫšarius formam vocalismi Adjectivorum relativorum accurate describit, hoc loco non tractanda sunt.

D. Schemata. Qui in speciebus tractandis Arabes sequitur, in enumerandis schematibus haud dubie Jacobum Edessenum exscripsit. Schema p. 20 definitur ita: ܪܘܫܡܐ ܡܩܠܢܝܐ ܕܡܢ ܩܠܐ ܕܚܒܝܫܘܬ ܐܬܘܬܐ ܡܫܬܡܥܢܐ ܠܫܡܥܐ i. e. „symbolum phoneticum, quod per pronuntiationem litterarum in unum collectarum ad auditum perfertur“, quod nec cum definitione p. 12 prolata nec cum ea concinit, quam Bekkerus Anecd. p. 859 edidit hunc in modum: *Σχῆμα εἴρηται παρὰ τὴν σχέσιν τὴν πρὸς τὸ σημαινόμενον· ἀπὸ γὰρ τοῦ σχήματος νοοῦμεν τί ἐστιν ὃ ϑέλει σημαίνειν ἡ λέξις.* Barhebraeus sua (vel ut puto Jacobi Edesseni) definitione formam vocabulorum

1) Amira p. 105 et infra p. 251 Nota [1]).

etymologicam designat, ita ut capitibus, quae de schemate scripsit, totum systema derivationis nominum exhibuerit[1]). Qua in re Jacobi Edesseni canones suo operi inseruit, ordine tamen diverso ab eo, quem adhibuit Jacobus Edessenus.

Quae dicimus inde probantur, quod doctrinam de numero et de schemate Barhebraeus ad eandem normam elaboravit. Primo loco posuit nomina tribus consonantibus cum una vocali deinde cum duabus vocalibus composita. Sequuntur nomina quattuor consonantibus cum duabus deinde tribus vocalibus composita et sic porro p. 20, 19 sq. In vocalibus observat ordinem alphabeti graeci, itaque hunc in modo recenset I, ܦܬܐ; II, 1 ܐܦܬܐ, 2 ܪܒܐ, 3 ܐܒܐ; III, 1 ܐܦܬܐ, 2 ܢܦܬܠܐ, 3 ܐܦܪܐ, 4 ܢܝܪܐ, 5 ܢܦܪܐ, 6 ܪܐܒܐ cum Hęβâṣâ χarya, 7 ܫܘܒܐ cum ʒEṣâṣâ arîχâ, 8 ܪܘܦܐ cum ʒEṣâṣâ χaryâ, — 9 ܕܒܪܐ, 10 ܦܠܝܐ, 11 ܦܝܢܐ, 12 ܢܒܠܐ; IV, 1 ܦܪܐܠܐ, 2 ܐܦܬܝܠܐ, ܦܐܒܠܐ etc. Haec vero est ratio et methodus Jacobi Edesseni, quod supra p. 58 probavimus. Secundum hunc ordinem deinde p. 29 sq. etiam formas pluralis recenset, nulla radicalium habita ratione sed promiscue omnia enumerans, quae eandem in Singulari formam habent. Formas ܐܦܬܐ, ܪܒܐ, ܐܒܐ etc. dixit typos, qui est usus Graecorum (Dionys. ed. Uhlig 26, 1, 3; 27, 6; 28, 4) sine dubio a Jacobo Edesseno receptus, quem Barhebraeus ipse p. 20, 19 citavit, et injuria vituperat, quia Jacobus nomina octo unius syllabae recensuerit ܦܬܐ, ܣܒܐ, ܪܦܐ, ܐܠܐ, ܪܘܢܐ, ܐܪܒ, ܐܪܠ, ܦܒܐ. At quae Hebraeus sibi addidisse videtur, ܒܦܬܐ, ܠܒܬܐ, ܦܬܐܐ, ܐܦܬܠ, huc partim non pertinent, nam sunt particulae. De ܪܘܢܐ cf. p. 239 adnot. 1

Cur vero in his omnibus opus Jacobi Edesseni sit agnoscendum, id ex iis sequitur, quae p. 61 demonstravimus, ubi vidimus, in recensendis formis Pluralis Barhebraeum secutum esse canones Jacobi. Jam quum principium dispositionis horum canonum eorum-

1) Si definitionis modo prolatae graecae rationem habuisset etiam relationem, quae intercedit inter sensum vocabuli et formam etymologicam, percepisset, ita ut intellexisset, ܒܟܦܘܪܐ esse activum, ܒܟܦܝܪܐ qualitativum et passivum, uti ܒܟܦܘܪܘܬܐ ab ܒܟܦܝܪܘܬܐ et ܡܫܡܫܢܘܬܐ ܟܣܠ p. 36; 38; 40 distinguitur. Ab hac vero ratione grammatica profundiore alienus est Barhebraeus, qui solis criteriis externis usus vocabulorum classes, quos typos dixit, recensuit.

que ordo, quem p. 59 descripsimus eodem modo in Barhebraei doctrina de schematis cernatur, sequitur hanc partem grammaticae a Barhebraeo ex Edesseni libro esse haustam, quem tali modo in Barhebraei libro Splendorum servatum habemus. In eo tamen Barhebraeus Jacobi ordinem mutavit, quod genera in Plurali non distinxit sed promiscue tractavit, quo facto limpidam Jacobi perspicuitatem turbavit, imo perdidit, Jacobi enim dispositio praestat confusioni Barhebraei.

V. De categoriis grammaticae arabicae ad doctrinam syriacam adhibitis.

Quum de qualitatibus, ܐܝܟܢܝܘܬܐ, quas ex graecis *διαθέσεσι* profectas esse supra p. 240 vidimus, et de casibus, quos dicunt Syri, de quibus recantat Barhebraeos veterum Masoretharum leges, addito signo vocativi ܐܘ, vix quidquam addendum videatur, nihil restat nisi ut demonstremus, reliquam doctrinae de nomine partem prorsus ex Zamaḫšario esse haustam. Quod sequitur ex ordine, quo hae doctrinae proponuntur. Habes enim capite octavo theoriam de inchoativo et praedicamento, ܫܘܪܝܐ ܘܡܠܚܡ, i. e. arabice المبتدأ والخبر Zamaḫ. p. 12, et capite nono leges de nominibus ad Infinitivum pertinentibus (ܡܫܡܗܐ ܡܫܟܚܢܐ) i. e. المصدر Zamaḫ. p. 16 l. 10, quocum conjunxit locum p. 96 inf., quum p. 49 formas horum nominum recenseat [1]). Sequitur capite decimo ܫܠܝܐ i. e. exceptio, cui respondet المنصوب على الاستثناء Zamaḫ. p. 31, quod apud Zamaḫšarium suo loco positum est, quia ad regulas de Accusativo pertinet, quod vero, quum Syris causa non sit de particulis exceptionis, ܐܠܐ, ܣܛܪ, ܒܠܚܘܕ al. seorsum agere [2]), a Barhebraeo ideo hoc loco positum est, quia Zamaḫšarii est imitator. Quod capite undecimo dicit ܡܬܠܘܝܘܬܐ i. e. „relatio ad aliquid", nihil est nisi interpretatio vocis اضافة, de qua Zamaḫšarius agit p. 36 sq., ubi de adhibendo Genetivo agit, et hîc occasione oblata Barhebraeus

---

1) Sed hic quoque Graecos non neglexit, docet enim p. 46 l. 9, vocabulum, a quo verbum non procedat, appellari *ἔτυμον* (ܐܛܘܡܘܢ).

2) Ceterum vero jam Severus bar Šakku de ܣܟܝܘܬܐ i. e. de particulis exceptionis egit p. ܠܠ.

apocopen ܫܘܬܐ in statu constructo obviam exemplis illustrat p. 53, ad quam redit p. 66. Deinde capite duodecimo ܫܘܪܪܐ est تاكيد Zam. p. 44, et quatenus Barhebraeus de Zamaḫšario pendat unusquisque videbit, qui Zamaḫšarium p. 44 l. 19 contulerit cum Barhebraeo p. 57 l. 16. Et sic in sequentibus respondet caput Barhebraei ܡܛܠ ܫܘܦܪܐ p. 59 Zamaḫšarii capiti الصفة p. 46, 9

ܡܛܠ ܚܘܠܦܐ p. 61 البدل p. 48

ܡܛܠ ܚܘܦܐ p. 62 عطف p. 50 [1])

donec omissis iis capitibus, quorum in grammatica syriaca nullus est usus p. 64 de ܡܛܠ ܙܥܘܪܐ loquitur, quod sub inscriptione المصغر Zamaḫšarius p. 85 tractavit, denique p. 70 de numeralibus agit, quos Zamaḫšarius p. 93 explicuit.

Habes igitur parallelismum per totam secundam doctrinae de nomine partem conspicuum, at quae sequuntur capita graecae doctrinae debentur, quam Barhebraeus ratione inepta perturbavit. A numeralibus enim transit ad pronomina, participia (ܡܠܬ ܫܡܐ), adverbia (ܠܘܬ ܡܠܬܐ) et praepositiones (ܩܕܡ ܣܝܡܐ) [2]), quae omnia in libro de nominibus recenset, quo non omnia pertinent; servat igitur Graecorum et veterum Syrorum partes orationis, sed praepositiones deinde libro tertio debuisset tractare, quod non fecit, quum vice versa de Adverbiis bis egerit, primum p. 82 deinde in libro tertio p. 166. Vides opus contexendi systemata grammaticorum graecorum et arabicorum hac in parte non feliciter ei cessisse.

VI. De pronomine, participio, adverbio.

De singulis pauca monenda. In tractando pronomine methodum arabizantem adhibet, quam ante eum ipsa natura linguae semiticae coactus Johannes bar Zuʿbi adhibuit, qui suffixorum formas in capite de pronomine explicuit. Barhebraeus etiam affixa personalia, i. e. formationem personarum verbi in doctrinam de pronomine recepit p. 74, quae est ratio arabica Mufaṣṣal p. 52.

---

1) Sic et in subdistinctione Barhebraeus agit de ܚܘܦܐ ܕܐܬܘܬܐ i. e. العطف بالحرف et de ܚܘܦܐ ܦܘܫܩܢܝܐ i. e. عطف البيان.

2) Dionysius primo loco posuit praepositiones, quia cum nomine conjunguntur, quae prima pars est orationis, deinde sequitur adverbium tamquam ad secundum partem orationis pertinens.

Quo accuratius Barhebraeus arabicam theoriam hoc in capite adhibet, eo magis mira videntur fragmenta doctrinae graecae p. 79 l. 15 conspicua, quae ex Dionysio p. 18 fluxerunt.

In tractando participio (ܡܠܬܐ ܫܡܐ) Barhebraeus rei summam se non assecutum esse probat, qui adjectiva ut ܪ̈ܘܝܚ, nomina actoris ut ܩܛܘܠ a participis discernere nequit, quorum naturam ad temporales sensus referendam non perspexit. Imo Infinitivos cum eo confudit p. 80 l. 5 infr. notione litterali ܡܠܬܐ ܫܡܐ i. e. nomen verbi pellectus, quum Infinitivos syriacos per ܡ formatos cum arabico Maṣdar aequiparare non posset.

In Adverbiis graecam distinctionem simplicium et compositorum p. 82 l. 11 inepte repetit, et qui Adverbiorum classes ܡܢܝܢܝܬܐ, ܨܠܘܬܢܝܬܐ, ܫܐܠܬܢܝܬܐ, ܫܘܚܠܦܢܝܬܐ, ܟܢܘܫܝܬܐ, ܦܘܚܡܝܬܐ rel. cum Dionysii classibus ἀριθμοῦ δηλωτικά, εὐχῆς, ἐρωτήσεως, σχετλιαστικά [1]), ἀθροίσεως, εἰκασμοῦ al. contulerit, fontem inveniet, unde Barhebraei doctrina processit, simulque intelleget, eandem adverbiorum distributionem in libro tertio secunda vice esse divenditam, quod supra p. 170 demonstravimus.

Sed haec hactenus, sufficiunt enim ad comprobandum judicium de ratione, qua Barhebraeus in concinnanda grammatica sua egerit.

VII. De verbo.

A proposito nostro alienum est persequi compositionem totius grammaticae Barhebraei, itaque doctrinam de verbo nolumus dissolvere in singula elementa e quibus conflata est. Sufficit occasione oblata res gravissimas ante oculos ponere, quibus dispositio doctrinae illustratur.

Definitionem verbi ex Zamaḫšario desumptam ampliavit Barhebraeus, qui arabica الفعل ما دلّ على اقتران حَدَث بزمان i. e. verbum est, quod indicat combinationem rei accidentis cum tempore, his verbis syriacis commentatus est: ܕܡܘܕܥܢܐ ܕܨܒܘܬܐ ܒܡܘܠܟܐ

1) His Adverbiis credo respondere ea quae ܡܫܚܡܢܐ i. e. nigrum reddentia appellat, ܫܚܡ enim obfuscavit sensu metaphorico est injuria affecit, ܐܫܬܚܡ Cureton Ant. Doc. p. ܫܚܡ est injuria affici, laedi.

ܗܘ̈ܦܟܐ ܩܢܐ i. e. quod significationem actionis in mutatione conversionum (temporis) habet. Deinde Zamaḫšarium p. 108 statuentem, verbo proprium esse, quod particula قد praecedat, his verbis sequitur ܡܢ ܕܝ̈ܠܝܬܐ ܡܩܒ̈ܠܢܝܬܐ ܕܡܠܬܐ ܡܥܠܢܘܬܐ ܕܡܐ ܘܐܡܬܝ i. e. ad proprietates characteristicas verbi pertinet ingressus (ܡܥܠܢܘܬܐ = الدخول) particularum ܡܐ et ܐܡܬܝ. Zamaḫšarii reliquis criteriis denique substituit usum ܬ et ܢ personalium, ܬ feminini etc. At statim delabitur in doctrinas veteres Syrorum de praefixis ܐܡܝܬ cf. Severum p. ܝ, 3; ܙ, 10, de generibus, numeris, temporibus, personis, *διαθέσεσι*, speciebus, schematis, *ἐγκλίσεσι* (modis, quos Syris dicunt lectiones), quae quomodo e graecis fontibus processerint, brevi illustrandum.

Dionysius p. 16 tribuit verbo octo mutationes, quas interpres Syrus reddidit:

ἐγκλίσεις, *διαθέσεις*, *εἴδη*, *σχήματα*, *ἀριθμοί*, *πρόσωπα*,
ܡܩܪ̈ܝܬܐ. ܡܣ̈ܝܡܐ. ܐܕ̈ܫܐ. ܐܣܟ̈ܝܡܐ. ܡܢ̈ܝܢܐ. ܦܪ̈ܨܘܦܐ.
χρόνοι, *συζυγίαι*
ܙܒ̈ܢܐ. ܙܘ̈ܓܐ[1],

et *ἐγκλίσεις*, qui sunt modi numero quinque, e graeco ita sunt syriace expressae:

ὁριστική, *προστακτική*, *εὐκτική*, *ὑποτακτική*, *ἀπαρέμφατος*
ܡܬܚܡܢܐ. ܦܘܩܕܢܐ. ܡܨܠܝܢܐ. ܡܫܥܒܕܢܐ. ܡܬܐܡܪܢܘܬܐ ܡܢ ܡܐܡܪܐ[2].

Hae Graecorum distinctiones Syris difficultatem magnam parabant, qui modos non habent, *διαθέσεις* et *εἴδη* non facile distinguunt, et vice versa genere in verbo utuntur Graecis ignoto. Itaque omni modo tentaverunt rem ita mutare, ut suae linguae

---

1) Ex ܙܘ̈ܓܐ, matrimonium = *συζυγία*, deinde factum est ܙܘܥܐ, motio, mutatio vocalismi. Cf. supra p. 17.

2) Cf. p. 17 [1]), ubi codices praebent solum ܡܬܐܡܪܢܘܬܐ, quod C et in fine p. 28 habet. Hoc vero est *λέξις* p. 9 [1]), itaque rectum esse non potest, quia *ἀπαρέμφατος* = Infinitivus nomine speciali designandus erat. Lectio recta p. 28 est servata.

proprietati conveniret. Antiquum nomen *ἐγκλίσεων*[1]) = ܡܬܚܬܐ Jacobus Edessenus mutavit in ܐܢ̈ܫܐ [2]), Barhebraeus vero p. 90, 11 pro eo posuit ܚܡܫܝܘܬܐ ܐܕ̈ܫܐ pentas specierum, quo facto jam *ἐγκλίσεις* et *εἴδη* in unum confluxerunt. Pro graecis modis (*ἐγκλίσεις*) in Dionysio servatis Jacobus introduxit formas recitationis secundum sententiarum sensum has: modum imperandi (ܦܘܩܕܢܐ), precandi (ܬܟܫܦܬܐ), interrogandi (ܫܘܐܠܐ), invocandi (ܩܪܝܬܐ) definiendi, (ܦܣܩܐ), qui est modus apophanticus. Et de his sententiarum formis, quas loco modorum verbalium introduxit sive Barhebraeus sive Jacobus ipse (Bhbr. Gr. maj. p. 90) ita disseruit, ut primo obtutu pateat rem eandem hic tractari, quam rectius Johannes bar Zuʿbi p. 163 explicuit, quaestionem scilicet de quinque speciebus orationis, ex qua profecta est doctrina de accentibus. En quae confusio exorta est ex conamine apud Syros inveniendi formas modis Graecorum aequiparandas [3]).

Postquam tali modo recognovimus, quasnam mutationes notio *ἐγκλίσεων* perpessa sit, hunc in modum poterunt componi notiones Dionysii Syriaci cum Jacobo et Barhebraeo:

Dionysius.		Barhebraeus.
ܡܬܚܬܐ	=	ܚܡܫܝܘܬܐ ܐܕ̈ܫܐ ܡܐܡܪ̈ܢܐ (Jacobus ܐܢ̈ܫܐ) [4]).
ܡܢ̈ܝܢܐ	=	ܐܢܫܘ̈ܬܐ.

1) Sensus primitivus hujus vocabuli a Scholiasta ita explicatur: *βούλησις ψυχῆς διὰ φωνῆς σημαινομένη.* Uhlig Dion. Thr. p. 47. Hinc Syri fecerunt ܢܝܫܐ ܕܦܘܚܡܐ.

2) Hinc igitur sua depromsit Amira p. 251, quum statuit, verbo esse proprium ܐܢܐ sive modum, inter quos retulit ܦܘܩܕܢܐ, quo nomine Jacobus est usus.

3) Hinc explicatur, cur species orationis quinque, accentuum punctis, quae ܦܣ̈ܩܘܐ dicebantur (Phillips Letter p. ܝܒ), designatae, nomine ܡܬܚܬܐ appellatae sint; ܦܣ̈ܩܘܐ sunt nomina signorum, ܡܬܚܬܐ recitationis modi. Cf. subscriptionem codicis Karkaphensis Parisini ita compositam ܫܠܡܘ ܦܣ̈ܩܘܐ ܐܘܟܝܬ ܡܬܚܬܐ ܕܦܘܚܡܐ ܡܢܝܢ ܡܐܡܪܐ. Martin Journ. as. 1869 Oct. p. 283.

4) Quodsi hoc loco modi cum quinque speciebus orationis confunduntur, explicatur, cur accentus, quos secundum species orationis distinxerunt, dici potuerint ܢܝ̈ܫܐ ܕܦܘܚܡܐ = intentiones in relatione sermonis positae,

ܐܕ̈ܫܐ = Desunt, p. 91, 19 pro ܡܢ̈ܝܬܐ enim hoc nomen [adhibetur.
ܐܣܟܡ̈ܐ = ܐܣܟܡ̈ܐ.
ܡܢܝܢܐ = ܡܢܝܢܐ.
ܦܪ̈ܨܘܦܐ = ܦܪ̈ܨܘܦܐ.
ܙܒܢܐ = ܙܒܢܐ.
ܙܘ̈ܓܐ = Desunt.
Deest = ܓܢܣܐ.

Itaque ex octo graecis verbi proprietatibus desunt *εἴδη* et *συζυγίαι*, et sex restantibus additur genus, quo facto septem oriuntur verbi proprietates in grammatica Barhebraei. At si exspectas secundum hanc dispositionem verba a Barhebraeo tractari, te ipsum frustraberis, tota haec doctrina est ornamentum inutile, ac ne schematum quidem notione utitur, quae aptissima erat ad congerendas sub certis formulis verborum varias classes, ita ut derivatio stirpium, quas nunc conjugationes dicere consuevimus, a Barhebraeo obiter tantum attingatur p. 92—94, neglecta notione schematis. Eadem notione neque in recensendis variis formis radicum verborum, quae nunc mediae Waw, primae Jud etc. appellantur, usus est[1]), quas secundum eandem dispositionem

---

ܢܣܐ enim respondet graeco *ἔγκλισις* sensu intentionis et scopi, de quo Scholiasta apud Uhlig Dion. p. 47 haec habet: *προσκλίνεται ἡ ψυχὴ ἢ ὡς ὁριζομένη τὰ παρ' αὐτῆς δρώμενα, οἷον τύπτω, ἢ προστάττουσα, ἢ εὐχομένη, ἢ διστάζουσα, ἢ οὐδὲν τούτων δηλοῦσα, μόνον δὲ τὸ ὄνομα τοῦ πράγματος προβαλλομένη, οἷον τύπτειν.*

1) Distributioni vero verborum secundum formam subjacere notionem schematis ex phrasi p. 101 ܒܦܘܠܓ ܐܣܟܡ̈ܝܢ ܡ̈ܠܐ sequitur. — Ceterum non modo Aḥudemmehus de verborum schematis cogitavit, cf. supra p. 33 sed etiam Elias (Nisibenus?), qui notione ܠܦܘܚܡܐ utitur et de schematis verbi et nominum hunc in modum egit: ܐܣܟܡܐ ܦܫܝܛܐ ܘܡܪ̈ܟܒܐ ܡܢܐ [ܐܠܝܐ]
ܠܟܠܗܘܢ ܡ̈ܠܐ ܕܐܝܬ ܕܐܡܪ. ܦܫܝ̈ܛܐ ܘܡܪ̈ܟܒܐ. ܘܠܐ ܡܦܪ̈ܫܝܢ ܘܩܕ̈ܡܝܗܝܢ
ܡܢ ܡ̈ܠܐ ܐ̄ܢܫ̈ܝܬܐ ܐܠܐ ܗܘܝܢ ܐܣܟܡܝܗܘܢ ܦܫܝ̈ܛܬܐ ܘܡܪ̈ܟܒܬܐ. ܘܦܢ̈ܝܬܐ
ܘܒܟܠܗܘܢ ܡ̈ܠܐ. ܒܗܘ̇ ܕܒܟܠܗܘܢ ܡܬܠܬܝܢ ܘܡܬܦܪܫܝܢ. ܒܟܠܗܘܢ ܡ̈ܠܐ
ܘܡܢܝܢܐ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܐܝܟ ܢܦ̇ܫ ܚܕܐ... ܗܟܢ ܐܝܟ ܡ̈ܠܐ ܦܫܝ̈ܛܬܐ ܘܡܪ̈ܟܒܬܐ
ܘܡ̈ܢܝܢ ܐܝܟ ܐܣܟܡܐ ܦܫܝܛܐ ܘܠܦܘܚܡܐ[.] ܐܣܟܡܐ ܡܬܠܬܠܐ ܐܠܝܗܘܢ

recenset, quam p. 133 apud Josephum bar Malkon, apud Eliam Nisibenum, p. 167 apud Johannem bar Zu3bi et apud Severum bar Šakku p. ܐ sq. invenimus, et quam hanc ipsam ob causam antiquitus traditam ad Jacobum Edessenam referendam esse censemus. Itaque fundamentum ordinis, quem adhibuit Barhebraeus efficit haec series ܦܘܩ, ܦܩ p. 95; ܦܩܐ, ܦܩܝ p. 103; ܦܩܕ, ܦܩܘܕ p. 114; ܐܦܩ, ܐܦܩܗ, ܦܩܝ p. 124; ܐܦܩ, ܐܦܩ p. 126; ܐܦܩܘ, ܦܩܦܩ, ܐܦܩܠ p. 134; ܐܦܩܦܩ al. p. 139, quacum conferenda est series supra p. 133 prolata. — At in eo Barhebraeus eos qui praecedunt superavit, quod primus ad naturam consonantium radicem componentium animum adhibuit. Nemo enim inter Syros ante eum litteras debiles observavit, quae si non recognoscuntur tota etymologia linguarum semiticarum caligine est tecta. Distinxit igitur primus Barhebraeus formam radicum, in quibus sunt consonantes debiles ܐ, ܘ, ܝ, quas ܟܪܝܗܐ, aegrotantes (مُعْتَلٌّ) dixit, et quibus addidit ܢ

ܒܠܚܘܕ ܡ̈ܠܐ ܕܡܬܬܪ̈ܥܢ ܘܡܬܬܢܝܚܢ ܡܢ ܐܣܟܡܐ ܦܫܝܛܐ ܘܠܦܘܬܐ ܘܠܗܘܢ ܐܝܟ ܡܥܒܕ ܘܡܬܥܒܕ ܡܢ ܟܠܐ . . . ܡܦܝܣܝܢ ܘܡܬܦܝܣܝܢ ܡܢ ܦܝܣܝܢ . . . ܗܠܝܢ ܐܝܟ ܡ̈ܠܐ ܡܬܪ̈ܥܢܐ ܘܡܬܬܢܝܚܢܐ. ܘܡܬܩܪ̈ܝܢ ܐܣܟܡܐ ܐܒܝ̈ܕܢܝܐ ܘܡܬܬܢܝܚܢܐ. ܡܬܩܪܝܢ ܓܝܪ ܗܠܝܢ ܡ̈ܠܐ ܐܣܟܡܐ ܠܦܘܬܐ ܘܡܬܬܢܝܚܢܐ ܡܛܠ ܠܐܘ ܟ̈ܠܗܝܢ. ܚܕܐ ܓܝܪ ܡܢ ܡܢܝܢܐ ܗܘ̈ܐ ܗܘܐ. ܐܝܟܢܐ ܓܝܪ ܕܐ̈ܪܥܐ ܕܪܘܚ ܢܦܫܐ ܕܡܬܬܢܝܚܢ ܠܦܘܬܐ ܒܫ̈ܡܫܐ. ܘܡܬܩܪܐ ܗܘ ܡܬܢܝܚܘ ܐܒܝܕܐ: ܘܢܦܫܐ ܗܘ ܕܪ ܐܝܟ ܡܬܢܝܚܘ ܐܒܝ̈ܕܢܐ ܡܬܩܪܐ ܡܬܬܢܝܚܢܐ ܕܡܢ ܐܒܝܕܐ. ܗܘܐ ܐܦ ܡ̈ܠܐ ܕܟܠܐ ܘܢܦܫ: ܘܟܠܐ . . . ܡܬܩܪܝܢ ܐܣܟܡܐ ܠܦܘܬܐ: ܒܐܣܟܡܐ ܡܬܢܝܚܘ ܠܦܘܬܐ ܕܪܘܚܐ܀ ܘܡ̈ܠܐ ܐܝܠܝܢ ܕܡܢ ܗܠܝܢ ܡܬܬܢܝܚܢ. ܐܝܟ ܡܥܒܕ ܘܡܬܬܥܒܕ ܡܢ ܟܠܐ ܘܦܝܣ ܘܡܬܦܝܣ ܡܢ ܢܦܫ ܘܡܬܩܪܝܢ ܐܣܟܡܐ ܡܬܬܢܝܚܢܐ: ܒܐܣܟܡܐ ܕܪ̈ܘܚܐ ܡܬܬܢܝܚܢܐ ܒܠܚܘܕ. Simili modo causa secunda et tertia proponuntur, quas hic repetere superfluum est. Tradit haec de Elia ipse Bar Zu3bi Cod. Mus. Brit. Add. 25, 876 fol. 108b.

Arabibus sanum, Syris debile (p. 119 ܢܩܘܫܐ), a forma radicis sana, quae consonantibus firmis (ܡܫܠܡܐ, سالم) constat. Quae observatio eo eum perdūcit, ut in ordine verborum a Jacobo constituto subdistinctiones adhibeat, quae procedunt ex natura radicalium sive sana sive debili. Tali modo introduxit theoriam arabicam (Mufaṣṣal p. 127 l. 7) de سَالِمٌ et مُعْتَلٌّ in grammaticam syriacam, quae res fuisset maximi momenti, si formam radicis trilitteralem perspexisset, et hac notione tanquam fundamento derivationis usus esset, quod tamen nec Barhebraeus neque alius quisquam e Grammaticis Syrorum fecit. Antiquiores Syrorum grammatici ܐ finale in verbis tertiae Ålaf inter litteras furto ablatas referunt (ܕܡܬܓܢܒ̈ܢ) et indolem radicis omnino non curaverunt. Elias ed. Gottheil p. ܨܛ, Severus p. ܨ l. 10. Nihilo minus Barhebraei est laus, quod primus animum ad hanc sonorum naturam advertit.

Etiam aliam rem ex grammatica arabica haustam syriacae adhibuit, distinctionem verbi transitivi, ܡܥܒܪܢܝܬܐ, dupliciter transitivi et intransitivi, ܕܬܪܬܐ, p. 92—93, quam a Zamaḫšario depromsit[1]), qui rem p. 115 tractavit. Eidem denique debet caput de Imperativo, quem cum Imperfecto omisso praefixo convenire docet, quod nemo Syrorum ante eum dixit. Cf. Mufaṣ. p. 114 cum Bhbr. gr. maj. p. 143.

VIII. De Particulis.

Quum notio particularum Arabibus sit propria, qui particulas a Graecis subtilissime in praepositiones et adverbia distinctas non distinguendas esse censebant, et notio et definitio particulae, cujus

---

1) Notanda videtur imprimis doctrina, secundum quam intransitivum per particulam ei junctam redditur transitivum, seu, ut dicit, ab actore (ܥܒܘܕܐ = فاعل) ad objectum (ܡܫܬܥܒܕܢܐ = مفعول بـه) transit. Exemplum est ܥܒܪ ܨܒܝܢܐ ܒܐܪܥܟ, in quo voluntas ܨܒܝܢܐ per ܒ ad terram tuam transfertur. Quod factum ex regula Zamaḫšarii, intransitivum addito حرف الجرّ fieri transitivum, quod illustravit exemplo خَرَجْتُ بِهِ.

nomen ܐܣܪܐ tamen a Graecis desumptum, apud Barhebraeum ex Zamaḫšario est hausta. Quod haec verba probant:

ܐܣܪܐ ܐܝܬܘܗܝ ܒܪܬ ܩܠܐ ܡܫܡܠܝܬܐ ܫܘܬܦܘܬ ܣܘܟܠܐ. ܕܐܠܦܢܝ ܐܣܪ [1] ܦܣܘܪܕܒܗ̇.

الحرف — — — — — — ما دلّ على معنى فى غيره

ܠܐ ܒܢܦܫܗ̇. ܘܡܛܠ ܗܕܐ ܠܐ ܡܬܦܪܫܐ ܡܢܗ ܕܐܚܪܢܐ. ܐܝܟ ܚܕܐ ܗܘܬ ܗܕܐ. ܐܘ

— — ومن ثَمَّ لم ينفكّ من — اسم — — او

ܡܠܬܐ. ܐܠܐ ܒܕܘܟܝ̈ ܕܝܠܝ̈ܢ.

فعل يصبحه الا فى مواضعَ مخصوصة.

Definitionem arabicam paraphrasi syriaca expressit, et si addidit, particulas esse vocabula simplicis significationis, sibi non constat, nam si sensum in aliis indicant, quod Sibawaihi dixerat جاء لمعنى supra p. 143, illis significatio simplex non potest tribui. Dissentit autem a definitione Syrorum solita, quum Jacobi Edesseni definitionem jure rejecerit, quam etiam Severus bar Šakku protulit: ܐܣܪܐ ܐܝܬܘܗܝ ܡܠܬܐ ܦܣܝܩܬܐ ܕܡܫܡܠܝܐ (ܘܐܣܪܐ ܠܚܘܕܪܐ ܒܗ ܬܢܝܢܐ), et quae aeque Orientalibus atque Occidentalibus grammaticis accepta erat. Bhbr. gr. maj. p. 156. Etiam si addit, iis genera, species rel. non convenire, Jacobum exscripsit. Cf. Severum p. ܝ l. 6.

Particulas, quum arabicam theoriam cum graeca conjunxerit, simul vero Adverbia capite speciali tractaverit, Barhebraeus ordine confuso recensuit, at quum p. 169 de earum catalogo monuerimus, brevitatis studiosi rem omittimus, de qua videant alii, quibus tanti erit. Num et quanam via graecus particularum catalogus ad Arabes pervenerit, quorum classes facile cum graecis possunt comparari, id explorare mihi non contigit.

IX. De dispositione libri de communibus complurium partium orationis proprietatibus.

Quae libro ultimo a Barhebraeo tractantur communes partium orationis proprietates, ad orthoepiam pertinent, et quamvis introductionem (ܡܥܠܢܐ) a Zamaḫšario mutuatus sit, maximam partem ex antiquioribus Syrorum libris haustae ordine syriaco proponuntur. Et prima quidem duo capita, de defectibus scripturae syriacae

1) Martin praebet ܦܘܪܕܒܗ̇, quod rectum esse non potest.

deque ratione supplendorum defectuum sine dubio ex Jacobi Edesseni grammatica [1]) profluxerunt. Cf. supra p. 49 [2]). Caput vero de loco oris, in quo varii soni producuntur, arabicam scholam prodit cf. supra p. 54. Qui locum Mufaṣṣal p. 188 l. 15 cum Brhbr. Gr. maj. p. 195 contulerit, videbit quatenus Barhebraeus de Zamaḫšario pendat.

Rem orthoepicam Barhebraeus p. 197—210 ita tractavit, ut praeter concurrentes duas consonantes vocali destitutas, inter quas Mĕṭappĕyânâ et Nâγoδâ adhibentur, et praeter ܡܬܠܚܫܢܘܬܐ (Elias p. ܦܠ, Severus p. ܦܒ), et ܡܬܡܣܠܦܢ̈ܘܬܐ (Elias p. ܦܐ) et ܡܬܬܘܣܦܢܘܬܐ [3]) (Severus p. ܦܠ, Elias p. ܢ) seorsum egerit de ܡܬܠܒܫܢܘܬܐ, i. e. de litteris non scriptis, quae litteris ܠܒܝܫܬܐ dictis oppositae, in pronuntiando per se producuntur, quam denominationem nemo ante eum adhibuit. Huc pertinet ܘ in ܟܠ et ܡܛܠ, et ܐ in ܫܬܐ (in sex) et in ܘܐܬܘ̈ܬܐ (et litterae) pro ܐܫܬܐ et ܐܬܘ̈ܬܐ p. 204, et sic in nominibus graecis ܣܛܘܡܟܘܣ et ܐܣܛܘܡܟܘܣ al., et in syriacis a ܢ incipientibus ut ܢܒܓܐ pro ܐܢܒܓܐ. Rem protulit Elias p. ܦܠ et Severus p. ܦܒ l. 15, nomen non habent.

Quae omnia si ex schola syriaca processerunt, in duobus capitibus de occultatis (ܡܬܛܫܝܢܘܬܐ) quod nomen ante Barhebraeum inusitatum est, et de commutandis (ܡܬܚܠܦܢܘܬܐ) Arabes secutus est, et rem uberius tractavit, imo eo usque processit, ut fere dici possit, attigisse Barhebraeum rationem phoneticam sanam in describendis affectionibus consonantium concurrentium, quarum altera

1) Cujus tamen observationes de ܢܘܩܙܐ et ܠܒܝܫܬܐ Phillips Letter p. ܢܒ et supra p. 53 Barhebraeus silentio transivit.

2) Quod Barhebraeus de scriptura Romanorum, Aegyptiorum, Armeniorum p. 192 monet, in scholis Syrorum tradi solebant. Cf. Martin in Journ. asiat. 1869 Oct. p. 246. Elias Nis. Gram. p. ܗ. Ex Fihristo p. 12 discimus saeculo nono et decimo post Chr. hominibus litteratis variam scripturae populorum formam rem fuisse gravem, quam explorare operae pretium habebant.

3) Huc traxit ܗ in graecis nominibus post r positum ut ܦܪܗܣܘܦܐ, quocum confundit usum litterae ܗ pro graeco s in ܐܪܣܛܘܛܠܝܣ. P. 210.

propter concurrentem alteram aliquo modo immutatur. Ita arabica schola Barhebraeum ad altissimum gradum evexit, quem in describendis linguae legibus euphonicis homo Syrus assecutus est. Principium, quo nititur, est distinctio sonorum accuratissima secundum locum oris, ex quo procedunt. Arabs sedecim, Syrus quattuordecim locos (مخرج, ܡܦܩܐ) constituit, quos p. 54 enumeravimus, desunt Syro loci consonantium ج, غ et خ, ظ et ض. Lex suprema deinde haec est, 1) ut consonantes similes sine vocali intercedente concurrentes in secundam absorbeantur, quod capite de ܡܫܬܠܡܢܘܬܐ p. 197 tractatur [1]), et ut 2) si consonantes duae, vocali destitutae, in uno vocabulo concurrunt, vocalis auxiliaris accedat per Mĕhaggĕyânâ indicata. Itaque hoc loco de syllabis auxiliaribus et de varia Nisibenorum ratione in adhibendo Mĕhaggĕyânâ disserit p. 200, deinde p. 201 de Nâγoδâ et Mĕṭappĕyânâ agit Nestorianis solis usitato. Quo in capite ex exemplis prolatis cernitur, Barhebraeum secutum esse Johannem bar Zuʿbi vel ejus magistrum, exempla enim eadem sunt, quae supra p. 128 ex Johanne proposuimus, desunt vero apud Barhebraeum haud pauca ad rem perficiendam necessaria [2]).

---

1) Itaque Lâmaδ primum in ܩܘܛܠܠܗ cum secundo coalescit, et sic etiam in ܟܠܠ ܠܗ, e quibus alterum exemplum ad Mĕṭappĕyânâ pertinet.

2) Quum p. 126 Barhebraeum non in censum vocaverimus, quum statuerimus Nâγoδâ esse signum contractionis, hoc loco ejus verba explicanda sunt, in quibus ab iis recedo, quae Martinus (Journ. as. 1872 Avril-Mai p. 403) docuit. Agitur de sensu vocis ܦܫܝܩ, quam Martinus vertit „prolongavit“ sensu musico, censens Nâγoδâ esse notam musicam, quae indicet cantum extendi, quum Mĕṭappĕyânâ sit signum cantillationis voce submissa perficiendae. Brevi Martinus has lineas retulit inter signa cantilenae, ܩܠܐ. Quod ex verbis Barhebraei non concludi posse censeo, qui haec habet: ܡܚܝܢܐ ܠܐܪܡܝܐ ܠܐܬܪܝܢ ܥܠܬܐ ܡܫܬܡܥܬܐ. ܠܡܬܐܪܟܢܘܬܐ ܕܩܝܡ ܥܠܒܐ. ܕܡܘܠܡ ܒܬܪ ܡܠܐ ܡܦܣܩܬܐ ܢܝܚܝܢ ܐܘܟܝܬ ܦܫܝܩ ܘܡܠܠ ܡܢܝܪ ܡܘܫܚܬܐ ܐܠܝܨܐ ܕܢܝܘܕܐ ܡܡܫܘܚ ܢܡܫܝܢ. ܐܟܡܐ ܕܟܠ . . . ܠܟܝܢ ܕܕܝܠܢ ܕܢܘܚܐ. ܘܠܐܪܡܝܐ ܥܠܒܐ ܕܡܘܠܡ ܒܬܪ ܡܠܐ ܡܦܣܩܬܐ ܒܡܬܐܪܟܢܘܬܐ ܕܡܘܦ ܒܬܪ ܡܠܐ ܠܐܢܝܢܐ. ܠܡܠܟܬܐ ܡܦܩܝܢ ܐܘܟܝܬ ܐܢܝܢ ܘܠܐ ܡܦܫܝܢ. ܘܠܫܘܠܡܗ

X. Observationes orthoepicae.

Res orthoepica primo obtutu ad scholas masorethicas Syrorum pertinere videtur, at si accuratius examinatur, magnam partem ex observationibus orthoepicis et euphonicis Arabum profecta recognoscitur, quas cum praescriptionibus magistrorum Maqrẹyåne Barhebraeus conjunxit. Hinc levis confusio est exorta, multa enim, quae re vera ad permutationes consonantium sunt referenda, quas Arabes ابدال, Barhebraeus ܡܫܬܠܚܦܢܝܬܐ p. 205 dixit, Barhebraeus ad occultationem (ܡܬܛܫܝܢܝܬܐ) retulit, ܡܬܛܫܝܢܝܬܐ enim eas consonantes appellavit, quas praecedentes grammatici ܡܬܚܠܦܢܝܬܐ nuncupaverunt [1]). In tractandis occultandis Barhebraeus secutus est Zamaḫšarii caput de absorptione (الادغام), itaque respondet Barhebraei caput de ܡܬܛܫܝܢܝܬܐ multis in rebus Zamaḫšarii capiti de absorptione, et Barhebraei caput de commutatione (ܡܫܬܠܚܦܢܝܬܐ) Zamaḫšarii capiti de اِبْدَال الحروف. Omnia vero arctissime cohaerent cum usu Dagešî conjungentis in codice Reuchliniano, de quo p. 200 egimus, et cum usu lineae Mẹṭappẹyånå.

ܡܘܪܒܐ ܠܐܒܪܐ ܕܡܫܡܫܢܐ ܦܢܝܢ ܦܢܝܢ. ܐܚܪܢܐ ܕܐܣܘܬܐ . . . ܐܠܦ ܕܠܐ ܪܓܙ ܠܒܢܘܢ ܘܬܘ ܕܡܒܝܢܬ ܡܘܪܒܐ. i. e. concurrentibus duabus consonantibus, vocali destitutis, inter se diversis, Orientales consonantem vocali instructam, quae ante consonantem quiescentem finalem vocabuli prioris posita est, trahunt scilicet extendunt eamque desuper linea obliqua, Nåγoδå dicta, instruunt, quemadmodum e. c. Låmaδ vocis ܕܒܠܐ ܕܪܘܚܐ; — concurrente vero quiescente finali vocis primae cum consonante vocali instructa initiali vocis secundae, quiescentem (finalem) obserant, scilicet claudunt neque extendunt, et infra linea recta, Nåγoδå dicta, instruunt, uti e. c. Ålaφ vocis ܕܠܐ ܪܓܙ et Taw vocis ܡܒܝܢܬ ܡܘܪܒܐ. — Opponit Barhebraeus ܡܠܒܫ et ܐܣܪ i. e. syllabam lå neglecta littera Ålaφ in exemplo primo extendit usque ad Dålaϑ vocis δẹruḥå, in altero vero exemplo syllaba lå clauditur ante råγez neque extenditur usque ad r initiale. Cantilenae hic nulla vestigia percipio. Cf. p. 127 Ib, 128 IIb.

1) Hic dicendi usus ab Arabibus est desumtus, qui voce اِخْفَاء utuntur Muf. p. 194 l. 6 infra.

Et ut ad singula accedamus [1]), — occultatur:

1) ܬ in ܛ et vice versa: ܪܘܚܬ ܛܠܡܐ, ܐܝܬ ܛܠܠܐ et ܦܠܛ ܬܘܪܐ, ܣܚܛ ܬܠܝܐ. Bhbr. p. 198 l. 8.

Convenit cum lege Zamaḫšarii Mufaṣ. p. 194 infr.

2) ܗ in ܚ, sive praecedit sive sequitur: ܡܫܒܚ ܗܘܐ, ܢܦܩܗ ܚܡܪܗ. Ib. l. 13.

3) ܥ in ܚ, sive praecedit sive sequitur: ܦܘܫܚ ܥܡܡܐ, ܡܫܥ ܚܡܪܐ.

Utraque observatio e Zamaḫšario profluxit dicente: الهاء تُدَّغَمُ فى الحاء وقعتْ قبلها او بعدها et العين تدّغم فى مثلها وفى الحاء وقعت بعدها او قبلها . . . Muf. p. 192.

4) ܢ occultatur in ܙ, ܨ, ܠ, ܘ, ܩ, ܣ, ܒ, ܠ, ܛ, ܓ, ܦ, ܐ, ܫ, ܬ. Secundum Zamaḫšarium p. 194 Nun occultatur in litteris يرملون, at alii in quindecim litteris, e quibus sunt ج, ك, ق, occultant Nun, et ante ب Nun commutant in م, quorum a partibus stetit Barhebraeus.

Uti hic antiquam Syrorum de ܡܬܛܫܝܢܘܬܐ doctrinam Arabum observationibus auctam et nova inscriptione arabizante ܡܫܬܦܝܢܘܬܐ ornatam habemus, ita et in capite de ܡܫܚܠܦܢܘܬܐ ad antiquas Syrorum leges, quas inde a Jacobo Edesseno p. 53 usque ad Eliam Nisibenum et Josephum bar Malkon prosecuti sumus p. 124, accesserunt observationes ad analogiam grammaticae arabicae formatae, in qua dialecti distinguebantur et Ṭayitarum pronuntiatio (لُغَةُ طَيِّئٍ) Muf. p. 174 infr., 176 l. 2 aliaeque dialecti (فى بعض اللغات Muf. p. 176 l. 7) e. c. dialectus Ḫanṭ'alitarum (ib. l. 9) et Kalbitarum ib. 177 l. 2 commemorantur [2]). Hoc igitur exemplo commotus Barhebraeus dialectos distinxit, et permutationes consonantium ita distribuit, ut loquatur

1) Ad ea quae sequuntur cf. Martin in Journ. asiat. 1872 Avr. p. 336, qui de duabus dialectis linguae syriacae doctissime disseruit. 2) Cf. De Sacy Anthologie grammat. p. 110, 266, et حفنى افندى ناصف in Verhandlungen des VII. internat. Orientalistencongresses. Sem. Abth. p. 76. Wien 1888.

1) de iis, quae Syris omnibus sunt communes p. 205. His adnumerat eas, quas Jacobus Edessenus constituit cf. supra p. 54: mutatur ܙ in ܣ. et ܙ in ܨ, supra p. 121, 2, ܓ in ܟ݁ c. Quš., et ܦ in ܒ݁ cum Quššāyā [1]).

Quibus addit:

2) Permutationes Occidentalium, ܥ in ܐ, ܐ in ܝ, ܝ in ܐ, ܗ in ܐ, ܐ in ܘ, ܐ in ܥ. Gr. m. p. 240, 17. Quae hic tractantur pleraque ad pronuntiationem pertinent, ܒܘܝܐܐ buyāyā, ܚܝܬܐ cum Ālaφ ܐܚܝܬܐ, ܚܙܐܘܗܝ, hǝzawuhy, et recte in capite de ܡܫܚܠܦܢܘܬܐ tractarentur [2]). Mutationes verae sunt ܡܘܙܢܐ pro ܡܘܙܐܐ al. et 'uhdānā pro ܥܘܗܕܢܐ.

3) Permutationes Orientalium in locis quibusdam biblicis, quemadmodum concurrente ܡ in voce ܬܬܥܩܪ Matth. 15, 13 consonantem ܥ tamquam ܚ pronuntiant, vel ܕ ante ܪ cum Quš. in ܡܕ ܪܒܝ Matth. 20, 2, et ante ܬ݁ cum Quš. in ܡܕܬ Matth. 20, 13 ut ܣ proferunt. — His accedunt aliae permutationes non in lectione biblica solum verum omnium consuetudine receptae hae:

a) ܒ݁ cum Quš. sequente ܬ cum Ruk. vel ܫ fit ܦ݁; ergo ܚܒ݂ܬܐ, ܐܬܠܒ݂ܫܬ legenda sunt hapǝϑa, iϑlapǝšaϑ. — Vice versa ܦ݁ cum Quš. ante ܕ݂ cum Ruk. fit ܒ݁ cum Quš. e. c. ܩܘܦܕ݂ܐ kubǝδa, ulula (neosyr. ܩܘܦܬܐ). Idem fit ante ܚ et ܛ, e. c. ܢܦ݁ܛܐ, et ܡܬܦ݁ܛܚܝܢ. — Cf. Noeldeke Mand. Gramm. p. 48.

b) ܪ݁ cum Quš. accedente ܬ݂ cum Ruk. fit ܬ݁ cum Quš.; ergo ܐܘܚܪ݁ܬܐ 'uhtta, ܫܪ݁ܬܐ, šitta. Mand. פרכתא ex פרכתתא ex פרגדתא.

c) ܛ sequente ܦ݁ cum Quš. fit ܒ݁ cum Quš. e. c. ܢܣܛܦ݁ܣ; cf. supra p. 122, 6.

d) ܛ sequente ܬ݂ cum Ruk. vel ܫ, fit ܬ݁ cum Quš. e. c. ܠܘܛܬܐ, ܢܛܫ; cf. supra p. 121, 3. (Mand. אנטשיא = ܐܢܫ!)

---

1) Pro ܡܩܘܫܝܬܐ ܒܘܦܦ Barhebr. Gr. maj. 205 l. 5 infra legendum est ܡܩܘܫܬܐ ܒܘܦܦ.

2) E contrario Orientales in ܝܘܐܝܠ, ܫܡܘܐܝܠ, ܩܡܘܐܝܠ, ܐ in ܘ commutant i. e. proferunt Yuwil, Šǝmuwil, Qǝmuwil. Bhbr. Gr. m. 208 infr.

e) ܨ sequenti ܓ vel ܟ cum Quš. fit ܙ; e. c. ܒܨܟܐ, ܢܨ̈ܓܐ, cf. supra p. 121, 2. Noeldeke Mand. Gr. 45.

f) ܣ sequente ܟ vel ܕ cum Quš. fit ܙ: e. c. ܢ̈ܣܟܐ, ܡܣܕܐ. Quocum consentit usus arabicus, de quo Zamaḫšarius dicit: الصاد الساكنة اذا وقعت قبل الدال جاز ابدالُها زايا خالصة فى لغة فصحا من العرب ومنه لَمْ يُحْرَمْ مَن فُزْدَ لَهُ الاخ [1]. Alii ص non mutabant in ز, at simili modo ut ز pronuntiabant (تصارع); ص vocali instructum non commutabatur in ز, at ratione simili pronuntiabatur, qua de re Sibawaihius dixit: المضارعة اكثر واعرب من الابدال والبيان اكثر Muf. p. 177 l. 3. Noeldeke ib.

g) ܣ sequentibus ܙ et ܟ et ܕ cum Quš. fit ܓ cum Quš. e. c. ܒܣܡܟܐ, ܡܣܕܐ, ܢܣܟܐ; cf. supra p. 121, 4.

h) ܣ sequentibus ܨ et ܛ cum Quš. fit ܟ cum Quš. e. c. ܒܣܣܡܐ, ܡܣܡܛܐ, ܦܣܣܓ. Aliam definitionem vide supra p. 122, 7. — Mand. אכצאלּיא, rad. ܒܣܨ, pungit me. Noeldeke 40.

i) ܨ sequente ܛ in vocibus graecis fit ܣ e. c. ܐܣܛܪܘܣ, ܐܣܛܪܛܝܓܐ. Hinc explicatur ص arabice in قَصْر = *κάστρα*, صراط = strata, لِصّ = *λῃστής*, syr. ܠܣܛܐ, in Targumo babylonice לִסטִין. — Aliam definitionem vide p. 122, 8. Noeldeke 45.

k) In vocabulo graeco ܩܦܘܕܩܐ Cappadox, Dâlaϑ cum Quš. abit in ܛ, de quo vide supra p. 122, 5. Barhebraeus opponit, in hoc vocabulo ܕ habere Rukâχâ et errasse Orientales in definienda hac lege. Quae porro addit eam ob causam explicanda sunt, quia pronuntiationem linguae graecae saeculo XIII illustrant. Nostro tempore Graeci *τ* fere tamquam mediam sonantem proferunt, non solem post *ν* e. c. *μάντις* = mandis, sed etiam sine *ν* e. c. *τέρατα* = derada [2]. Si Syrus hunc sonum *d* suis litteris

1) Hic فُزْدَ pro فُصِدَ positum est. Sensus est: Non perditus est is, cujus camelo vena est secta (ad eum cibandum).

2) Idem locum habet in *π*, quod fere ut *b* proferunt, *β* enim est *w*, et ubi

reddere volebat, ܕ = Dālaϑ cum Quššāyā ei adhibendum erat. Ita factum est ut graecum τ homini Syro nihil aliud videbatur esse quam ܕܠܬ ܡܩܫܝܬܐ. Itaque haec dicit Barhebraeus: ܕܠܬ ܡܩܫܝܬܐ ܝܘܢܝܬܐ. ܛܝܬ ܡܬܟܬܒܐ ܣܘܪܝܐܝܬ ܐܝܟ ܕܒܦܛܪܘܣ ܘܛܝܛܘܣ i. e. „Consonans *d* (quae Syris est Dolaϑ Quššāyā instructum) graeca syriace scribitur ܛ, ut in *Πέτρος* = ܦܛܪܘܣ, *Τίτος* = ܛܝܛܘܣ“. Hinc sequitur Barhebraei temporibus Graecos legisse Be*d*ros, Di*d*os, quod etiam hodie faciunt, et Barhebraeum *τ* dicere *d* cum Quššāyā, *δ* enim est ܕ cum Rukāχā, scil. *d* aspirata media = *th* in anglico *this*. Historia pronuntiationis graecae medio aevo hucusque inexplorata est, eo doctius licet argumentari de quaestione, quonam modo veteres Graeci suam linguam pronuntiaverint, inter homines, qui linguam hodiernam ignorant.

l) ܫ ante ܟ, ܓ, ܕ cum Quš. fit ج. Cf. p. 122, 10 et Mufaṣ. p. 177 l. 9.

m) ܬ cum Ruk. accedente ܟ cum Quš. et ܓ cum Quš., et ܓ cum Ruk. fit ܕ cum Ruk. E. c. ܢܬܟܪܘܢ, ܢܬܓܠܘܢ, ܦܬܓܡܐ, in hoc vocabulo enim ܓ habet Ruk. Noeldeke 42.

n) ܙ abit in ܨ in voce ܚܡܣܙܐ. Causa in aprico est, ܣ enim sibilantem mediam ܙ sibi assimilat, et ex ea consonantem tectam مطبقة fecit. Eandem vim Gutturalis habes in 4, a.

4) Affert Barhebraeus permutationes turpes (ܫܚܝܩܐ, quod cum arabico شاذّ contulerim).

a) Occidentalium, qui ܬ concurrente ܠ in ܛ mutant et e. c. pro ܦܘܪܬܠܐ dicunt ܦܘܪܛܠܐ, musca, neosyr. ܦܝܪܛܢܐ [1]). — Idem pro ܬܓܪ proferunt per ܛ ܛܓܪ; — pro ܛܓܓܠܐ per ܠ ܛܓܠܐ = *τήγανον*; — pro ܓܒܪܐ et ܓܒܪ per ܓ ܓܒܪܐ et ܓܒܪ.

---

nostrum *b* volunt scribunt *μπ*, e. c. *μπάγκος* = Bank, *μπαζάριον* = بازار, *μπαλκόνιον* = Balcon, *μπαϊράκια* = بيرق al. — Ante *ι* positum *δ* aspirari non potest, itaque ex *διά* fit *γιά*.

1) Haec res ad intellegendam pronuntiationem Neosyrorum gravissima est, qui ubi Gutturalem perdiderunt, concurrentes consonantes sono tectarum consonantium (مطبقة) instruxerunt. Cf. Gram. mea syr. I, p. 40.

b) Orientalium, qui pro ܦ̣ et ܒ̣ cum Ruk. proferunt ܘ e. c. awa wawra = ܐܒܐ ܘܒܪܐ, nawša = ܢܦܫܐ, šawiq = ܫܒܝܩ. Iidem ܗܘ Particulae ܗܳܘ̇ in ܟ̇ cum Quš. mutant pro ܗܘ ܐܟ݂ܠ dicentes ܟܐܐ ܐܟܠ i. e. kẹ'a aχil. — Consonantem ܒ in ܐܪܘܒܠܐ, ܣܘܒܠܐ in û praecedens resolventes prorsus omittunt. Cf. Gram. mea syr. I, p. 6.

5) Praeter has commutationes apud Orientales et Occidentales usitatas etiam aliae aliis in regionibus sunt ex incuriosa consuetudine procedentes, quarum magnum numerum potuisset recensere, si Mandaeos curasset, at solos Palaestinenses respexit. Hi in vocibus ܐܬܪܐ et ܐܬܐ pro ϑ proferunt ܦ̣ cum Ruk. quod eo magis notandum est, quia vice versa pro فم (os) iidem dicere solent ثم Burckhard Travels in Syria p. 40. — Iidem ق in ا commutant i. e. omittunt, quae est pronuntiatio Aegyptiaca et hodie etiam in urbibus Palaestinensibus adhibita. Gram. syr. I, p. 8 [1]).

Dialectorum in vocalismo varietatem Barhebraeus non neglexit (Gr. maj. p. 237), sed singula persequi a proposito historiae artis grammaticae est alienum, opus est ad lexicographum et grammaticum pertinens [2]). Omittimus etiam doctrinam de aspiratione, quam inconsulto duabus partibus absolvit, verba a nominibus segregans. Quae omnia iis curanda sunt, qui Prymii et Socini textus neosyriacos legunt.

Non dubito quin omnes, qui hanc Barhebraei de orthoepia Syrorum dissertationem cum antiquiorum Grammaticorum legibus contulerint videant, quantopere Barhebraeus eos superaverit; simul vero nemo negabit, scholae arabicae Barhebraeum methodum debere, qua adhibita tantum profecit.

XI. De Punctis.

Quodsi in tractanda orthoepia Arabum exemplo est usus, in tractanda scriptura, ad eam enim pertinent puncta, sola praecedentium grammaticorum Syrorum auctoritate potuit niti, qui grammaticam, cujus pars magna e scholis masorethicis profecta erat, secundum varium punctorum usum docuerunt [3]). Josephus

---

1) Baedeker (Socin) Palaestina p. CXXXII: ق Scenitis est *g*, incolis urbium nihil est nisi hiatus; rusticoli et scenitae saepe tsch (č) proferunt.

2) Martin Journ. as. 1872 Avr. autographice Barhebraei notulas in unum contractas edidit.

3) Jacobi Edesseni tractatus de punctis verborum, generis et vocalium a

bar Malkon grammaticam secundum octo varios usus puncti in capita distinxerat cf. p. 135, quae ita appellavit: 1 ܢܘܩܙܐ ܕܦܘܚܡܐ, 2 ܕܐܘܪܟܐ, 3 ܕܣܝ̈ܡܐ, 4 ܕܫܘܝܐ, 5 ܕܐܘܚܕܢܐ ܘܕܡܘܫܚܐ, 6 ܕܡܫܚܠܦܘܬܐ, 7 ܢܘܩܙܐ ܠܡܫܡ̈ܗܢܐ ܕܐܬ̈ܘܬܐ, 8 ܕܫܠܝܘܬܐ. Eadem via incedentem videmus Severum bar Šakku, cujus haec sunt nomina: 1 ܕܦܘܚܡܐ, 2 ܕܣܝ̈ܡܐ, 3 ܕܗܘ ܟܝ̈ܢܐ = ܕܐܘܪܟܐ Josephi, 4 ܕܦܘܪܫܢܐ = ܕܫܘܝܐ Josephi, 5 ܕܐܘܚܕܢܐ ܘܕܡܘܫܚܐ, 6 ܕܡܫܚܠܦܘܬܐ, 7 ܢܩ̈ܫܬܐ, 8 ܕܫܠܝܘܬܐ, — et octo haec capita in duas partes secundum magnitudinem punctorum collegit Johannes bar Zuʿbi, qui puncta magna ܢܘܩ̈ܙܐ ܪ̈ܘܪܒܐ et ܢܘܩ̈ܙܐ ܙܥܘܪ̈ܐ distinxit [1]).

Acutum Barhebraei ingenium tertiam classem punctorum mediae magnitudinis (ܡܨ̈ܥܝܐ ܕܪܒܘܬܐ) addidit, quod acutius quam verius ita definitum videtur. Puncta minima sunt vocales, media Sȩyâme et characteristica Personarum verbi; quibus accedunt Rukâχâ et Qušâyâ, distinguentia ܕ et ܪ, characteristica feminini et puncta dicta ܕܡܠܝܐ, quibus significatur ܗ esse pronuntiandum. Puncta magna sunt accentus. Eadem igitur genera octo habes, quae Josephus et Severus proposuerunt uno discrimine. punctum enim ܕܫܠܝܘܬܐ Josephi p. 120 et Severi p. ܡܘ omisit, ejusque loco punctum ܕܡܠܝܐ introduxit, quod apud alios Grammaticos non vidimus. De quo haec docet: Signum pronuntiandi (ܡܠܝܐ) litterae ܗ speciale est; Occidentalibus punctum mediae magnitudinis est post [2]) ܗ positum, quod docet ܗ esse proferendum ita ܗܘܐ, ܗܘܐ ܗܘ, ܗܘܬ, Orientales vero ejus loco duo puncta minima ponunt. Quodsi ܗ pronuntiando omittendum est Occidentales

Martino et a Phillips editos non curavi, quia mihi nihil nisi excerpta continere videntur. Jacobus vix dixit: ܡܛܠ ܕܡܦܩܘܬܗ ܡܢ ܣܘܪܝܝܐ ܠܡܩܕܢܘܬܐ, neque vocabulum ܐܘܪܐ, incendium, tamquam tertiam formam cum ܐܘܪܐ, ܐܘܪܐ conjunxisse censendus est.

1) Locos edidit Martinus Journ. as. 1872 Avril p. 422.

2) Id est a sinistra litterae ܗ positum.

nullum punctum addunt, ita ut puncto deficiente ܗ omittatur, Orientales vero unum punctum minimum post ܗ ponunt, quo indicant ܗ esse omittendum. Itaque in phrasibus: ܐܚܠܐ ܗܘ ܠܡܫܡܫܢܘܗ ܠܡܫܡܫܢܐ, ܐܝܬܝܗ ܡܠܐܐ ܗܘܝܬܗ, ܐܬܝܗܘܗܝ ܗܘܐ, in quibus ܗ occultatur, Occidentales punctum non ponunt, Orientales vero ܐܝܬܝܗ ܡܠܐܐ ܗܘܝܬܗ, ܐܬܝܗܘܗܝ ܗܘܐ cum puncto uno minimo scribunt. E contrario in phrasibus ܗܘ ܕܝܢ, ܠܐ ܗܘܝܬ ܐܢܐ ܦܫܩ, in quibus ܗ pronuntiatur, duo puncta, quae posuimus, ex consuetudine Orientalium sunt posita, Occidentales enim scribunt ܠܐ ܗܘܝܬ ܐܢܐ et ܗܘ ܕܝܢ ܦܫܩ. Denique punctum superius in ܗܘ̇ܘ, quo distinguitur pronominis forma ܗܘ̇ܘ, utrique crassius desuper pingunt. Ita Barhebraeus p. 242, cujus verba hucusque a Grammaticis non curata usum scribendi in codicibus Nestorianis constantissimum egregie explicant, de quo equidem saepissime dubius haesi [1]).

Quum de reliquis punctis, Sẹyâme dico et characteristica Personarum, hoc loco nihil addendum videatur, tandem aliquando ad ultimum caput de accentibus pervenimus, in quo Barhebraeus fundamento utitur systemate Jacobi Edesseni, quod p. 99—100 proposuimus, ita tamen, ut etiam doctrinas ab hoc systemate alienas admiscuerit, quo facto rem turbavit. Hae variae doctrinae postquam aeque Jacobi ac Nestorianorum p. 177 theorias recognovimus, jam possunt distingui, et indoles Barhebraei litteraria perspici, cujus diligentiae cognitionem quidem primam grammaticae Jacobi debemus, qui tamen non id egit, ut Jacobum accurate exprimeret, sed ut grammaticam in usum practicum componeret, ideoque Jacobi mentem non semper omni cura secutus est. In introductione de historia accentuum et de Jacobo omnino tacet, neque systemata Nestorianis propria commemorat, quorum mentionem occasione oblata adjecit, quo facto lectoribus, qui reliqua non cognoverunt, opinio oritur, unum tantum fuisse accentuum apud Syros usum, quae deinde ipsius Barhebraei adnotationibus refutatur. Haec enim dicit: „Quia in omni dictione, quum audiatur, ex eadem phrasi (sive membro uno periodi [2])) sine additamento et sine diminutione nominum, verborum et particularum, quae

1) Cf. ex c. supra p. 185, VII in codice Nestoriano ܗܘ̇ܝܪ ܗܘ̣ܝܪ.

2) Ita intellegenda est vox ܦܣܩܐ ܗܘܡܕܝܘܗܝܐ i. e. membrum periodi identicum, idem.

eam constituunt (= ܕܒܪܘ) — sed potius sola mutatione modulationis vocis (ܫܘܚܠܦܐ ܕܢܒܚܐ) varios sensus percipere potest is qui audit, artem adhibuerunt (ܐܬܬܓܪܘ = *τέχνην εἰργάσαντο*) scribae syriaci, qui fundamenta diorthotica (ܕܫܬܐܣ̈ܐ ܬܪܘ̈ܨܝܐ) linguae suae posuerunt, et intentionibus recitationis (ܢܝ̈ܫܐ ܦܘܢ̈ܩܡܐ[1])) signa punctis constantia adhibuerunt, eo consilio, ut phrases illae dubiae, e quibus una quaeque intentionem specialem (sensum proprium, ܢܝܫܐ ܕܡܠܬܐ) indicat, quemadmodum a loquente per auditum, ita etiam a legente, simulac per visum cognoscuntur,

---

1) Ad intelligendum sensum periodi admodum difficilem necessarium est cognovisse, quid sibi velint voces ܢܝ̈ܫܐ ܦܘܢ̈ܩܡܐ, quae a ܢܘܩܙܐ i. e. punctis et ܣ̈ܝܡܐ ܢܘܩܙܝܐ i. e. notulis punctis constantibus probe distinguendae sunt. Hoffmannus (De Hermen.) p. 201 sq. docuit, ܦܘܢ̈ܩܡܐ esse *προσῳδίας* Graecorum, quam vocem triplici sensu adhibent: 1 sensu musico de voce et sono tibiarum, — 2 ita ut designent paroxytonon, oxytonon, perispomenon i. e. accentum singuli vocabuli, — 3 ita ut simul *τῶν τόνων καὶ τῶν χρόνων καὶ τῶν πνευμάτων* habeatur ratio, quibus etiam *τὰ πάθη* adduntur, ad quae pertinet *ἡ ὑποδιαστολὴ ἐπὶ διαιρέσει καὶ τομῇ τοῦ λόγου.* Bekker Anecd. gr. 703; 713, 20. Addo definitionem Herodiani, qui dicit: *προσῳδία ἐστὶ ποιὰ τάσις ἐγγραμμάτου φωνῆς ὑγιοῦς, κατὰ τὸ ἀπαγγελτικὸν τῆς λέξεως ἐκφερομένη μετά τινος τῶν συνεζευγμένων περὶ μίαν συλλαβήν, ἤτοι κατὰ συνήθειαν διαλέκτου ὁμολογουμένης ἤτοι κατὰ τὸν ἀναλογικὸν ὅρον καὶ λόγον.* Ib. 676, 17; 678, 11. — Hinc sequitur ܦܘܢ̈ܩܡܐ designare aeque accentum singulorum vocabulorum ac totius sententiae. Deinde ܢܝܫܐ est signum, scopus, propositum, intentio, quo fit ut ܢܝ̈ܫܐ ܦܘܢ̈ܩܡܐ, ad quae exprimenda signa punctis constantia adhibuerunt, ab his punctis sint diversa. Itaque ܢܝ̈ܫܐ ܦܘܢ̈ܩܡܐ ad sensum et ad indolem rhetoricam imo ad *ὑπόκρισιν* pertinent, neque aliud significant nisi intentiones loquentis, quae justa „prosodia", sive recitatione ad rationem instituta, ad auditum auditoris perferuntur. Hae intentiones loquentis, qui recta recitatione debet uti, adhibitis signis, quae temporalia et mimetica esse p. 78 vidimus, exprimenda sunt, ita ut puncta signa sint, quibus vocis modulatio indicatur. — Rem ita sese habere sequentia docent, praeterea vero et Severus bar Šakku quae diximus confirmat, qui docet p. ܠܐ l. 18, distribui ܦܘܢܩܡܐ in duo genera, quorum unum pertinet ad singula vocabula, alterum ad varios orationis sensus, quod sensu speciali appelletur ܦܘܢܩܡܐ, et quod ad definiendum quam accuratissime sensum orationis apponatur. Cf. supra p. 63, 250[2]) et Bhbr. Gr. m. p. 247 med.

possint recitari". Necessariam esse positionem punctorum, quae definiant intentiones recitationis, intellegitur ex exemplis, nam si quis accentum objurgationis (ܐܶܟܣܘܬܐ) et accentum protasin distribuentem (ܦܩ̈ܕܐ) in enuntiato hoc: ܠܐ ܗܘܐ܂ ܡܢ ܙܪܥܗ ܕܕܘܝܕ܀ non videret, crederet esse sententiam apodicticam, cujus sensus foret: Christus non fuit de semine Davidis cet.

Agit igitur solum de usu et necessitate accentuum nulla historiae habita ratione, deinde addit, convenire his accentibus intonationes quasdam modulatas (ܩ̈ܠܐ ܢܥܡܬܢܝ̈ܐ), quae sola viva voce doceri et addisci possint [1], et enumerat omnes accentus, de quorum mystica interpretatione, ex ignorantia profecta p. 248 med., quaedam docet, quae nobis praetereunda sunt [2].

Quadraginta Occidentalium esse accentus dixit [3], quattuor radicales, triginta sex derivatos. Radicales sunt šellåyå, taḥtåyå, šgwayyå, påsoqå. Inter triginta sex derivatos viginti octo dicuntur simplices, itaque restant octo compositi, at hi numeri ex catalogis neque in editione Martini, neque in editione, quam Phillips (Letter of Mar Jacob p. ܣܡ) exhibuit, effici possunt. Deest inter accentus simplices ܦܣܘܩ ܡܫܚܠܬܐ [4], ܦܘܫ ܠܡܫܠܬܐ [5], ܡܘܡܐ, ܡܘܦܩܢܐ et

1) Alia lectio Martin p. 247, 16 est ܡܢ ܓܢܣܐ ܕܩ̈ܠܐ ܘܡܩܪܝܢܝ̈ܐ, i. e. pertinent ad reχne = modulationes *et sunt* recitativa. Nos p. 82 [3]) de hoc loco dubium movimus, quia de ܩ̈ܠܐ ܢܥܡܬܢܝ̈ܐ collato נעימה p. 74 cogitavimus. Si ܩ̈ܠܐ ܢܥܡܬܢܝ̈ܐ legitur, Barhebraeus Judaeorum Neginam vix omisisset, si vero alia lectio recta est, non cantilena sed modulatio naturalis vocis in recitatione in censum vocanda est. Tunc Graecorum lectio recte comparatur et Hebraeorum Negina omittitur.

2) Res est similis dogmati Judaeorum, puncta vocalia esse inspirata.

3) Jacobus Edessenus quadraginta septem immutationes accentuum esse dixit, Phillips Letter p. ܣܙ, quos Syri ܥܘܕ̈ܪܐ ܕܢܝ̈ܫܐ dicunt, ܥܘܕ̈ܪܐ enim est nomen, quo puncta, ܢܘܩ̈ܙܐ, designant. 4) Severus p. ܠܗ, 13; 94, 3.

5) Hic accentus supra p. 89 idem esse dicitur qui ܦܣܘܩ ܦܩ̈ܕܐ. Ceterum Barhebraei catalogus ex Jacobo supra 90 desumtus est, in fine vero p. 90 l. 8 infra confusio incipit. Eum ipsum, quem p. 90 restituimus catalogum a Barhebraeo esse adhibitum, ordo accentuum probat. Nec plura is in ipso Jacobo legit, quam ea quae nobis hodie servata sunt, nam quae de ܡܫܚܠܬܐ Phill. 54, ܠܣ = 256 Mart. ex Jacobo attulit, in nostris excerptis leguntur supra p. 98 l. 3.

ܦܘܣܠܦ ܡܪܘܦܚܐ. Praeterea vero Barhebraeus commemorat ܦܘܣܠܦ ܟܪܝܐ p. 257 l. ult. Martin, p. 57 et ܡܪ Phillips, qui accentus alibi non occurrit.

Restat ut demonstremus, quae in Barhebraei observationibus ad systema Nestorianorum pertineant. P. 48 ܠܒ Phill. = 253 Martin commemorat ܪܗܘܛܐ ܕܒܬܪܗ, quod quidam in membro ܠܐ ܠܟܘܢ ܗܠܐ ܢܟܪܝ ܐܘܪܚܐ ponunt, quod tamen est signum Orientalium, supra p. 199, ܡܣ; 192, 32; 196, ܒܗ, apud quos pro samkâ adhibetur. Eodem modo ܪܗܛܐ signum Orientalium adhibitum dicit p. 53, ܠܓ Phill. = 255, 5, Mart., quod Occidentales non habuerunt supra p. 180, 23. Occasione oblata etiam de ܪܗܛܐ loquitur, quod Orientales pro ܪ̈ܗܘܛܐ legunt Prov. 31, 23. Phill. p. 62, ܡܒ = 260, 2. Mart.

Idem p. 253 Mart. docet pro ܡܟܟܢܐ Orientales adhibere ܬܠܬܢܐ ܕܬܠܬܐ. Cf. supra p. 180, 25.

Deinde docet Orientales dicere ܪܚܐ ܡܙܝܥܢܐ et ܫܚܐ accentum eum, quem Occidentales appellant ܬܟܣܐ Phill. p. 50, ܠܗ = 254 Mart. et supra p. 182, nam Męzišânâ parvum est ܪܗܛܐ ܕܡܙܝܥܢܐ.

Imo de adhibendo Nâγoðâ loquitur, quod signum Orientalibus usitatum, Occidentalibus ignotum erat, quum dicat in loco 2 Cor. 6, 4—6 adhiberi Gârorâ, in sequentibus vero Nâγoðâ. Phill. p. 56, ܡܪ = Mart. 257, 14. Hoc igitur in loco systema Jacobi expressisse non potest. Porro p. 261 de ܡܥܠܡܢܘܬܐ tradit, quem accentum postquam Nisibin schola Edessena traducta est, magistri scholarum persicarum adhibuerunt, qui ubi compluria reϑme excipiebantur a taḥtâyâ, post quod pâsoqâ positum est, phrasin lentius (ܬܟܣܐܬ, al. lect. ܬܟܣܣܐܬ[1])) recitabant et recitari jubebant, quod ornamentum recitationis habebant. Raro hoc signum adhibetur, cujus exemplum est: ܢܬܟܢܫܘܢ ܡܝ̈ܐ܂ ܕܠܬܚܬ ܡܢ ܫܡܝܐ܂ ܠܐܬܪܐ܂ ܚܕ܂ ܘܬܬܚܙܐ ܝܒܝܫܬܐ܂ Genes. 1, 9. Cf. supra 191, 20; 196, ܚܪ, ubi cod. Berol. puncta recta, non obliqua ut ܬܟܣܐ praebet. Res confusa est.

1) Verbum ܬܟܣ est retinuit, repressit Joh. Ephes. 158, 240, impedivit Isaac Ant. II 204. Jos. Styl ed. Wright 31, 7 et ἀποστοματίζειν Luc. 11, 53.

Denique de Naφṣâ, quod in Barhebraei grammatica p. 259, 10 Mart. = ܡܘ Phill. scribitur ܢܦܨܐ, eadem fere docet, quae p. 178, 179 ex codice Musei Britt. Add. 12138 protulimus, simul nomen Ramišoʒi addens, ita ut intellegamus, unde hauserit suas de Orientalibus adnotationes.

Sub finem addendum videtur, ea quae de Mȩβaṭṭȩlânâ apud Barhebraeum Phill. 55, ܪܢܘ = 256 Mart. legantur, omni numero confirmare ea, quae nos supra p. 86 de usu hujus accentus diximus. Ita enim docet: ܡܒܛܠܢܐ ܡܢ ܒܘܛܠ ܙܘܥܐ ܐܬܐ ܕܡܫܬܒܪ܆ ܕܐܝܬ ܙܘܥܐ ܟܕ ܠܐ ܐܝܬ ܢܫܒ. ܐܝܟ ܠܐ ܬܬܕܡܪ܆ ܕܐܡܪܬ ܠܟ ܕܘܠܐ ܠܟܘܢ ܠܡܬܝܠܕܘ ܡܢ ܕܪܝܫ. ܘܗܪܟܐ ܐܠܝܨܐ ܙܘܥܐ ܡܫܬܒܪܐ. ܕܥܠܝܐ ܘܬܚܬܝܐ ܐܘ ܕܡܝܐ ܐܢܫ ܟܕ ܠܐ ܫܠܝܡܐ ܐܦܘܕܘܣܝܣ ܦܪܘܛܐܣܝܣ. ܫܠܐ ܕܝܢ ܙܘܥܐ. ܡܛܠ ܕܒܪܥܝܢܐ ܕܣܝܡ܆ ܗܘ ܡܥܠܝ ܘܡܪܚܩ ܡܢ ܗܘܐ ܕܦܫܝܩܐ ܐܦܘܕܘܣܝܣ ܡܫܬܡܥ. ܐܝܟ ܪܘܚܐ ܐܝܟܐ ܕܨܒܝܐ ܢܫܒܐ ܘܫܪܟܐ i. e. Mȩβaṭṭȩlânâ, i. e. *cessare faciens*, a cessante motione (= cessante progressu orationis) dictum est, ubi motio (progressus orationis) esse putatur, quae re vera locum non habet. Exemplum sit: Ne mireris, quia dixi tibi: oportet vos nasci denuo, Joh. 3, 7. Hoc in loco progressus orationis per ʒellâyâ et taḥtâyâ vel similem accentum indicandus necessarius putatur, quia protasis nondum finita est. At cessat progressus orationis, quia in animo posita est (ܡܬܬܣܝܡ) res altior et sublimior, et remota ab apodosi, quae facilis est intellectu, nempe: Spiritus ubi vult spirat cet.

Patet per Mȩβaṭṭȩlânâ indicari additamenta, quibus naturalis progressus orationis disrumpitur, in sententiis enim Johanneis: „Quod natum est ex carne, caro est: et quod natum est ex spiritu, spiritus est: (non mireris quia dixi tibi: oportet vos nasci denuo) Spiritus ubi vult spirat: et vocem ejus audis, sed nescis unde veniat aut quo vadat: sic est omnis, qui natus est ex spiritu“, — nemo non videt, ea quae per Mȩβaṭṭȩlânâ indicantur, additamentum esse interpositum ac Mȩβaṭṭȩlânâ nostris respondere uncinis. Videant ergo qui libros sacros syriace edendos sibi sument, quodnam systema accentuum adhibeant, excutiant codices, dijudicent scholas et unam solam sequantur, accentuum enim positio est exegesis.

Sufficiat hic de thesauro grammatico Barhebraei commentariolus, quo methodum viri acutissimi simul et doctissimi describere conati sumus, qua ex fontibus suis novum opus componere studuit. Haesit ubi Arabes haeserunt, syntaxin a doctrina de formis non distinguens, quod inde explicatur, quod utrique Arabes et Barhebraeus grammaticam non eo consilio tractaverunt, ut homines linguae ignaros syriacam vel arabicam linguam docerent, sed id appetebant, ut Syros homines et Arabes ad suam quemque linguam perspiciendam et ad exegesin librorum antiquorum excolendam adducerent. — De excerptis, quae grammatica metrica comprehendit et de tractatu de vocibus similibus nihil addendum censemus. Sequitur in scribenda grammatica metro composita Josephum bar Malkon et Johannem bar Zuʿbi, qui haud dubie exempla Graecorum imitati sunt, inter quos inde a Saeculo XI grammaticae metricae componi coeptae sunt. V. Egenolff „Die orthographischen Stücke der byzantinischen Litteratur", Leipzig, 1888, pag. 27 sq., qui Nicetam Serrensem primum praecepta grammaticae versibus tractasse docuit.

Conclusio.

Cadente temporibus Barhebraei Chalifatu simul cecidit studium litterarum humaniorum, Mongoli enim et Turcae cultioris vitae promotores non erant. — Quod Arabibus contigit Islamo addictis, id Syris christianis condicionis miseria oppressis haud felicius cessit et post Barhebraeum ut reliquarum litterarum sic et rei grammaticae studium ita neglectum est, ut nemo per tria fere saecula librum de grammatica composuerit, ne dicam rem grammaticam auxerit et profundius excoluerit. Itaque grammaticae Syriacae perpoliendae fatum id erat, ut ex Syria in Italiam tralata sit, ubi litteris saeculo XV renatis mox etiam exstitere, qui linguas orientales addiscere cuperent. Quod nescio an eam ob causam maxime factum sit, quia Pici Mirandolae exemplum secuti Cabbalam denudaturi linguae chaldaicae cognitione carere non poterant [1]). Inter primos qui orientalibus linguis operam dederunt referendus est Ambrosius Theseus ex comitibus Albonesii et Palatinis Lomelleñ. I. V. Doct., Collegii Dominorum Iudicum Papiae Consul, Canonicus Regularis Lateranensis ac Sti Petri in Caelo Aureo Papiae Praepositus, qui Joanni Potken amicitia conjunctus, studium simul aliis facilitaturus nihil amplius habuit, quam arte typographica nuper inventa libros edere, quem ad finem chalcographi ope litterarum orientalium typos aeri incidi curavit. Natus est anno 1469. Introd. Fol. 193. Vir fuit ingenii fertilissimi, ad linguas comparandas

1) V. Ambrosii Introductionem 1537. Fol. 19, a.

promptus, qui jam id egit, ut litteris latinis puncta et lineas adderet, quibus aspiratae a non aspiratis, Kaφ a Qof al. distinguerentur, et pater transscriptionis habendus est, quum versibus principium summum constituerit his:

Nam tenuis rubro signatur vertice puncto,
Aspirata capit roseum sub pectine punctum.

Ab initio inter Potkenium et Ambrosium disputatum est, quaenam sit lingua chaldaica, cujus nomine Potkenius linguam aethiopicam insignibat, donec ad concilium Lateranense a Julio II convocatum et sub Leone X continuatum praeter Aethiopes, a Presbytero Joanne quem dicunt missos, etiam „Syri Chaldaei" venerunt, a quibus deinde Ambrosius antea elementa punica, hebraica et chaldaica medioriter doctus, Syriaca addidicit. Quod ita ipse enarrat: „Venerunt et Syri Chaldaei, Josephus Sacerdos, Moyses Monachus Diaconus et Elias Subdiaconus. Quorum sacerdos cum divinam lyturgiam (quam Missam hebraico [!] nomine appellamus) celebrare, sacraque deo offerre munere intenderet. Nec prius illi permissum, quam quo ritu sacrosanctum munus perficeret et quibusnam verbis in conficiendo uteretur, clare intellectum foret. Tuncque mihi a Reverendissimo Cardinali Stae Crucis, apud quem fuerant hospitio recepti, delatum fuit onus, ad verbum (quod dicitur) libellum missae chaldaicae transferendi. Tum ego ne munus assignatum defugisse viderer operae pretium me facturum arbitratus sum, si ascitis mecum Hebraeis et Punicis [1]), seu Arabicarum literarum gnaris. . . ad id exsequendum me protinus mature accingerem" [2]). Rogavit igitur primum Hebraeum, cujus nomen non dixit, multarum linguarum peritum, deinde alterum Josephum Gallum, filium medici Julii II pontificis, qui verba chaldaice et arabice ab Elia recitata, lingua materna (gallica?) et latino sermone retulit, ita ut ejus auxilio adjutus Ambrosius textum verborum missae latine reddere potuerit. Hoc studiorum syriacorum in Europa fuit initium, quae deinde edita Introductione in chaldaicam linguam, syriacam atque armeniacam et decem alias linguas promovero tentavit [3]).

Ab Ambrosio ad studia Syriaca excitatus est Albertus Widmanstadius [4]), Novi testamenti editor, qui in praefatione

---

1) Punicam linguam dixit linguam Melitensem. Quum non hujus sit loci de aliis linguis disserere, hoc tantum addo, egregie temporum ratione habita Ambrosium egisse de lingua armeniaca. Coptica quoque aggressus est, imo Glagoliticorum notitiam aliquam habuit. Cf. Fol. 20, b. Operae pretium esset viri benemerentis vitam explorare et scribere.

2) Quod factum est anno 1514, quia anno 1529 Widmanstadio narravit Ambrosius, sese annis circiter XV his studiis esse deditum.

3) Subscriptio ita concepta est: Excudebat Papiae. Ioan. Maria Simoneta Cremonensis. In Canonica Sancti Petri, in Caelo Aureo. Sumptibus et Typis, authoris libri. Anno a virginis Partu. 1539 Quinto Kal. April.

4) Succinctam harum rerum historiam Assemanius exhibuit in prologo

ad novum testamentum Viennae 1555 haec tradidit: „Ambrosius annis postea multis intra monasticas cellas (erat enim voto suo S. Augustini Canonico instituto obstrictus) meditando tantum perfecit, ut Syri quoque ingenium ipsius ... admirarentur: Ceterum cum ego a. 1529 in divi Caroli Caesaris invictissimi, Sacri diadematis causa Bononiam proficiscentis comitatu essem et mihi contubernalibusque meis Regii Lepidi, a metatoribus hospitium juxta coenobium, ubi Theseus jam senex vitam agebat, forte attributum fuisset, postridie ejus diei templum ingressus, venerandum senem casu obvium salutavi, qui ut me de Coenobii Bibliotheca rarisque in ea libris sciscitari intellexit, e vestigio in conclave introduxit et arreptis e pluteo SS. Evangeliis syriace scriptis, Hospes, inquit ingemiscens, peregrinis his studiis deditus sum annis circiter XV, eaque sine rivali ad hanc diem amavi. Utinam obveniat mihi aliquando prompto paratoque ingenio vir, qui sermonem hunc Jesu Christi sanctissimis labris consecratum, posteris tamquam per manus tradendum, nam aetas mihi prope jam exacta est, a me accipere velit.“ Paratum sese Widmanstandium dicentem, quantum potuit, Ambrosius instituit, multaque ex commentariis suis descripta illi tradidit ea obtestatione, ut cuncta in ecclesiae utilitatem adhiberet.

Jo. Alb. Widmanstadium, qui quarto anno post Sienae in Bibliotheca Lactantii Ptolemaei quattuor evangelia et quaedam Ephraemi et Jacobi opuscula invenit, promissis stetisse nemo ignorat, nam primum a Simeone, episcopo Syrorum Montem Libanon incolentium, institutus deinde a Mose Meredinensi sive Antiocheno [1]) adjutus anno 1555 novum testamentum edidit, quod opus causa fuit promovendorum linguae syriacae studiorum. Nam quum post reformata sacra Catholici Biblia polyglotta edere constituissent et Andreae Masio edendorum bibliorum syriacorum provincia obveniret, Romae ejusdem Mosis Maredinensis institutione usus [2]), mox opus grammaticum et Lexidion composuit, apparatui Bibliorum Antverpensium insertum. Grammaticum acutissimi viri opus eo insigne

---

Bibliothecae orientalis. Accuratam bibliographiam praebuit Hoffmannus in Grammatica syriaca Halis 1827 p. 36. Conferendus denique est Land Johannes von Ephesus p. 25. In Masii epistolis nuper editis nihil me legisse memini, quod ad rem faciat.

1) Moses ipse a patriarcha Antiocheno Ignatio eo consilio Romam erat missus, ut Sacra biblia prelo impressa in Syriam reportaret. Ass. B. O. I 536.

2) Masii Gram. Syr. p. 4. Ceterum Moses ex Assyria Lexicon et Grammaticam secum attulerat, quae Venetius reliquit, et quorum apographa cum Widmanstadio communicavit, cujus libros omnes Dux Bavarorum ademit. De Mose cf Assem. B. O. I 535. — Praeter Mosen etiam Sulaca (ܣܘܠܩܐ), qui arabice صعود Siud dictus est, Patriarcha Nestorianorum deinde in communionem ecclesiae Romanae receptus, Andreae Masio commercio junctus fuit. Ass. B. O. I 523.

est, quod verba ad norman hebraeam tractavit, ideoque primus Masius stirpes Peal, Pael etc. recte distinxit, nec minus varias radicum litteris debilibus compositarum classes recte constituit. Vides hic studiorum hebraicorum ad enucleandam grammaticam syriacam vim et efficaciam. Neque hoc omittendum est, ex hac grammatica profectum esse nomen status emphatici, quod quamvis in ipsa grammatica non adhibeatur, ex his Masii verbis profluxit: „Scribit quidem Elias Grammaticus acutissimus et mihi olim familiaris, Chaldaeos ea litera (Ålaφ in fine nominum) veluti ἐμφάσεως nota uti ... At ut hoc illi concedam, mihi tamen non facile ullus persuaserit, in Syrorum vocabulis perpetuo ἔμφασιν esse, quoties appositum Olaph ad finem habent". p. 45.

Studia biblica Theologorum occidentalium vero totam methodum grammaticae syriacae immutaverunt, quum ab Hebraea et Chaldaea lingua procedentes et primum methodo grammaticae latinae educati, linguam novam discere et docere deberent, non linguam vernaculam, ut Syri antiqui et Arabes, grammaticae opera illustrare et explicare. Ita factum est, ut tunc demum libri grammatici componerentur in usum tironum occidentalium ad normam scholae latinae, in quibus analogia dialecti targumicae et linguae hebraicae semper in censum vocabatur. Grammaticae vero hac ratione a Masio 1573 et Tremellio 1569 compositae — Widmannstadii et Merceri opuscula minora sunt, — Syris ipsis Romae degentibus non probabantur, ita ut rem profundius tractandam censerent. Quod opus suscepit Georgius Amira, qui 1583 in collegium Maronitarum a Gregorio XIII erectum receptus, anno 1595 in Syriam redux, insequente anno episcopus Edenensis consecratus anno denique 1633 patriarcha Maronitarum est electus. Mortuus est 1644 [1]). Assem. B. O. I. 552. In Libro suo de grammatica [2]) mutatae rerum condicioni cedens, duplicem sibi proposuit finem. Primum enim studiosis linguae Syriacae occidentalibus, qui ex grammaticis modo nominatis linguam syriacam addiscebant, exhibiturus erat opus ab erroribus liberum, quod non ad linguae potius hebraicae et chaldaicae analogiam compositum esset, deinde vero et in usum ipsorum Syrorum scripsit, de quibus haec dicit: „Praeterea cognoscebam id fore multo usui et utilitati nostri Maronitarum Collegii alumnis, qui cum de Syria ac Cypro, ut plurimum pueri

1) Jos. Acurensis Gram. Praefatio.

2) ܓܪܐܡܛܝܩܝ ܣܘܪܝܝܬܐ ܐܘ ܟܠܕܝܬܐ ܕܦܠܘܣܘܦܐ ܘܬܐܠܘܓܘܣ ܓܘܪܓܝܣ ܒܪܗ ܕܡܥܒܕܢܐ ܡܢ ܒܝܬ ܥܡܝܪܐ ܕܒܝܫܐ ܡܢ ܛܘܪܐ ܕܠܒܢܢ ܠܘܬ ܐܘܡܬܐ ܡܫܒܚܬܐ ܐܝܟ ܡܫܝܢܐ ܟܪܝܣܛܝܢܐ ܠܡܪܘܢܝܬܐ Grammatica syriaca sive chaldaica cet. Romae 1596.

ad disciplinas capessendas Romam veniant, magnopere propter magnam Syrorum Grammaticorum obscuritatem, difficultatem, et quod majus est, eorundem librorum penuriam in Grammatica syriaca acquirenda laborare solent, quemadmodum in me ipse expertus sum, qui a mea pueritia in ea consequenda non ob aliam causam majorem, quam opportebat, laborem posui ac sudorem, nisi quia mihi deerat aliquis auctor, qui rem grammaticam clare distincte et ordinate tractaret et traderet. His accedit, quod . . . multum illis conducere mihi videbatur, si aliqua Grammatica, in qua Syriacae Grammaticae termini una cum terminis Latinis conjungerentur, et illius regulae hujus vocibus explicarentur, ederetur.“

Ita rerum condicione factum est, ut post conjunctas doctrinas graecas et arabicas, post prima conamina grammaticae comparatae, denique scholae latinae liber deberetur, in quo comparatio consulto rejecta est, et e quo postea Grammatici omnes hauserunt, antequam fontes antiquissimi iterum reclusi erant.

Quamvis in tractando verbo recta methodo longe a Masio superetur, et hac in re laudem non meruerit, tamen omnium occidentalium et orientalium Grammaticorum magister est factus, cujus methodus et dicendi ratio simplex et acuta aptissima visa est, quam sequerentur, excepta doctrina de formandis stirpibus [1]). Amira Masium secutus in grammaticam recepit et Interjectiones, ܩܪܳܢܽܘܬ݂ܳܐ ܡܫܰܡܫܳܐ, et primus Syrorum incepit seorsum agere de syntaxi, quam tredecim paginis absolvit.

Quum homines linguae Syriacae ignaros docere vellet Amira, paradigmata verborum simplicium et suffixis instructorum amplissima exhibuit et dilucidius dispescuit, quam ante eum Barhebraeus. At adolescentuli Syri ipsi, qui jam non lingua syriaca, quae illis addiscenda erat, sed arabica utebantur, et latinam non statim intellegebant, Amirae opus in usum suum vertere non potuerunt. Itaque eorum utilitati consulentes mox homines docti Amirae librum in compendii formam redactum syriace et arabice expresserunt, quod fecerunt Abraham Ecchellensis, Isaac Sciadrensis et

---

1) Stirpes appellavit conjugationes, vel ܟܝܠܐ = اوزان et تصاريف et ܡܫܘܚܕܐ. Verba hoc ordine tractat I ܟܬܰܠ et ܐܶܬ݂ܟܬܶܠ, II, 1 ܟܰܪ, ܐܶܬ݂ܟܪܰܪ, 2 ܩܳܡ, ܐܶܬ݂ܬܩܺܝܡ, 3 ܦܰܢܺܝ, ܐܶܬ݂ܦܰܢܺܝ, 4 ܟܦܰܪ, III ܐܰܩܶܦ, ܐܶܬ݂ܐܰܩܰܦ, IV, 1 ܡܳܪܶܟ, ܐܶܬ݂ܡܰܪܰܟ, ܡܰܪܶܪ, 2 ܐܰܪܡܳܐ etc. Habes vetus systema, in quod insertae sunt formae passivae.

Josephus Acurensis † 1647[1]). Ita enim Abrahamus ipse de suo consilio loquitur: „Hujusmodi provincia in eam a me gratiam suscepta fuit, ut nostrae linguae studiosorum votis facerem satis, praesertim cum Grammatica... Amirae... latina fuerit lingua conscripta. Igitur et docentium labori et discentium utilitati una eademque opera consulere volui.“ Neque aliud voluit Sciadrensis, qui presbyteros Syros divina officia persolventes in Syria et collegii Maronitici alumnos erudire sibi proposuit, ipsius Amirae jussu hoc ad negotium incitatus. Acurensis denique, Antiochenus patriarcha eo usque processit, ut institutiones suas arabice scriberet, quippe quae adolescentulis in ipsa Syria degentibus erant destinatae. Opus suum anno 1645 Romam ad Innocentium X misit, cujus jussu praelo subjectum et maximam partem in Orientales terras tralatum est, ita ut apud nostrates sit rarissimum. Usus sum exemplari Bibliothecae Monacensis.

De dispositione horum librorum dixisse sufficit, distribui linguam in nomina, verba, particulas, more arabico, recipi tamen pronomina inter nomina, ܡܠܬ ܫܡܐ (Participium), de quo confusiones Barhebraei (cf. supra p. 248) repetuntur, inter verba, et praepositiones, adverbia et interjectiones inter particulas. Libri hi omnes perspicuitate, simplicitate, copia eximii, aptissimi censendi sunt ad finem consequendum, quem sibi proposuerunt scriptores.

Quodsi soli hi libri publici juris sunt facti, non ideo censen-

1) Inscribuntur libri hunc in modum I ܒܫܡ ܐܠܗܐ ܚܝܐ ܡܫܬܡܠܝܢ ܓܪܡܛܝܩܝ ܐܘܟܝܬ ܬܘܪܓܡ ܡܡܠܠܐ ܣܘܪܝܝܐ ܕܟܠܕܝ ܒܦܣܝܩܘܬܐ ܠܥܡܝܠܐ ܐܬܪܨܦܬ ܒܝܕ ܕܐܒܪܗܡ ܒܪ ܕܘܝܕ ܡܢ ܚܩܠܐ ܡܟܪܙܢܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܠܡܫܡܫܢܐ ܫܩ̈ܠܐ ܠܬܠܡܝܕܐ ܕܡܪܕܘܬܐ ܕܡܪܘܢܝܐ ܕܒܪܘܡܝ Abrahami Ecchellensis . . linguae syr. sive chaldaicae perbrevis institutio (Romae) 1628. II ܓܪܡܛܝܩܝ ܕܠܫܢܐ ܣܘܪܝܝܐ ܕܟܠܕܝ ܐܝܣܚܩ ܫܕܪܝܐ ܡܪܘܢܝܐ ܡܢ ܛܘܪܐ ܕܠܒܢܢ. ܡܛܪܦܘܠܝܛܐ ܕܛܪܝܦܘܠܝܣ ܕܣܘܪܝܐ ܕܐܬܠܡܕ. ܒܪܘܡܝ ܡܢ ܝܠܕܐ ܒܡܪܕܘܬܐ ܕܡܪܘܢܝܐ ܩܕܡ. ܐܬܛܒܥ ܒܡܛܒܥܬܐ = Grammatica linguae syr. authore Isaac Sciadrense Maronita cet. Romae 1636. Cf. Assem. B. O. I 552.

III (sic!) ܓܪܡܛܝܩܝ ܐܘܟܝܬ ܬܘܪܓܡ ܡܡܠܠܐ ܕܠܫܢܐ ܣܘܪܝܝܐ ܕܟܠܕܝ ܦܘܫܩ ܒܥܪܒܝܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܐܝܘܣܦ ܡܢ ܛܘܪܐ ܕܠܒܢܢ ܕܐܬܠܡܕ: ܒܪܘܡܝ ܡܢ ܝܠܕܐ ܒܡܪܕܘܬܐ ܩܕܡ ܐܬܛܒܥ ܒܡܛܒܥܬܐ ܘܠܐܠܗܐ ܫܘܒܚܐ:: Romae ex Typogr. S. Congreg. de Propaganda Tide Anno 1647. Cf. Assem. B. O. I 553.

dum est, alios non esse compositos, semper enim ecclesiarum praepositis educatio clericorum curae erat, cujus fundamentum erat disciplina grammatica. Itaque non modo Maronitae Petrus Metoscita et Gabriel Avodius Hesronita Amirae opus in compendium redegerunt, Assem. B. O. I, 552, verum etiam Metropolita Amidensis, Timotheus Isaac † 1622 [1]) elementale syriacum scripsit, quod quidem nihil nisi paradigmata continet, ad normam arabicam composita. Exstat liber in codice Add. 21, 211 Musei Brit. et in codice Petermann 17 Bibliothecae Regiae Berolinensis. Quibus libris addenda denique est Grammatica Arsenii (Codex Peterm. 18 Berolinensis) et Grammatica anonymi (Codex Peterm. 20) caršunice scripta, syntaxi instructa, cujus auctor doctrinis grammaticis Maronitarum erat addictus. Codices hi recentissimi compendia praebent admodum jejuna in usum tironum composita.

Sed haec hactenus. Deponenti mihi calamum, quo historiam artis grammaticae apud Syros conscripsi, in mentem venit Vergiliani illius: Tantae molis erat Romanam condere gentem. Quanti labores, quantae vigiliae, quanti errores eorum, qui rem grammaticam in Oriente eo usque perduxerunt, ut nostro aevo grammatica comparata linguarum semiticarum potuerit condi! Sed etiam quantum studium patrii sermonis, quantus amor litterarum, quarum splendore paullatim clarescente tenebrae hominum menti offusae pelluntur. At tu ne spreveris hos conatus virorum, qui ad perscrutandam linguam tot studia adhibuerunt, licet tenuia nobis haud pauca in eorum libris videantur, neve oblitus sis verborum Aristotelis[2]), ex quo pleraque haec studia profluxerunt, qui hunc in modum monuit: *Ὥσπερ τὰ τῶν νυκτερίδων ὄμματα πρὸς τὸ φέγγος ἔχει τὸ μεθ' ἡμέραν, οὕτω καὶ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς ὁ νοῦς πρὸς τὰ τῇ φύσει φανερώτατα πάντων. Οὐ μόνον δὲ χάριν ἔχειν δίκαιον τούτοις, ὧν ἄν τις κοινώσαιτο ταῖς δόξαις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐπιπολαιοτέρως ἀποφηναμένοις· καὶ γὰρ οὗτοι συνεβάλλοντό τι, τὴν γὰρ ἕξιν προήσκησαν ἡμῶν.*

1) Rosen-Forshall Catalogus p. 89.
2) Metaph. 993 b.

I. Index nominum et rerum.

II. Index syriacus, arabicus, hebraicus.

Cod. Mus. Brit. Add. 17,217 Fol 38 b

[illegible]

III. Index graecus.

19*

Druck von G. Kreysing in Leipzig.

ܡܢ ܗܠܝܢ ܗܘܠ ܐܬܚܝܒ. ܕܡܘܢܐ ܗܘܐ ܕܡܢ(?) ܗܬܪ ܥܒܩܠܐ ܒܬܪ
ܐܡܪ | ܠܚܘܫܒܐ ܢܡܬܚܠܐ ܠܫܢܐ. ܘܠܐ ܠܡܬܪܢܐ (ܗܘܐ). ܚܕ ܕܝܢ ܥܡܐ ܐܡܬ 6b
ܚܣ ܒܗ. ܘܡܢܐ ܢܛܪ ܠܡܘܢܐ ܗܘ ܓܘܢܐ ܕܥܒܕܠܠܐ ܗܘܐ ܢܘܪܐ.
ܘܚܘܠܦܐ ܕܐ̄ ܗܘ̇ ܕܚܫܠܒܘܗ̇ ܠܝ. ܒܬܒܥܬܐ ܫܠܝܐܝܬ.
ܕܐܝܟ ܐܡܝܢ. ܦܪܦܘܪܐ. ܦܪܦܘܪܝ. ܥܠܡ ܡܘܢܐ ܕܚܫܝܟܘ..
.......(verso,col.1) ܦܪܘܪܝܐ. ܠܠܡܘܢܐ. ܦܘܠܟܐ. ܕܟܘܪܬܐ.
ܘܗܘܒ ܥܘܡܪܐ ܬܠܬܝܢ ܕܥܒܕܝܢܘܬܐ ܘܡܫܡܫܢܐ. ܕܠܡܫܝܢ. ܘܬܘܒ ܫܘ
ܟܬܘܒܐ. ܕܠܟܢܐ. ܕܠܗܘܢ ܗܘܠ ܥܘܡܪܐ ܫܢܝܐ ܦܫܝܛܐ ܕܒܪ
ܢܐܕܝܢ ܠ ܐܬܬܚܬ ܦܠܘܛܬܐ ܕܡܢ ܗܬܪ ܥܒܩܠܐ ܕܒܪܢܫܐ:
ܘܠܗܘܢ ܫܢܝܢ ܗܘܒ ܬܠܬܝܢ ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ ܒܥܒܩܠܐ ܗܘ
ܐܢܫܐ ܡܢ ܕܐ̄ ܗܘ̇ ܕܚܫܠܒܘܗܝ: ܒܗ ܒܥܒܕܬܐ ܠܠܗܘܢ
ܡܘܢܐ ܕܡܬܐ ܒܬܪ ܫܠܝܐܝܬ. ܕܐܝܟ ܐܡܝܢ. ܦܪܦ ܕܗ. ܦܠܦܪ
ܠܠܡܘܢܐ. ܠܠܡܘܢ. ܠܠܦܘܠܟܐ (sic). ܘܠܠܦܠܟ. ܕܟܘܪܬܐ...
....(col.2)... ܕܒܪ̄ ܒ̄ ܕܡܢ̄.... ܐܦ ܗܢܐ ܗܘܒ ܠܥܘܡܪܐ
ܢܦܬܠܐ ܠܫܢܐ ܘܠܐ ܒܬܚܒܝܒ ܒܗ ܕܒܪܢܫܐ ܐܝܟ ܕܐܡܬܐ ܀
ܒܬܪܟܐ ܗܢܐ. ܐܘܢܘ ܕܠܥܒܕܐ ܗܘ ܕܪܘܝܐ ܗܘܗ̇ ܕܒܘܪܬܐ ܕܡܢ
ܒܗ ܐܬܬܦܩܘ[2] ܒܗܘ ܕܒܫܪܝ ܘܢܣܒܘܗ. ܗܒܕ ܢܦܬܠܐ ܫܠܝܐܝܬ. ܕܐܝܟ
ܐܡܝܢ. ܕܦܘܪܬܐ. ܒܒܘܪܬܐ. ܕܦܪܬܬܐ. ܒܦܪܬܬܐ. . . . .
ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܗܘܠ: ܦ̄ܓ ܡܘܢܐ ܕܥܘܡܪܐ ܗܬܪܣ ܥܒܩܠܐ ܐܘ
ܗܢܝܢ ܒܥܠܒ. ܕܝܪܬ..........

ܫܠܡ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܘܠܐܠܗܐ ܫܘܒܚܐ

1) Wright addidit ܫܠܡ, at cf. supra   2) Cf. Pag. 61. In numeris confusio est.

ܒܡܘܢܐ ܗܘ̇ܠܘ̈ܢܐ ܕܡܬܐܡܪ̈ܝܢ ܣܘܟܠܐܝܬ. ܒܠܒܐ. ܐܠܒܐ. ܒܠܒܪ܀
ܗ̇ܘ ܗ̇ܘ ܡܬܘܬܐ. ܐܦ ܐܪ̈ܒܥܐ ܐܣܛܘܟܣܐ ܕܡܬܩܢܝܢ܀ ܕܡܬܚܫܒܢܐ ܕܝܢ
ܗܝܘܠܝܬܐ. ܪ̈ܓܫܬܐ. ܐܠܐ ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܕܡܬܐܡܪ̈ܝܢ ܣܘܟܠܐܝܬ.

ܦܕ. ܒ.[1]

ܒܪ̈ܘܬܐ| ܕܠܘܬܐ. ܚܘܪܬܐ. ܐܦ ܗܠܝܢ ܕܒ ܗ̇ܘܝܢ ܬܠܬܝܗܝܢ ܡܫܬܠܒ.
ܟܕ ܩܘܿ. ܘܟܕ ܬܪܬܝܢ ܐ̄ ܕܡܬܐܡܪ̈ܝܢ ܣܘܟܠܐܝܬ (sic). ܕܐܝܟ ܐܝܟ.
ܒܪܝܫܬܐ. ܒܐܪܥܝܬܐ. ܕܫܡܝܬܐ (sic). ܕܬܠܝܬܝܬܐ. ܚܪܝܬܐ.
ܚܝܘܬܐ. ܕܡܬܢܥܐ. ܕܝܢ ܐܝܬ ܠܗ̇. ܒܡܬܘܬܐ. ܡܬܘܬܐ. ܡܬܘܬܐ.
ܕܬܘܬܐ. ܕܬܘܬܐ. ܕܝܢ ܗܠܝܢ ܒܡܘܬܐ ܗܘܿ. ܕܒܒܢ̈ܐ ܠܐ ܡܫܟܚܐ ܠܡܬܠܒܫܘ
ܗܘ̇ ܡܡܕܐ. ܢܦܫ ܡܬܐܡܪܐ. ܟܕ ܚܕ ܐܚܪ̄ ܐܝܬܘܬܐ ܘܠܝܬܘܬܐ .
ܘܬܪܬܝܢ ܐ̄. ܕܐܡܪ ܐܡܪ . . . .

Cod Musei Brit. Add 14,665.

(fol. 28 a col. 1) ܐܦ ܗܠܝܢ ܕܡܘܢܐ ܗܘܐ ܕܒܪ ܠܐ̄ ܐܝܬܘܬܐ ܠܐ
ܐܝܬܐ ܕܝܢ ܗܠܝܢ ܡܫܬܠܒܝܢ. ܐܝܟܢܐ ܕܡܬܚܫܒܢ ܗܘܐ ܐܦ
ܐܣܛܘܟܣܐ. ܘܠܗܘܢ ܗܠܝܢ ܡܘܢܐ. ܠܐ ܚܕ ܡܢ ܐܝܠܝܢ ܕܡܬܚܫܒܝܢ
ܗܘ ܦܠܓܡܐ.[2] ܒܠܓܡܐ. ܒܠܒܘܢ. ܘܠܓܡܐ. ܘܠܓܡܘܢ. ܠܒܘܢ
ܡܢ ܚܕܐ ܡܘܢܐ ܐܝܬܘܗܝ. ܘܚܠܘܢܐ[3] ܒܡܐ ܡܬܒܥܝܢ ܀

ܦܗ ܡܘܢܐ ܕܒܢܝܢ . . . .

[4] . . . . . ܐ . . . . ܒܡܘܢܐ ܡܘܢܐ ܠܐ ܐܝܬܘܗܝ ܚܫܝܒܐ
ܕܒܪ̈ܝܬܐ. ܠܐ ܚܕ ܠܝܬ ܗܘܐ ܕܡܘܢܐ ܕܡܢ ܗܠܝܢ ܦܠܓܡܐ ܕܒܪ̈ܝܬܐ
ܠܡܘܢܐ . . . . . . (col. 2) ܡܬܚܫܒ ܠܗ ܠܡܘܢܐ ܗܘܐ ܐܝܟ
ܐܝܟ. ܚܡܐ. ܚܡܝܡܘܬܐ. ܚܡܝܡܐ. ܩܪܝܪܘܬܐ. ܩܪܝܪܐ. ܝܒܝܫܘܬܐ. ܚܕ ܚܕ
ܕܚܕ ܚܕ. ܚܕ ܚܕ. ܪܛܝܒܐ. ܪܛܝܒܘܬܐ. ܦܠܓܡܐ. ܦܠܓܡܘܬܐ.

[1] *In margine* ܗܘ̇ ܕܝܢ ܒܪܝܫܐ ܡܘܢܐ ܦܫ ܡܢ ܗܘܝܐ [2] *Nescio quid sit. Nonne* ܒܠܓ̈ܡܐ *legendum?* [3] *In margine litteris nitidis exstat* ΦΛΕΓΜΑ. ΦΛΕΓΜΑΤΑ [4] *Inscriptio illegibilis, numerus* ܦܗ *dubius.*

Wr. 6a

ܕܡܣܪ̈ܩܢ ܩܘܫܐ. ܕܡܬܐܡܪ ܐܦ ܗܘ (fol 38b) ܦܘܠܐܢܐ ܐܝܬ ܒܪ̈ܫܝܬܐ.

ܐܠ ܓ.

ܐܝܪܬܐ. ܒܡܘܢܐ ܘܡܠܘܐ ܕܡܢ ܫܒܠܐ ܠܦܘܫܐ ܘܫܒܠܐ ܦܫܝܛܐ.
ܠܐ ܐܫܬܟܚܘ ܫܪ̈ܝܪܐ ܒܡܟܠܠܬܐ ܗܘܝܐ. ܐܦ ܗܘܝܐ/ܐܝܟ ܕܐܫܬܟܚ.
ܦܘܠܐ ܐܬܦܣܝ. ܘܒܡܘܢܐ ܗܘ ܕܡܢ ܬܪܝܢ ܫܒ̈ܠܐ ܡܬܒ̈ܪܐ ܗ̄ܘ.
ܕܐܬܦܫܛ. ܐܡܪ ܐܢܫ. ܚܪܝܢܬܐ. ܚܪܝܢܬܐ. ܘܡܘܢܐ ܡܢ ܗܘܒܠ.
ܗܘܝܐ|ܕܒܗ ܗܘܐ ܕܐܬܦܫܛ. ܡܢ ܒܢ̈ܝܐ ܕܡܢ ܕܡܟܠܠܬܐ ܢܗܪܐ. 5b
ܠܐ ܗܘܐ ܒܗ ܐܝܬܘܬܐ ܘܠܝܬܘܬܐ ܒܬܐܡܪ ܦܘܠܐܢܐ ܐܝܬ.
ܐܠܐ ܒܗ ܝ. ܚܪܝܢܬ ܕܪܟ ܐܡܪ̈ܝܢ ܐܢܘܢܐ ܚܢܢܐ ܐܝܬ.
ܚ/ܪܢܐܝܬܐ ܡܢ ܦܘܠܐܢܐ ܐܝܬ. ܠܬܘ̈ܒܐ ܕܡܢ ܬܘܒܐ ܡܛܠ ܦܬܓܡܐ
ܐܬܠܬ ܫܒܐ ܗܘ ܕܐܝܬܝܗ̇ ܐܝܟ ܐܦ ܐ̄ ܐܘܣܦ (sic) ܠܗ ܒܫܘܪܝܗ ܒ
ܬܘܬܒܬܐ ܡܢ. ܠܐ ܡܢ ܢܦܩܐ ܒܡܠܐ ܘܡܫܬܡܫܬܐ.

ܟܟ ܒ̄

ܦܣܝܠܐ. ܦܣܝܠܐ. ܦܣܝܠܐ. ܦܣܝܠܐ. ܗܠܝܢ ܠܒܫܐ ܕܐܝܬܝܗܘܢ
ܒܡܘܢܐ ܗܘܐ. ܘܠܗܘܢ ܒܦܬܓܡ̈ܐ ܕܗܘܢܐ ܐܬܦܣܝ ܕܠܒܢܐ.
ܗܪܝܐ. ܐܦ ܠܐ ܠܗܘܢ ܕܒܪ ܗܘ ܒܠܚܘܕ. ܗܘ ܡܢ ܠܒܪ ܕܦܣܝܠܐ.
ܗܘܘ ܕܦܣܝܠܐ ܢܩܘܫ ܐܬܦܣܝ. ܗܘ ܡܢ ܕܦܣܝܠܐ ܒܚܪܝܐ.
ܗܘܘ ܕܦܣܝܠܐ ܫܒܝܠܐ ܕܡܬܩܪܐ ܐܝܬ ܘܠܐ ܒܬܐܡܪ ܦܘܠܐܢܐ.
ܐܝܬ ܦܣܝܠܐ. ܦܣܝܠܐ. ܦܪܝܠܐ. ܦܪ ܠܐܒ. ܦܪܝܠܐ.ܦܪܝܠܐ.
ܒܬܐܡܪ̈ܝܢ ܡܢ ܗܠܝܢ ܒܫܢܝܐ ܠܗܘܢ ܐܝܬܝܢ. ܐܦ ܕܐܝܬܝܗܝܢ.

ܦܠ ܓ̄

ܒܬܐܡܪ. ܕܒܬܐܡܪ. ܒܬܪܝܢ. ܗܠܝܢ ܫܪ̈ܝܪܐ ܕܡܘܢܐ ܗܘܝܐ.
ܐܝܟ ܡܢ ܐܝܬ ܒܡܘܢܐ. ܒܗܘܢ ܕܬܠܬܐ ܫܒܠܐ ܒܗ ܒ̄ ܐܬܬܐ
ܡܠܝܐ. ܘܒܗ ܒ̄ ܐ̄: ܢܦܩܝܢ ܦܘܠܐܢܐ ܐܝܬ. ܐܡܪ ܐܝܟ ܒܬܐܡܪ.
ܒܬܐܡܪ. ܕܒܬܐܡܪ ܕܒܬܐܡܪ. ܐܝܟ ܠܗ ܒܗܘܢ ܒ̄.

1) *Legendum videtur* ܦܣܝܠܐ. ܦܪܝܠܐ, λτ10 *porticus est* σῦριγξ.

ܠܛ

ܩܢܝܢܐ. ܪܕܝܐ. ܫܘܬܐ. ܟܣܘܬܐ. ܐܦ ܗܠܝܢ ܐܝܟ ܐܢܬ ܒܫܡܐ
ܒ̄. ܐܦ ܠܝܬ ܒܫܡܐ. ܐܝܟ ܡܘܠܐ ܗܘ ܕܢܝܚܐ ܒܬܐܪܝܢ
ܫܘܝܢܝܘܬ. ܕܐܝܟ ܐܚܝ. ܚܒܪܢܐ. ܚܒܪ̈ܢܐ. ܦܪܟܐ. ܦܪ̈ܟܝܢ
ܡܠܟܐ. ܡܠ̈ܟܝܢ. ܟܪܟܐ. ܟܪ̈ܟܝܢ. ܡܠܟܘܬܐ. ܡܠܟܘ̈ܬܐ.
ܡܫܠܡܢܘܬܐ. ܡܫܠܡܢܘ̈ܬܐ. ܙܒܢ̈ܝܐ ܕܝܢ. ܕܒܟܠܗܝܢ ܡܠܘܬܐ ܡܛܠ ܕܐܝܟ
ܠܫܡܗܘܬܐ ܦܫܝܛܐ. ܘܐܟ ܕܝܢ ܒܬܪ̈ܝܢ ܫܘܠ ܫܡܗܐ. ܘܡܛܠ
ܗܘܐ ܠܡܢܝܢܐ ܐܚܪ̈ܢܝܢ ܫܘܝܢܝܘܬ. ܠܡܠܬܐ ܕܝܢ ܠܡܠܬܐ
ܠܡܠܝܢ. ܡܡܠܠܬܐ (sic) ܕܝܢ ܠܡܫܠܡܢܘܬܐ | ܡܡܠܠܝܢ ܀

ܡ

ܡܫܠܡܬܐ. ܕܫܠܡܬܐ. ܫܡܗܐ. ܕܡܘܠܐ ܗܘܐ ܕܝܢ ܐ̄ ܐܬܘܬܐ ܘܡܠܘܬܐ
ܡܢ ܫܡܗܐ ܕܬܪ̈ܝܢ ܡ̈ܠܝܢ ܗܘܝܢ ܕܡܢ ܕܝܢ ܫܡܗܐ ܘܫܡܗܐ ܘܫܡܘܬܐ ܡܢ
ܡܢܐ ܗܝܐ ܕܡܠܬܐ ܒܫܡܐ ܗ̄ ܕܬܠܬ̈ܝܢ ܕ ܒܬܠܬܐ ܘܗ̄ ܠܫܡܐ ܒܢ
ܘܠܡܫܡܗܘ ܗܝ̈: ܫܡܗܐ ܐܚܪܢܐ ܗܘܝܢ ܕܬܠܬ ܫ̈ܡܗܐ. ܡܢ ܕܝܢ
ܐܚܪ̈ܢܝܢ ܫܘܝܢܝܘܬ. ܕܐܝܟ ܐܚܝ. ܒܫܡܗܐ. ܠܙܒܢܐ. ܠܙܒܢܐܝܬ.
ܕܫܡܗܐ. ܫܡܗܐܝܬ. ܫܡܝܐ. ܫܡܝܢܐ. ܫܘܒܚܐ. ܫܘܒܚܬܐ.
ܠܗܠܝܢ ܗܢܘܢ ܡܢ ܐܚܪ̈ܢܝܢ ܫܘܝܢܝܢ ܐܦ ܡܢ ܫܡܗܐ. ܫܡܗܐܝܬ.
ܘܠܐ ܒܠܚܘܕ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܕܐܚܪ̈ܢܝܢ ܡܘܣܦ. ܠܗܠܝܢ ܗܢܘܢ ܕܫܡܗܐ
ܫܡܝܐ ܐܚܪܢܐ. ܘܠܐ ܠܫܘܝܢܝܘܬ.. ܐܝܟ ܐܦ ܢܬܦܫܩܘܢ ܒܫܘܠܐ
ܗܢܐ: ܫܡܗܐ ܫܡܝܢܐ ܕܠܝܬ ܒܫܡܐ ܒ̄. ܐܦ ܗܠܝܢ ܐܝܟ ܐܝܬ ܫܡܘܬܐ
ܗܘ ܕܐܝܟ ܕܐܚܪ̈ܢܝܢ ܫܘܝܢܝܘܬ. ܡܠܟܐ. ܡܠ̈ܟܝܢ. ܡܠܟܘܬܐ. ܡܠܟܘ̈ܬܐ.
ܡܠܟܐ ܕܝܢ ܠܐ ܐܝܬ ܫܡܐ ܕܬܐܪܝܢ ܒܫܡܗܐ ܫܘܝܢܝܐ .
ܡܛܠ ܕܝܬ ܕܫܡܗܐ ܫܘܝܢܝܐ ܡܢܗ. ܐܦ ܗܘ ܒܬܐܪܝܢ
ܫܘܝܢܝܘܬ܀ ܫܡܗܐ ܕܝܢ ܐܝܬ ܠܗ. ܦܠܛܐ. ܦܠܓܐ. ܦܠܓܘܬܐ. ܦܠܓܘ̈ܬܐ.
ܦܠܓܘܬܐ. ܕܝܢ ܗܘܐ ܕܝܢ ܐܝܟ ܡܘܠܐ ܕܬܐܪܝܢ. ܦܠܓܐ.
ܦܠܓܘܬܐ. ܐܚܪܢܐ ܕܫܡܗܐ ܦܪܫ ܡܢ ܫܡܐ ܗܘ ܕܦܠܓܘܬܐ

ܐܬܬܥܝܪ ܬܫܡܫܬܐ. ܘܡܢ ܠܡܫܡܫܢܐ ܠܡܫܡܫܢܘܬܐ. ܘܬܘܒ ܠܡܫܡܫܢܘܬܐ.
ܦܓܪܢܐ ܘܦܓܪܢܐ. ܘܒܠܒܢܐ. ܘܐܪܐܢܝ. ܘܪܘܚܢܐ ܘܪܘܚܢܐ .
ܘܢܦܫܢܐ ܘܢܗܝܪܢܐ. ܘܐܦ ܐܢܫܝܢܐ ܡܢ ܐܢܫܝܢܐ. ܗܢܘ ܕܝܢ ܬܘܕܝܬܗ
ܐܦ ܠܗܘܢ ܗܢܘܢ ܐܚܪܢܐ ܕܡܢ ܥܡܘܕܝܐ ܐܚܪܢܝܐ ܕܡܫܝܚܘܬܐ
ܗܠܝܢ ܘܡܫܡܠܝܬܐ ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܒܩܢܝܐ. ܠܗܠܝܢ ܦܪܝܢ ܠܗܘܢ ܦܪܝܫ ܥܡܘܕܝܐ -
ܬܠܝܬܝܐ. ܘܐܪܒܥܝܐ ܘܕܡܬܩܒܠܢܐ. ܬܠܝܬܝܐ ܦܢ: ܟܠ ܕܡܢ ܐܢ
ܪܢܐ ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܦܪܘܫܘܬܐ. ܡܫܡܫܝܢ ܗܘܘ ܠܗܘܢ ܬܠܬܐ. ܬܪܝܢܐ
ܕܡܢ ܟܠ ܕܡܬܠܒܟܐ ܬܪܝܢܐ ܡܬܬܠܝܢ ܒܡܫܡܫܢܘܬܐ. ܬܠܬܐ ܘ
ܢܥܒܕ ܕܡ. ܕܟܠ ܕܟܠ ܗܠܝܢ ܡܬܩܢܐ ܕܬܬܫܡܫܢ ܘܡܬܬܦܠܓܢ
ܗܠܝܢ ܘܐܚܪܢ ܗܠܝܢ ܐܢܫܝܢܘܬܐ ܥܡܘܕܝܐ ܬܠܬܝܢܐ. ܗܠܝܢ ܕܡܢ
ܐܚܪܢܐ ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܒܠܒܢܐ ܕܒܢܝܢܐ. ܗܢܘܢ ܕܐܦ | ܗܢܘܢ 48
ܕܢܬܕܝܢܐ ܕܠܗܘܢ ܥܡܘܕܝܐ ܕܡܫܡܠܝܢܐ ܗܘܐ ܗܢܘܢ. ܕܝ ܢܠܦܝܢ
ܠܗ ܠܗܘܢܐ ܗܘ ܗܠܝܢ ܕܠܚܢܝܢ. ܒܢܘܟܪܝܐ . . . .

. . . .

ܠܗܠܝܢ ܕܢܥܒܕ ܥܘܕܪܢܐ (*fol.38 a. Vide tabulam photolithographicam*) ܢܥܒܕ.
ܐܦ ܕܢܝܐ ܐܝܬܘܗܝ.. ܗܘ ܐܠܗܐ ܡܫܠܡ ܕܡܫܡܫܢܐ ܗܠܝܢ ܕ
ܘܗܘܢܐ ܗܘܝܐ. ܬܠܝܬܝܐ ܒܡܬܚܙܝܢ. ܕܗ ܕܡܬܒܥܝܐ ܐܦ ܗܢܘܢ
ܕܠܬܐ ܒܗܘܢ ܟ̄: ܐܝܟ ܡܠܘܐ ܗܘ ܗܘܢܐ ܠܡܫܢܝܐ ܕܡܬܐܡܪܝܢ ܗܟܢ
ܐܝܬܘܗܝ.[*] ܒܪܐ. ܒܐܪܐ. ܒܪܐܠܝ.

ܣ̄ ܓ

ܦܪܐ. ܦܪܐ. ܦܠܬܐ. ܗܠܝܢ ܐܝܟ ܡܠܘܐ ܗܘ ܠܗܘܢܐ. ܒܢܘܟܪܝܐ
ܕܠܗܘܢ ܕܝ̄ܐ ܗܘ ܕܡܫܠܡܢܘܬܐ ܠܟ. ܗܘ ܕܢܬܝܪܐ. ܒܬܪܐܝܢܐܝܬ
ܗܘܢܐܝܬ. ܕܐܝܟ ܐܝܟ. ܦܪܐܠܐ. ܦܪܐܠܝ. ܦܪܐܠܐ. ܦܪܐܠܝ.
ܦܠܓܐ. ܦܠܓܝ. ܕܡܫܡܫܢܐ ܥܡ ܢܦܫܐ ܒܡܘܬܐ ܗܘܢܐ ܗܘ ܣܦܠܝܬܐܕ
ܐܦ ܕܝܢ ܡܘܬܐ ܐܚܪܢܐ ܐܝܬܘܗܝ. [ܘ]ܬܦܠܓܢܐ. ܬܦܠܓܐܬܐ.

*) In margine ܡܫܡܫܐ

ܠ

ܘܠܝ ܕܡܫܚܠܦܢ ܠܗܘܢ. ܐܠܐ ܗܘܐ ܒܬܘܩܢܐ ܫܬܐܝܬ.
ܟܕ ܡܢܝܢ ܬܠܬ ܥܣܪ̈ܝܢ܀ ܘܠܐܪܒܥܐ ܐܝܬ ܡܢ ܗܘ ܗܘ ܫܘܬܐ
ܒܬܐܪܒܥܝܢ: ܒܚܘܠܦܐ ܒܠܡܘܬ ܕܚܕ. ܐ̄ ܒܐܠܦܝܗܘܢ ܀

(fol. 31b) ܒܬܪܝܢܐ. ܡܬܚܠܦܐ ܐܝܟ ܐܢܐ.
ܒܬܪܝܢܝܐ. ܡܬܚܠܦܐ ܐܝܟ ܐܢܬ.
ܒܬܠܝܬܝܐ. ܡܬܚܠܦ ܠܐܝܠܐ.
ܒܬܠܝܬܝܬܐ. ܡܬܚܠܦ ܠܐܝܠܝܢ.

ܥܠܬܐ ܡܛܘܠ ܕܫܡܗܐ ܦܫܝܛܐ ܕܬܪܝܢܐ ܩܕܡܝܐ ܐܦ
ܕܬܪܝܢܐ ܗܠܝܢ ܡܢ ܓܠܝܢܐ ܀

ܡܛܠ ܫܡܗܐ ܓܠܝܢܐ܀ ܫܡܗܐ ܓܠܝܢܐ ܗܘ ܐܝܬ ܠܗܘܢ.
ܘܗܢܘܢ ܓܠܝܢ ܕܬܪܬܝܢ ܡܠܐ܆ ܕܫܡܗܝܢ ܡܬܝܕܥܢܐ܆ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܓܠܝܢܐ܆
ܕܡܬܚܠܦܝܢ ܠܘܬ ܬܘܫܠܡܬܐ ܗܝ ܕܫܡܗܐ ܕܠܗܘܢ. ܘܡܟܝܢܐ ܗܘ
ܬܪܝܢܐ ܕܬܫܠܡܬܐ. ܘܒܬܘܠܦܝܢ ܕܠ ܗܘܝܢ ܩܕܡܝܐ. ܟܕ ܠܐ
ܠܐ | ܡܬܚܢܐ ܗܘ ܕܩܐܡ ܠܗ ܠܘܬܐ ܚܘܫܒܐ ܕܐܬܡܪ. ܒܬܘܠܦܐ ܚܕ Wr. 4a
ܚ ܚ ܟܢܫܝܢ ܘܐ ܡܬܚܠܦܝܢ. ܐܠܐ ܐܝܟ ܐܢܫܐ ܕܠ ܡܚܝܢܐ ܐܝܟ
ܪܫܐ. ܘܗܘ ܕܡܢ ܗܢܐ ܠܐܢܫܐ. ܘܗܘ ܕܡܢ ܐܢܫܐ ܠܐ ܗܢܐ.
ܠܗܘܬ ܓܠܝܢܐ ܕܬܘܒ ܟܠܗܘܢ ܕܡܬܚܠܦܢܘܬܐ. ܐܠܐ. ܡܢ ܕܝܢ ܡܢ
ܕܢܫܡܥ ܐܢܫ ܠܗܘܢ ܠܫܡܗܐ ܗܢܘܢ ܓܠܝܢܐ ܘܠܡܢܝܢܗܘܢ.
ܠܗܘܢ ܠܬܘܩܢܐ ܗܠܝܢ ܕܫܡܗܝܢ ܠܗܘܢ ܕܐܡܪܬ ܗܘ̈. ܕܟܕ
ܘܐܝܟܢ ܐܬܘܗܝ. ܘܗܘ ܗܠܝܢ ܬܘܪܝܢ. ܗܢܐ ܢܡܫܚ ܠܫܡܗܐ
ܡܫܡܠܝܢ ܗܘܘ. ܬܠܬ ܥܠ ܗܘܐ ܕܢܬܠ ܠܝ ܬܘܩܢܐ ܗܠܝܢ ܕܡܫܡܗܝܢ
ܠܗܘܢ ܠܫܡܗܐ ܗܢܘܢ ܓܠܝܢܐ ܕܒܟܬܒܐ ܗܢܐ ܗܢܐ ܢܣܝܒ. ܐܢܫܐ
ܕܐܝܟ ܒܟܬܒܐ ܗܘ ܡܫܡܗܐ ܦܪܨܘܦܐ. ܐܝܬܝܗܘܢ ܡܢ ܝ̄ܐ ܘ ܝ̄ܒ
ܘܗܢܝ ܕܡܢ ܬܪܬܝܢ ܗܠܝܢ ܕܡܬܩܒܠܢ ܗܘ ܕܡ ܠܝ̄. ܐܝܟ ܐܦܝܢ
ܡܢ ܫܡܫܐ ܫܡܫܢܐ. ܘܡܢ ܐܪܥܐ ܐܪܥܢܐ. ܘܡܢ ܐܠܗܐ ܐܠܗܝܐ
ܘܡܢ ܐܢܫܐ ܐܢܫܝܐ. ܘܡܢ ܪܘܚܐ ܪܘܚܢܐ. ܘܬܘܒ ܦܘܠܘܣܢܝܐ ܡܢ

ܘܝܡܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܐܘ̈ ܘܬܘܩܢܐ ܐܢܫ ܕܚܝܠܬܐ. ܕܡܣܒܪܐ
ܗܘ ܘܡܫܝܚܐ ܐܬܝܠܕ. ܕܡܫܝܚܐ ܕܐܬܬܩܢܬ. ܗܡܟܠܝ ܠܫܪܒܐ.
ܘܠܐ ܕܡܩܠܠ ܐܘ¹ ܕܡܬܬܩܒܠܝܢ ܡܢ ܫܪܪܐ. ܐܘ ܕܡܬܬܩܢܐ ܐܬܝܢ
ܟܠܗ ܫܪܪܐ. ܗܘܢ ܕܝܢ ܚܒܝܒܘܬܐ ܠܚܝ̈ܝܢ ܘܡܠܩܕܘܬܐ. ܘܐܝ̈ܬܝ
ܚܝܘܬܐ ܠܚܝ̈ܒܘܬܐ ܘܠܡܩܕܘܬܐ. ܘܠܡܩܕܘܬܐ ܕܗ ܕܚܘܒܐ ܕܟܗܢܘܬܐ ܠܚܒ̈ܝܒܘܬܐ
ܘܠܚ̈ܝܝܢܘܬܐ. ܘܐܝܟ ܗܘ ܕܡܫܬܟܚ ܐܢܬܘܬܐ ܚܒܝܒܘܬܐ ܡܢ
ܕܚ̈ܝܝܢܘܬܐ ܐܘ ܡܢ ܢܦܫܬܐ. ܕܡܫܠܡܐ ܐܦ ܗܘܝ. ܘܗܘܝܐ
ܐܘ ܕܚ̈ܝܘܬܐ ܐܘ ܢܦܫܬܐ: ܘܕܠܐ ܗܘܐ ܐܦ ܫܘܬܦܘܬܐ
ܗܠܝܢ ܕܐܪܒܥ ܐܬܘܬܐ ܘܡܘܬܐ: ܘܗܘ ܕܝܢ ܐܪܒܥܬܐ. ܚܘܫܒܢܐ
ܟܝܢܝܐ. ܐܟܘ ܕܗܟܢ ܗܘܐ ܗܘ ܕܡܫܠܡ ܕܬܪܝܢ ܗܠܝܢ ܦܠܓܘܬ.
ܗ̇ ܡܠܬܐ ܐܟܝܢ ܠܚܒܝܒܘܬܐ. ܠܡܫܝܚܐ ܠܬܪܬܝܢ ܚܘܫܒܢܐ: ܠܡܫܬܘܬܐ
ܗܘ ܕܐܬܬܘܣܦܬܐ ܘܗܟܢܐ ܗܘܝܐ ܚܝܐ ܒܬܪ ܡܢܝܢܐ. ܒܬܪ ܬܪܝܢܘܬܐ
ܚܝ ܕܚܝܘܢܐ: ܒܗ ܗܠܝܢ ܕܦܪܘܫܐ ܬ̄ ܕܐܬܬܩܢܬܐ ܒܬܪ ܬ̄
ܕܐܬܬܝܢ ܕܚܒܝܒܘܬܐ: ܐܘ ܒܬܪ ܬ̄ ܕܐܬܝܢ ܢܦܫܬܐ: ܗܘ ܕܐܬܝܢ ܗܘ 3b
ܕܚ̈ܝܝܢܘܬܐ. ܠܚ̈ܝܝܢܘܬܐ ܕܐܘܬܝܢ ܓ̄ ܫܒܝܩܬ ܠܬܪ̈ܬܝܗܘܢ. ܒܬܪܗ ܘ
ܬܪܝܢ ܕܝܢ ܕܐܬܝܗܘܢ ܒܗ ܫܠܐ ܦܪܘܫܐ: ܘܒܥܝܐ ܐܝܬ ܐܝܬ
ܗܘܐ ܠܗ ܗܘ ܒ̄. ܒܗ ܠܐ ܡܬܒܠ ܠܚܝܒܘܬܐ. ܠܗܘ ܗ̄ ܕܐܬܝܢ
ܐܦ ܗܘ ܕܚܝ̈ܒܘܬܐ. ܫܒܝܩܬ ܠܗܘܢܐ. ܒܗ ܕܒܡܘܬܐ ܠܗܠܝܢ
ܐܦ ܕܡܫܘܬܐ ܩܢܝܢܬܐ ܡܫܡܫܝܢ ܐܝܬ ܡܘܩܝܪ ܗܘܡܐ ܘܚܠܘܬܐ
ܕܐܬܬܩܢ. ܐܢܫܐ ܕܡܬܩܒܠܐ ܬܪܝܢܬ: ܐܢܫܐ ܕܐܦ ܠܐܢܬ
ܕܡܠܠܗ ܕܡܠܐ ܗܢܐ ܐܝܟ. ܒܠܡ.

ܘܗܟܢܐ ܕܬܪܝܢ ܡܚܒܒ ܕܡܘܪܝܐ ܕܪܘܚܐ ܩܘܒܠܐ:

ܕܬܪܥܢܐ. ܕܡܫܬܢܐ.. ܗܠܝܢ ܗܘܐ ܡܢ ܬܠܐ ܫܩܝܠܬܐ ܕܡܕܡ
ܗܘܐ ܕܐܬܦܢܝܢ. ܘܗܘܐ ܕܠܐ ܐܬ ܠܗܘܢ ܠܗܘܢ. ܕܬܪܝܢ
ܗܘ ܒ̄ ܐܬܘܬܐ ܕܠܐ ܠܘܩ. ܐܝܟ ܗܢܐ ܕܐܦ ܠܗܘܢ ܠܬܠܬܐ ܬܫܒܘܚܬܐ

¹Cod ܕܡܬܬܩܒܠܝܢ.

ܐܦܣܘ ܐ̈ܒܝܠ. ܘܠܐ ܒܠܚܘܕ ܦܘܢܝ ܕܒܪܘ ܗܢܐ ܡܢ ܒܠܥܡ ܒܪ
ܐܬܕܒܪܬ. ܐܠܐ ܐܦ ܐܢ̈ܫܝ ܒܢܝܗܘܢ ܕܐܒܪܗܡ. ܐܘ ܬܘܒ ܡܢ
ܦܘܠܘܣ ܕܡܡܠܠܢ ܐܬܘܕܝܬ ܒܡܡܠܠܐ ܗܢܐ (col. 2) ܒܪܢܫܐ. ܘܠܐ
ܒܠܚܘܕ ܬܘܒ ܠܐ ܡܫܬܘܬܦܐ ܐܠܦܢܘܬ ܡܢ ܡܡܠܠܝܗܘܢ ܕܬܪ̈ܬ ܢܣܚܢ
ܒܗܘܢ: ܠܐ ܡܥܟܣܝܢ ܠܡܒܪܢܐ ܐܬܕܝܟܝܬ. ܐܠܐ ܐܝܟ ܐܠܗܐ ܡܠܟܝܢ
ܢܒܝ̈ܘܬܐ. ܩܕܝ̈ܫܬܐ ܒܪ ܐܬܝܗܘܢ ܠܗܘܢ ܒܡܠܘܫ̈ܝܢ (ܕܡܬܚ̈ܫܝ) ܕܡܬܚܫ̈ܒܝܢ. ܘܡܢ
ܒܡܠܠܐ ܕܒܪܝܬ. ܘܡܢ ܠܫܢܐ ܘܡܘܫܐ. ܩ̈ܫܝܫܘܬܐ ܕܡܢ ܐܬܝܢ ܠܗܘܢ
ܒܡܡܠܠܐ. ܐܦ ܡܢ ܠܫܢܐ ܝܘܢܝܐ. ܡܛܠ ܐܘܣܝܐ ܕܗܘܝܐ
ܠܡܠܠܘܬܐ ܕܝܘܢܝܐ ܒܐܬܪܐ ܗܢܐ. ܘܗ̣ܘ ܗܘܝܘܬ ܐܦ ܡܢ
ܠܫܢܐ ܦܪܣܝܐ. ܘܐܝܟ ܕܦܪܣܝܬ ܐܪܡܝܬ. ܘܠܐ ܚܣܐ ܒܢܫܝܢ
ܐܪ̈ܡܝܝܢ ܐܬܕܝܟܝܬ ܐܘ ܦܪ̈ܣܝܢ. ܡܛܠ ܣܘܪܝܝܘܬܐ ܕܐܬܐܬܐ.
ܘܡܛܠܬܗ ܕܗܘܝܐ. ܩܘ̈ܠܝܐ ܡܢ ܐܪ̈ܡܝܐ ܒܡܠܠܐ ܕܗܘܢ ܕܗܘܘ ܒܠܫܢܐ
ܗܢܐ. ܘܚܝܘ ܒܡܡܠܬܐ ܡܠܝܐ ܕܣܘܪܝܝܐ. ܒܗ ܠܡܒܘܫܗ ܘܠܒܫܘܗ ܐܬ-
ܬܐ̈. ܗܠܝܢ ܚܫܝ̈ܢܐ ܡܢ ܦܘܒܪܐ ܗܢܐ. ܠܗܕܐ ܗܝܡܢܘܬܐ | ܕܚܫ ff. 3a.
ܚܫܗ ܕܠܫܢܐ ܗܢܐ. ܘܠܬܘܒ ܗܘ ܕܦܪܝܫܐ ܐܬܕܝܟܝܬ ܘܕܠܐ
ܒܡܠܐ:.......

Mus. Brit. Add 17,217.

(fol. 37a) ܡܟܝܠ. ܐܝ̈ܟܢܐ ܕܝܢ. ܕܬܠܝ̈ܬܝܐ ܐܬܥܒܕܘܢ ܦܘܢܚܝܢ. ܐܦ
ܚܢܢ ܢܘܢܝܢ ܡܫܒܢܘܬܐ ܗܝ. ܒܝܕ ܐܝܟ ܕܗܘ ܐܝܟ ܐܬܝ-
ܗܘܢ ܠܡܘܫܐ ܕܢܦܫܐ ܢܦܪ̈ܘܢ ÷÷

ܙܐܬܠܠܝܬܐܒܐ . ܙܐܬܠܠܝܬܐܢ .
ܚܐܬܠܘܬܐܒܐ . ܚܐܬܠܘܬܐܢ.
ܙܐܬܠܠܒܬܐܢ. ܙܐܬܦܠܘܪܬܐܢ.
ܪܐܬܠܠܠܬܐܢ . ܠܐܬܚܠܒܬܐܢ.
ܪܐܬܠܠܒܬܐܢ . ܪܐܬܠܠܘܬܐܢ .
ܟܐܬܠܘܬܐܢ . ܠܐܬܚܒܪܬܐܒܐ. ܠܐܬܚܒܪܬܐܢ.

ܐܬܬܘܡܝܬ ܡܢ ܟܠܠ: ܐܚܪ̈ܢܐ ܕܝܢ ܐܡܪܘ ܒܡܐܡܪܐ. ܕܟܠ ܠܫܪܒܬܐ
ܘܐܡܘܢܐ ܕܡܠܟ ܗܘ ܦܪܘܩܗ ܕܒܪܝܐ ܐܢܫܐ ܕܗܘܐ ܡܫܒܚ. ܐܘ ܡܢ
ܡܫܠܡܢܘܬܐ ܕܐܢܫܘܬܐ. ܐܝܠܝܢ ܕܥܡ ܫܡܫܝܢ ܗܘ ܒܐܪܥܐ
ܘܦܘܪܫܢܐ ܕܗܘܢ: (col.2) ܘܡܫܬܒܫܝܢ ܐܝܟܢܐ ܕܠܗܘܢ ܠܒܢܬ ܩ̈ܠܐ ܬܪܝܢ
ܕܐܝܬ ܘܡܫܠܒܝܢ ܠܗܘܢ ܠܐܣܝܘܬܐ. ܠܐ ܗܘܐ ܡܢ ܬܪܝܢܘܬܐ
ܕܡܣܝܒܪܢܘܬܐ. ܠܐ ܓܝܪ ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܚܫܐ. ܐܠܐ ܐܦ ܡܢ
ܡܢ ܡܫܠܡܢܘܬܐ ܕܐܢܫܘܬܐ. ܐܘ ܡܢ ܦܘܠܚܢܐ ܘܫܘܠܡܐ. ܒܪ
ܢܦܫܬܐ ܒܪ̈ܢܫܐ. ܘܐܝܟ ܕܠܐܠܗܐ ܐܝܟ ܗܘ ܕܡܬܝܒ ܠܗܘܢ
ܡܢܗܘܢ ܘܪܘܚܐ ܡܢܗܘܢ ܠܚܝܠܗܘܢ. ܡ̇ܢ ܐܦ ܕܒܛܢܐ ܗܘܐ ܕܗܘܐ ܕܡܢ
ܠܘܩܒܠ ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܕܒܪ̈ܝܬܐ. ܘܡ̈ܬܓܒܝܢܐ ܕܥܘܒ̈ܕܐ ܕܡܢܗܘܢ
ܡܢܗܘܢ. ܐܢܫܐ ܕܐܦ ܗܢܘܢ ܕܡܫܬܡܠܝܢ: ܠܐ ܗܘܐ ܡܢ ܐܬܘ̈ܬܐ
ܕܡܫܬܡܠܝܢ. ܐܠܐ ܒܚܝܠܗܘܢ ܕܩܠܐ ܠܦܘܩܕܢܐ ܕܒܗ ܫܘܦܬܐ ܕܦܘܢ
ܕܡܫܬܡܠܝܢ. ܐܝܬ ܕܝܢ ܐܡܪܝܢ. ܕܐܦ ܐܬܘ̈ܬܐ ܬܪ̈ܬܐ ܡܫܝܚܐ ܒܗܘܢ
ܒܡܫ̈ܡܫܢܐ ܕܗ ܡܚܒܪ ܠܗܘܢ ܡܫ̈ܡܫܢܐ. ܕܟܠ ܦܘܪܫܢܐ ܕܡܫ̈ܡܫܢܐ
ܐܝܬܘܗܝ. ܐܠܐ ܕܡܢܝܢ ܬܡܢܝܢ ܒܗ ܗܢܝܢ ܐܬܘ̈ܬܐ ܕܠܐ ܡܠܐ ܐܠܐ ܐܢ
ܬܚܘܡܝܢ: ܐܝܟ| (fol.2b,col.1) ܕܢ ܐܡܪܝܢܢ ܕܗܘ ܕܐܒܪܗܡ ܘܒܢ̈ܝܗܘܢ. 2b
ܕܠܐ ܗܘܐ ܕܟܠ ܕܢܦܫ ܠܗ ܠܗ. ܬܘܒ ܐܬܬܘܡܝܬ ܒܗ. ܠܐ
ܓܝܪ ܡܢܝܢ ܗܘܐ ܚܠܦ. ܐܦܠܐ ܒܟܬܒܐ ܡܠܐ ܢܦܫܐ. ܐܠܐ ܕܟܠ
ܦܘܪܫܢܐ ܕܒܢܝܐ ܗܘܐ ܕܒܢܝ̈ܢܐ. ܕܗܢܝܢ ܗܢܝܢ ܡܢܝܢ ܐܬܘ̈ܬܐ ܕܠܐ
ܡܠܐ ܐܝܬ ܠܗ ܐܝܟ ܗܘ ܕܒܢܝ̈ܢܐ. ܫܘܠܡܐ ܕܡܢ ܒܪܬ ܡܢ
ܒܪ ܢܫܐ ܠܐܢܫܐ ܬܘܒ ܕܐܬܒܢܝܐ: ܘܠܐܝܬܘܬܐ ܐܬܘ̈ܬܐ ܕܒܗܝܢ
ܒܡܢܝܢܬܐ ܡܬܡܠܠܐ ܕܒܠܒܐ ܫܢ̈ܝܢ ܒܡܫ̈ܡܫܢܐ: ܐܡ̈ܪܢܐ
ܕܝܢ ܕܒܠܒܐ ܕܒܢ̈ܝܐ: ܘܐܚܪ̈ܢܐ ܕܡܫܘ̈ܬܐ ܐܝܬܘܬܐ
ܒܢܝ̈ܢܐ: ܘܠܐ ܡܡܠܠܝܢ ܬܘܒ ܐܝܬ ܒܠܫܢܐ ܗܢܐ ܐܡܪܘܗܝ.
ܒܪ ܠܐ ܐܬܬܘܡܝܬ ܠܒܢܝܢܐ ܕܡܬܡܠܠ. ܐܬܬܘܡܝܬ ܗܝ ܒܗ ܒܥ
ܒܢܝ: ܘܡܠܠܝܢ ܐܝܬܘܬܐ ܒܗ ܒܡܢܝܢܐ. ܐܦ ܒܟܬܒܐ ܡܠܐ

ܗܘܐ. ܒܠܚܘܕ ܡܢ ܬܫܒܘܚܬܐ ܕܐܠܗܘܬܐ ܩܠܝܠܬܐ ܘܗܠܝܢ ܕܢܣܒܝܢ ܡܢ
ܡܢܐ ܗܘܐ. ܕܒܢܝܢܫܐ ܕܡܫܬܟܚܝܢ ܐܝܟ ܠܒܘܫܐ ܘܡܬܠܒܫܝܢ
ܕܠܗܘܢ ܕܒܢܘܗܝ. ܘܬܘܕܝܬܐ ܕܫܘܒܚܐ ܘܒܪܝܬܐ ܕܒܝܬܗܘܢ. ܘܒܝ
ܡܢ ܕܐܬܚܙܝܘ ܐܢܫܝܢ ܕܒܬܪ ܡܢ ܕܐܬܠܟܝ ܡܢܗ ܒܫܡܗ ܕܐܒܪܗܡ
ܕܐܠܗܐ: ܗܘ ܕܐܝܟ ܠܗܘܢ ܕܡܢ ܡܫܒ ܗܘܐ ܐܝܟ ܕܢܒܝܐ. ܕܒܝ
ܡܛܠ ܗܘܐ ܡܘܕܥܢܘܬܐ ܕܠܗܘܢ ܕܢܘܪܐ ܠܘܩܒܠ ܡܬܟܬܫܝܢ ܐܝܬ-
ܗܠܝܢ: ܠܗܠܝܢ. ܡܫܬܘܝܢ ܫܘܠܛܢܐ ܘܢܦܫܬܐ ܕܠܗܘܢ ܕܬܒܥܘ ܩܠܐ:
ܘܠܗ ܗܘܐ ܡܛܠ ܫܘܠܛܢܐ ܘܡܘܕܥܢܘܬܐ ܕܠܗ ܕܡܫܒܚܐ. ܐܫܬܠܛܬ
ܠܗ ܫܠܝܛܘܬܐ. (sic) ܡܛܠ ܗܘܢܐ ܗܘ ܕܡܢ ܗܘܐ: ܕܡܛܠ ܗܘ ܕܐܬܝܐ
ܕܐܝܬ ܡܠܟܘܬܐ ܠܗ ܠܘ ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܠܗ. ܒܪ ܡܢ ܐܝܟ ܗܘܐ
ܐܢܫ ܐܢܬ. ܕܫܘܒܚܐ...... ܒܬܘܠܬܐ ܐܝܬ ܠܗ...... ܕܡܬܝܬܘܢ
ܕܝܬ........ ܐܘܪܫܠܡ ܡܢ .... (col 2) ܒܝܘܡܬܐ..
......ܫܡܥܘ ܐܝܟ......ܐܢܫܐ ܐܝܟ......ܢܦܫܗ ܠܗ
ܕ....ܕܠܗܘܢ ܕܬܠܡܝܕܐ ܘ...ܐܢܫܐ ܡܢ ܐܝܟ ܘ... ܗܘܢ
ܕܫܝܢܐ: ܘܐܦ.. ܗܘܐ ܫܡܝܐ ܕܡܫܒܚܐ... ܫܘܒܚܐ ܒܪܝܐ... W.
.. ܐܝܟܢܐ ܕܡܢ ܒܪ[ܐ]...... ܐ ܐܬܚܙ[ܝܘ]...*2) | 2a
(Fol 2a, col 1) ܫܢܐ ܐܘ ܝܪܚܐ ܐܘ ܝܘܡܐ ܐܘ ܫܥܬܐ ܚܕܐ
ܐܢܬ ܗܘ ܗܝܕܝܢ ܡܢ ܗܠܝܢ: ܡܛܠ ܕܐܠܗܐ ܒܟܠܗ ܠܢܦܫܗܘܢ ܕܡܬܚܫܒܝܢ
ܡܛܠ ܗܘܐ. ܕܐܠܗܐ ܗܘ ܠܟܠ ܢܦܫܬܗܘܢ. ܗܘ ܗܝܡܢܘܬܐ ܐܦ
ܠܗܠܝܢ ܐܝܟ ܡܠܬܐ ܕܡܢ ܕܡܢ. ܕܠܐ ܡܫܡܥܝܢ ܗܘ
ܠܗܠܝܢ ܕܐܝܟܢܐ ܢܣܒܝܢ ܕܒܢܦܫܬܐ ܕܡܠܟܘܬܐ. ܗܘܝܐ ܗܘܢ
ܐܢܫ ܐܝܟ ܡܢ ܕܡܫܠܡܝܢ ܗܘܐ ܐܝܟ. ܠܐ ܗܘܐ ܠܢܦܫܗܘܢ
ܢܦܫܐ ܠܗܘܢ ܐܝܟ ܗܘܐ ܡܫܒܚܐ ܕܠܗܘܢ. ܡܛܠ ܠܐ ܡܫܒܚܝܢ
ܗܘ ܘܡܫܬܘܝܢ ܕܐܠܗܘܬܐ ܕܫܠܡܘܬܐ ܕܒܗ. ܘܐܝܟ ܕܐܡܪ ... ܠܐ.
ܢܦܫܢ ܠܚܘܪܢܐ. ܗܘܐ ܒܢܝܢܫܐ ܕܡܢ. ܒܠܥܕ ܡܢ ܗܠܝܢ ܠ. ܕܢܩܘܡ ܡܢ

1) Epistula Jacobi 4,17 2) Desunt 17 vel 18 versus.

Bodl. 159.

(Fol. 1b, col. 1) .... [ܩܕ]ܡܬ ܩܠܐ ...... ܐ. ܐܦ ܗܠܝܢ ... Wright 1a

.... ܐܝܟܢܐ ܕܢܬܚܙܘܢ .... ܒܐܬܘ̈ܬܐ ܡܫܪܝܬܐ

.... ܒܬ ܫܪܝܬܐ. ܐܬܬܠܝܘ .... ܘܦܓܥܘ ܒܗ ܗܕܐ ....

ܫܒܬܐ: ܠܐ ܢܦܩ ܐܢܫ .... ܕܡܫܝܚ: ܐܘܣܛ[ܝܢ]

.... ܫܡܥܘܢ: ܐܘ ܕܝ ܐܢܫܐ .... ܠܘܢ. ܕܠܗܠ

ܕܫܡܘ .... ܐܚܝܐ ......*

(col. 2) ܟܕ ܐܦ ܗܢܘܢ ܢܚ̈ܙܘܢ. ܐܝܟ ܕܝܢ ܕܐܡܪ ܚܕ ܡܢ

ܬ̈ܠܡܝܕܘ ܕܡܫܝܚ. ܐܦ ܠܐ ܠܗܘܢ ܐܢܬ ܗܘܐ ܦܩܘܕܐ

ܡ̈ܫܝܚܐ. ܠܐ ܢܦܩ ܡܢܝ ܗܘܐ ܐܠܐ ܐܢ ܕ̄ܝܢ ܐܬܘ̈ܬܐ ܕܠܗܘܢ

ܐܠܐ ܘܐܦ ܗܢ ܐܬܬ̈ܚܡܫܘܢ[1]. ܠܐ ܐܫܟܚܢܐ ܐܬܬ̈ܚܡܫܘܢ[1].

ܐܠܐ ܗܘ ܡܢ ܒܫܡܗ ܕܥܒܕܐ ܐܘܡܝܬ ܚܢܐ ܕ̄ܐܘ. ܐܝܟܢܐ

ܕܡܢ ܒܬ̈ܠܡܐ ܐܝܟܢܐ ܐܘܡܝܬܘ ܐܝܟܢܐܝܬ. ܒܒܪܐ ܕܘܡ̈ܝܐ

ܗ̄ܘ. ܒܡܫܝܚܐ. ܘܐܬܬܘܡ ܡܦܪܫܐ ܕܢܥܒܕܘܢ ܐܝܟ ܕܡܢ ܕ ܢܦܠ

ܐܝܟ ܠܓܠܠܬܐ ܗܘ. ܕܓܠܐ ܐܢܘܢ ܠܗܘܢ ܕܡܫܝܚܐ ܐܬܘ̈ܬܐ: ܐܟܪ

ܕܝܠ ܕܡܢ ܗܘ. ܕܠܐ ܢܦܩܐ ܐܝܟܢܐ ܕܒܠܗܘܢ ܬܘܒܐ ܕܢܬܚܬܡܘܢ

ܒܒܪܐ ܠܡܫܝܚܐ: ܕܒܗܕܐ ܗܘܐ ܠܐ ܢܬܥܠܒܘܢ ܕܠܡܠܟܐ ܢܫܪܐ.

ܘܐܝܟܢܐ ܐܝܟ ܠܟ ܒܒܠܐ ܦܢܘܢ ܕܟܝ ܡܥܒܕ ...[ܐ]ܬܬܚܡܫܬ

ܕܒܕܐ ..... ܫܠܝܛܐ. ܗܘܐ ..... ܐ|ܬܚܡܫܬܐ ܘܠܡܥܒܕ (fol. 1a, 1b

(col. 1) ܫܒܩܠܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܝܢ ܕܫܡܥܘܢ ܦܘܠܘܣ ܐܠܘܗܐ ܕܝܢ ܠܐ ܠܡܬܒܥܐ

---

* Desunt septemdecim vel octodecim lineae. [1] Primitus ܐܬܬ̈ܚܡܫܘܢ

ܦܠܓܐ ܕܫܒܩܝܢ

ܡܢ

ܬܘܪܨ ܡܡܠܠܐ

ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ

ܝܥܩܘܒ ܐܘܪܗܝܐ

Fragmenta Grammaticae
Jacobi Edesseni ex

GUILELMI WRIGHT

editione descripta

ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ

A — ܠܡܥܒܕ. ܠܡܚܡܕ. — ܠܡܬܪܐ. ܘܐܢܫ ܕܠܗܘܢ ܕܢܩܒ.
C ܠܡܬܪܐ: ܠܡܥܒܕ: ܠܡܚܡܕ: ܠܡܬܪܗ. ܠܡܬܪܐ. ܘܐܢܫ ܕܠܗܘܢ ܕܢܩܒ܀
A ܡܚܡܣ ܗܘܢܐ ܠܥܡܗ.. ܡܠܝܟ ܐܢܫܐ ܕܡܗܝܡܢܐ܀
C ܡܚܡܣ ܗܘܢܐ ܠܥܡܗ ܘܫܪܝܪܐܝܬ ܐܝܟ ܐܚܪܢܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ. ܘܠܡܬܒܥܘ
ܠܥܠܡܐ ܡܟܡܟܝܢ. ܟܕ ܕܝܢ ܐܝܬ ܕܠܐ ܢܬܕܥ. ܡܢ ܟܠ ܟܢܫܐ. ܐܦܐܢ
ܟܕ ܥܠܡܐ ܢܗܘܐ ܘܠܐ ܢܬܒܥ. ܘܡܢܗܘܢ ܐܢܫ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܥܠ ܦܘܠܚܢܐ
ܢܗܘܐ ܠܐ ܡܫܬܡܥ. ܐܠܐ ܐܝܟ ܕܡܬܚܙܝܐ ܡܢ ܡܠܬܐ ܚܕܐ ܐܘ ܬܪܬܝܢ:
ܡܢ ܐܦ ܐܢܐ ܟܬܒܬ ܬܘܒ ܡܫܠܡܢܐ ܠܥܠܡܐ: ܘܡܫܟܚ ܐܢܐ ܠܗ ܠܡܪܝܐ.
ܕ ܟܢܫܐ ܐܚܪܢܐ ܕܡܥܒܕ ܐܝܟ ܗܘ ܡܢܗܘܢ ܒܢܫܐ ܕܒܢܝ
ܐܘ ܗܘ ܕܡܫܬܘܕܥ ܠܟܘܢ ܕܡܢܝܢ ܕܐܦ ܠܡܫܡܫܘ ܕܐܝܬܝܗ ܒܫܢܝܐ ܐܘ ܕܠܐ
ܒܫܢܝܐ: ܗܕܐ ܠܟܢܘܫܝܐ ܢܗܘܐ ܬܬܦܩܕ܀....
C ܡܠܟ ܡܫܠܡܢܐ ܕܥܠ ܐܘܪܚܐ ܡܬܠܬܐ ܕܡܗܝܡܢܐ. ܕܟܬܒ ܠܢ ܡܪܢ
ܢܘܗܪܐ. ܡܥܒܕܢܐ ܕܥܡܗ ܕܝܢ ܡܪܢ ܢܗܘܐ ܡܫܡܫܢܐ ܘܠܗ ܫܘܒܚܐ
ܘܠܐܒܘܗܝ ܘܠܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܥܡܗ ܕܝܠܗ ܕܝܠܗ ܐܡܝܢ܀ C. Fol. 42b

ܟܚܐ

ܕܦܘܩܕܢܐ.

A ܐܫܬܡܠܝܬ. ܐܫܬܡܠܝ.. — — — — — — —

C ܐܫܬܡܠܝܬ. ܐܫܬܡܠܝ. ܗܟܢܐ ܕܝܢ: ܐܫܬܡܠܝܬܝ. ܐܫܬܡܠܝܢ. ܐܫܬܡܠܝܘ. ܕܕܟܪ̈ܐ ܕܢܩܒ̈ܬܐ:

A ܗܟܢܐ ܐܫܬܡܠܝܢ ܗܘܝ.

C ܚܕܐ ܐܝܬ. ܐܫܬܡܠܝܬ ܗܘܬ. ܐܫܬܡܠܝܬܘܢ ܗܘܝܬܘܢ. ܐܫܬܡܠܝܢ ܗܘܝ. ܗܟܢܐ ܐܝܬ. ܐܫܬܡܠܝܢ ܗܘܝ.

A ܐܫܬܡܠܝܘ ܗܘܘ . ܐܫܬܡܠܝܘ ܗܘܝܬܘܢ.. ܕܟܪ̈ܐ ܕܢܩܒ̈ܬܐ ܚܕܐ ܐܝܬ. ܐܫܬܡܠܝܬ.

C ܐܫܬܡܠܝܬܘܢ ܗܘܝܬܘܢ. ܐܫܬܡܠܝܘ ܗܘܘ. ܕܕܟܪ̈ܐ ܕܢܩܒ̈ܬܐ ܚܕ ܐܝܬ: ܐܫܬܡܠܝܬ.

A ܢܫܬܡܠܐ ܢܫܬܡܠܐ. ܗܟܢܐ. ܢܫܬܡܠܘܢ ܢܫܬܡܠܘܢ.. ——— [Prima prs deest]

C ܢܫܬܡܠܐ. ܢܫܬܡܠܐ: ܗܟܢܐ: ܢܫܬܡܠܘܢ. ܢܫܬܡܠܘܢ. ܐܫܬܡܠܝܘ [Non huc pertinet]

A ܡܐܡܪܐ ܠܐ ܡܬܬܣܝܡܢܐ ܕܙܒܢܐ ܠܐ ܡܬܬܣܝܡܐ ܡܬܚܒܪܢܐ ܕܡܫܡܠܝܢܘܬܐ ܐܝܟ ܗܕܐ

C ܡܐܡܪܐ ܠܐ ܡܬܬܣܝܡܢܐ ܕܙܒܢܐ ܠܐ ܡܬܬܣܝܡܐ: ܘܡܬܚܒܪܢܐ ܕܡܫܡܠܝܢܘܬܐ: ܐܝܟ ܗܕܐ

A ܡܫܡܠܝܢܐ ܚܝܒܐ ܐܢܐ. ܡܫܡܠܝܐ ܡܫܡܠܝܐ ܐܢܬ . ܡܫܡܠܝܐ ܚܝܒܐ + ܗܟܢܐ. — ܡܫܡܠܝܐ

C ܡܫܡܠܝܐ ܡܫܡܠܝܐ ܐܢܐ. ܡܫܡܠܝܐ ܡܫܡܠܝܐ ܐܢܬ. ܡܫܡܠܝܐ ܡܫܡܠܝܐ ܗܟܢܐ ܕܝܢ: ܡܫܡܠܝܐ

A ܡܫܡܠܝ. ܡܫܡܠܝܐ ܚܝܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܡܫܡܠܝܐ ܡܫܡܠܝ..

C ܡܫܡܠܝ. ܡܫܡܠܝܐ ܡܫܡܠܝܬܘܢ. ܡܫܡܠܝܐ[1] ܡܫܡܠܝܢ.

A ܡܐܡܪܐ ܠܐ ܡܬܬܣܝܡܢܐ ܡܬܚܒܪܢܐ ܕܫܡܐ ܐܝܟ ܗܕܐ.. ܡܫܡܠܝܐ ܚܝܒܐ ܐܢܐ. ܡܫܡܠܝܐ

C ܡܐܡܪܐ ܠܐ ܡܬܬܣܝܡܢܐ. ܡܬܚܒܪܢܐ ܕܫܡܐ ܐܝܟ ܗܕܐ: ܡܫܡܠܝܐ ܡܫܡܠܝܐ ܐܢܐ. ܡܫܡܠܝܐ

A ܡܫܡܠܝܐ ܐܢܬ.. — — ܗܟܢܐ. ܡܫܡܠܝܢ. ܡܫܡܠܝܐ ܚܝܒܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܡܫܡܠܝܐ P28.

C ܡܫܡܠܝܐ ܐܢܬ. ܡܫܡܠܝܐ ܡܫܡܠܝܐ. ܗܟܢܐ. ܡܫܡܠܝܐ ܡܫܡܠܝܐ. ܡܫܡܠܝܐ ܡܫܡܠܝ — —

A ܡܫܡܠܝ + + + +

C ——

A ܡܬܐܡܪܢܘܬܐ ܕܝܢ ܕܗܢܐ ܡܐܡܪܐ. ܠܐ ܡܬܘܒܠܐ. ܠܐ ܠܦܪ̈ܨܘܦܐ ܘܠܐ ܠܙܒ̈ܢܐ. ܘܠܐ ܠܡܢܝ̈ܢܐ ܘܠܐ

C ܡܬܐܡܪܢܘܬܐ ܕܝܢ ܕܗܢܐ ܡܐܡܪܐ ܠܐ ܡܬܘܒܠܐ. ܠܐ ܦܪ̈ܨܘܦܐ ܘܠܐ ܙܒ̈ܢܐ ܘܠܐ ܡܢܝ̈ܢܐ. ܘܠܐ

A ܠܡܬܟܪܢܘܬܐ. ܘܠܐ ܠܓܢܣܐ. ܐܠܐ ܗܟܢܐ ܐܝܟ ܡܐܡܪܐ ܫܘܚܠܦܐ + ܠܡܫܡܠܝܘ

C ܡܬܟܪܢܘܬܐ ܘܠܐ ܫܘܚܠܦܐ. ܐܠܐ ܡܫܬܡܥ ܡܐܡܪܐ ܒܪܡ ܕܐܝܟ ܗܢܐ. ܠܡܫܡܠܝܘ.

[1] Sic! Legendum est ܡܫܡܠܝ. Deinde ܡܐܡܪܐ ܠܐ ܡܬܬܣܝܡܢܐ est ῥῆμα ἀόριστον, neque de Infinitivo cogitandum est.

[illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

{ Ita C

A [illegible] P.26
C [illegible]
A [illegible]
C [illegible]
A [illegible]
C [illegible]
A [illegible]
C [illegible]
A [illegible]
C [illegible]
A [illegible]
C [illegible]
A [illegible] P.27
C [illegible]

1) Id est: „ut a conjugatione unius verbi ita instituantur, ut etiam reliquis partibus ejusdem verbi uti possint." Quod insulsum est. Phrasis inepta est, sive ܡܠܬܐ (= ῥῆμα) de verbo intellexeris sive de λόγῳ. Cf. P.9 1). 2) Sic! 3) En ܐܡܪܝܢ! Distinguendus textus antiquus a redactione secunda. 4) Forma Imperfecti P.17. [illegible] dicti! A Dionysium sequitur, C Syros.

5) Forma [illegible] non est Praesens = ܕܐܡܪ, itaque ܕܐܡܪ rectum non est.

ܕܥܠ ܠܘܬܗܩܘܣ

ܐܦܝܪܪܡܐ ܡܢܗ ܐܦ ܥܠ ܡܐܡܪܐ: C}

ܟܠ ܡܕܡ {ܕܡܬܡܪ}{C ܚܕ} ܕܠܐ ܡܬܦܢܝܐ ܥܠ ܡܠܬܐ. {ܡܬܦܢܝܐ. C add.} ܐܦܝܪܪܡܐ ܕܝܢ

{ܡܠܬܐ ܕܝܢ C} ܕܐܦܝܪܪܡܐ ܐܝܟ ܕܡܬܡܪ ܐܝܟ. ܡܛܠܗܕܐ ܦܫܛ {ܐܝܟ ܕܡܬܦܢܝܐ: P. 25.

ܡܛܠܗܕܐ ܦܫܛ: C} ܐܝܟ ܕܠܘܩܒܠ ܘܠܡܬܘܣܦܘ ܕܐܝܬܝܗ ܕܡܬܡܪ ܠܡܐܡܪܐ.. { ܕܡܬܡܪ

ܠܡܐܡܪܐ ܕܡܠܐ ܕܝܢ ܕܐܝܟ ܕܠܡܫܬܡܠܝܘ ܕܝܢ ܡܬܐܡܪܐ.. ܐܦ ܠܗ ܠܡܠܬܐ ܕܡܢ ܡܬܐܡܪ

ܡܠܬܐ. ܡܢܗ ܐܦ ܥܠ ܐܦܝܪܪܡܐ ܕܡܢ ܫܡܐ ܘܡܬܚܘܝܢܘܬܗ. ܡܢ ܢܦܫܗ ܡܢ ܚܕܐ ܐܝܟ

ܕܠܐ ܡܬܦܢܝܐ. ܠܡܐܡܪܐ ܢܦܩܘ ܕܠܐ ܢܣܒܐ. ܟܐܦܝܪܪܡܐ ܕܠܡܬܐܡܪܐ ܡܢ ܡܠܘܗܝ

ܢܦܩܘ. ܘܢܦܩܘ ܠܡܬܚܘܝܢܘ ܐܝܟ ܕܐܬܐܡܪ.. ܘܡܢ ܢܦܫܗ ܠܗܘ ܦܫܛ

ܕܐܬܐܡܪ. ܘܢܣܒ ܠܡܬܐ ܘܢܣܒ ܠܡܬܦܢܝܐ ܠܗܢ ܕܠܐ ܕܝܠܗ ܡܢܗ

ܘܢܣܒ ܡܬܦܢܝܢ. ܕܡܢ ܡܠܬܐ ܐܦܝܪܪܡܐ ܀ ܀

※{ܐܡܪ ܕܝܢ ܐܝܟ ܕܡܠܐ ܡܢ ܢܦܫ ܡܠܬܐ ܡܢ ܡܢܗ: ܦܫܛ ܠܗ ܠܡܠܬܐ

ܡܬܐܡܪܐ ܡܬܐܡܪܢܘܬܐ ܘܠܐ ܡܢ ܢܦܫܐ [3] ܡܠܬܐ ܠܐܦܝܪܪܡܐ ܕܡܢ ܫܡܐ ܡܬܚܘܝܢܘܬܗ

ܕܡܠܐ [4] ܡܠܬܐ ܠܗܘ ܡܠܬܐ. ܡܢ ܕܡܠܬܐ ܢܦܩܘ ܡܠܘܗܝ. ܘܡܬܚܘܝܢܐ ܡܢ ܡܠܬܐ.

ܡܬܚܘܝܢ ܕܠܐ ܡܬܦܢܝܐ ܠܡܐܡܪܐ ܢܦܩܘ ܕܠܐ ܢܣܒ. ܠܡܠܬܐ ܕܝܢ ܕܠܡܬܐܡܪܐ

ܡܬܬܘܣܦ: ܡܢ ܡܠܘܗܝ ܢܦܩܘ. ܘܡܬܚܘܝܢܘ ܢܣܒܝܢ ܐܬܐ [3] ܕܠܡܬܘܣܦܘ ܡܢܗܝܢ:

ܡܢ ܗܟܢܐ ܡܬܐܡܪܐ ܘܦܫܛ ܐܦ ܐܦ ܡܠܬܐ: ܡܠܬܐ ܗܘܐ [5] ܡܠܬܐ ܐܝܟ ܕܐܬܐܡܪ. ܕܐܦ

ܗܘ ܠܗܘܐ ܐܝܟ ܐܦܝܫܐ ܕܡܬܦܢܝܐ ܠܗ ܠܡܬܚܘܝܢ: ܕܡܠܘܗܝ ܐܠܐ [6] ܕܡܬܡܪ ܠܡܐܡܪܐ

[1] Leg. ܦܠܝܣ an ܦܠܝܣ? [2] Leg. ܡܬܬܘܣܦ, C ܡܬܬܘܣܦ [3] Jam antea C vocem ܡܛܠܗܕܐ in ܡܛܠܗܕܐ mutavit in ܡܛܠܗܕܐ. [4] Leg. ܢܦܩܘ [5] Hinc intellegitur, C esse recensionem a scriptore posteriore factum, ܡܠܬܐ enim hic est ῥῆμα, verbum, quod interpres antiquus dixit ܡܐܡܪܐ. Verba antiquae subscriptionis ܠܡܠܬܐ ܡܢ ܡܬܐܡܪܐ ܢܘܗܪܐ L. 5 hic in ܠܡܠܬܐ ܐܝܟ ܕܐܬܐܡܪܐ mutata et ita intellecta sunt, ut scriptor antiquus paradigma verbi se propositurum esse diceret, quod a vero subscriptionis antiquae sensu longe abest. Itaque posterior grammaticus, studiis graecis deditus antiquam interpretationem collato Dionysio graeco emendavit, auxit, perpolivit. [6] Habes eandem phrasin in mutata subscriptione L. 5.

ܕܡܫܠܡܢܘܬܐ

ܗܢ ܕܝܢ. ܘܠܐ ܕܝܢ. ܟܠܐ ܕܝܢ. ܟܠܐ ܟܠܐ ܕܝܢ. ܕܝܢ ܗܘܝܘ [Restituo

ܠܟܠܗܝܢ {ܟܠܗܝܢ} ܕܝܢ ܐܠܝܢ. ܐܝܟ ܕܠܐ ܡܫܟܚܐ[1] ܡܠܬܐ ܡܠܬܐ

{ܕܡܫܠܡܢܘܬܐ {C ܕܡܫܠܡܢܘܬܐ. ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܟܠܗܝܢ ܡܫܡܠܝܢ. ܐܝܟ ܗܘ ܕܐܡܪ. ܐܢܐ.

ܡܠܬܐ. ܡܠܬܐ ܗܝ. ܡܠܬܐ. ܗܝ ܕܝܢ. ܡܠܬܐ. ܗܘ. ܡܠܬܐ ܗܝ ܕܝܢ. P.24.

ܡܠܬܐ ܗܝ ܕܝܢ ÷ {Cadd

{ܡܢ ܗܠܝܢ {C} ܕܝܢ ܐܠܝܢ. ܗܘܝ ܕܡ[2]ܫܘ ܕ {ܡܫܡܠܝܢ {C ܡܫܡܠܝܢ} ܗܘ

ܕܗ{C} ܡܫܡܠܝܢ ܠܡܠܬܐ. ܐܝܟ {ܗܢܘܢ. ܐܝܟ ܗܘ ܕܐܡܪ. ܠܡܢ. ܠܡܢ. ܠܡܢ. ܠܡܢ ܕܝܢ.

ܕܠܡܢ ܕܝܢ. ܐܘ ܕܝܢ. ܡܢܘ ÷ {Cadd

